NICOLAI VIGELII IV-
RISCONSVLTI

DIGESTO-
RVM,

PARS SEXTA:

De obligationibus & actionibus
ex delicto deſcendentibus.

Acceſsit & Legum quæ in hac Sexta Digeſtorum parte continentur, & Rerum ac uerborum in eadem præcipuè memorabilium, geminus INDEX.



NAPOLI

Cum Cæſ. Maieſt. & Chriſtianiſs. Gall. Regis gratia
& priuilegio, ad annos VI.

*BASILEAE, EX OFFICINA OPO-
RINIANA.* 1571.

AD STRENVVM AC NOBILEM VIRVM ARNOLDVM DE VIRMVNDT, DICASTErij Heſsiaci præfectum primarium, NICOLAI VIGELII *Iuriſconſulti Præfatio.*

VT uitia uirtutibus contraria uel in exceſſu cōſiſtunt, uel in defectu: ita duplici quoq; modo circa reuerentiam, quæ legibus debetur, hodie peccari ſolet. Alij enim omnes controuerſias ſine diſcrimine ad normam legum examinandas, nihilq; arbitrio iudicis permittendū eſſe contendunt. Alij contra ius ſcriptum è iudicijs omnino rejciendum, magisq; arbitrio boni uiri, quàm ex legum authoritate iudicandum exiſtimant. Illi quidem nimium circa leges ſuperſtitioſi, hi uero nimis exiſtunt contumaces: neutraq; ſecta iuſta reprehenſione caret. Quod ut manifeſtius appareat, de utraq; hic in Sextam Digeſtorum meorum partē ad te uir nobiliſsime, tanquam ad iudicem æquum, præfari libet. Dicam itaq; primùm quidem de ea ſecta, quæ in omnibus ſine diſcrimine legum authoritatem deſiderat, iudicisq; arbitrio nullum relinquit locum. Cuius error uel ex hoc deprehenditur, quòd cùm omnis controuerſia uel de iure ſit, uel de facto: leges ipſæ facti quæſtionem arbitrio iudicis relinquāt. Nam ita Papinianus:[a] Facti quidem quæſtio (inquit) in arbitrio eſt iudicantis. & Paulus:[b] Facti quidem quæſtio (ait) eſt in poteſtate iudicantium, iuris autem authoritas nō eſt. Quoties ergo non de iure, ſed de facto quæritur, an & quo animo, quo loco uel tempore, &c. quidq; factum ſit: ſed & an, item quatenus teſtibus alijsq; argumentis, quæ ad probandum factum producuntur, fides habenda ſit: iudicis arbitrium eſt. Quinimò & iuris quæſtiones non rarò ad iudicis motum & arbitrium pertinent. Sic Paulus de reſtitutionibus minorum[c]: Ex hoc edicto (inquit) nulla propria actio uel cautio proficiſcitur. Totū enim dependet ex prætoris cognitione. Et Prætor de reſtitutione maiorū ait[d]: Si qua mihi iuſta cauſa eſſe uidebitur, in integrum reſtituam. Imp. quoq; Iuſtinianus[e]: In bonæ fidei iudicijs (ait) libera poteſtas permitti uidetur iudici ex bono & æquo æſtimandi, quantum actori reſtitui debeat. Item quaſdam actiones (idem Imp. ait[f]) arbitrarias, id eſt ex arbitrio iudicis pendentes, appellamus. In his enim actionibus permittitur iudici ex bono & æquo ſecundum cuiuſq; rei, de qua actum eſt, naturam æſtimare, quemadmodū actori ſatisfieri oporteat. Ex his patet, non omnia negotia ſecūdum leges determinanda, ſed nonnulla iudicis arbitrio relinquēda eſſe. Magis autem pernicioſus eſt error, imò furor eorum qui ex diuerſo cuncta iudicis arbitrio permittūt, iusq; ſcriptum è foro atq; tribunalibus ejciendum contendunt: hi enim uincula ciuilis ſocietatis diſſoluūt, nihilq; (ut Cicero ſcribit[g])

a *l.1.§.nā ut Papinianus.ff.ad S.C.Turpillianum.*

b *l.Ordine.ff.ad municipalem.*

c *l.24.§.fi.ff de minorib.25 annis.*

d *l.1.§.itē ſi qua alia.ff.ex quib. cauſis maiores.*

e *Inſtit.de actionib.§.in bonæ fidei.*

f *Inſt.eod.tit.§.præterea quaſdam.*

g *in oratione pro Cecinna.*

in ciuitate tam diligenter quàm ius ciuile retinendũ eſt. Etenim hoc ſublato, nihil eſt quare exploratum cuiquam poſsit eſſe, quid ſuum, aut quid alienum ſit. Et (ut idem Cicero ait [a]) ius ciuile neq; inflecti gratia, neq; perfringi potẽtia, neq; adulterari pecunia poteſt. quòd ſi non modò oppreſſum, ſed etiam deſertum, aut negligentius adſeruatum erit: nihil eſt quod quiſquam ſeſe habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum liberis arbitretur. Hæc Cicero non ſine ſumma ratione, ut alia multa, nobis ſcripta reliquit. Quæ uera eſſe nemo uel mediocriter in communi uita uerſatus negauerit. Quamuis enim fingamus iudicem uirum bonum, qui affectibus non indulgeat, æquitatem priuato commodo anteponat, nec ſolùm incorruptibilis, ſed etiam prudentiſsimus ſit: tamen ſi in iure cauſarum definiendo non ad certas leges reſpiciat, ſed animi ſui motum uel rationem aliquam nimis generalem ſequatur, arbitrium eius incertũ erit: cùm uideamus non rarò uiros & bonos & apprimè doctos de iure diſſentire, rationesq; rationibus cõuelli. Hinc tot opiniones doctorum inter ſe diuerſiſsimæ prodeunt, de quibus non rarò dubitari ſolet, utra ex ijs cõmunior ſit, & æquitati naturali magis conſona. Præſtat autem uel iniquum ius eſſe, quàm incertum: quia illud quidem prouideri atq; præcaueri poteſt: hoc uerò nequaquã. Quidquid enim diſpoſuerit quis de rebus ſuis, æquè in arbitrio iudicis incerto illud ipſum futurum eſt, ac id cuius euitandi cauſa fuerit diſpoſitũ, nihilq; cuiquam poteſt eſſe exploratum, quid ſuum aut quid alienũ ſit: præſertim ſi cauſa, quod non rarò accidit, incidat in iudicem parum prudentẽ, iræ, odio, fauori & alijs huiuſmodi affectibus indulgentem, quiq; facilè ſe corrumpi patiatur. Hinc etiam Ariſtoteles [b] Deum præponere dixit, qui legem hominibus præponeret: beſtiã uerò ſæuiſsimam, qui hominem legibus. Rectè itaq; Cicero putat, nihil tam diligenter in rebuſpubl. quàm ius ciuile retinendum eſſe.

Omnium autem maximè retinendum eſt ius ciuile Romanorum, quo utimur: incredibile eſt enim (ut idẽ Cicero ait [c]) quàm ſit omne ius ciuile præter hoc noſtrum, inconditum ac penè ridiculum. Quẽadmodum ergo idem Cicero [d] præcipit, nihil agendum [*], cuius non poſsit ratio probabilis reddi: ita in iudicijs nihil ferè uel ex parte actoris, uel ex parte rei conuenti proponẽdum eſt, cuius non poſſit certa aliqua lex ſpecialis allegari, erubeſcendumq; in iudicijs ſine lege loqui. Legem autem cum dico, non intelligo generaliſsimas illas ſententias, quas regulas Iuris uocamus (ſiquidem authore Paulo Iuriſcõſulto, [e] ex regula ius nõ ſumitur) uerùm intelligo edicta Prætorum, Senatuſconſulta, plebiſcita, reſponſa prudentum, ſimiliaq; iura, quæ quidem ab Imperatore Iuſtiniano ad certum modum ſunt redacta, & poſteritati in uim legum relicta: item principum conſtitutiones, ſtatuta rerumpublicarum, & conſuetudines: non etiã Doctorum opiniones, quæ plerunq; æquè incertæ ſunt, ac ipſa controuerſia, cui dirimendæ adhibentur, niſi fortè communiter pro lege

ſint

a Ibidem.

b lib. 3. Politic. cap. 12.

c libr. 1 de Oratore.

d lib. 1. Officiorũ de temperantia. §. duplex eſt enim.

* in uita.

e l. 1. ff. de reg. iuris.

ſint receptæ, uel certa lege nitantur. Hoc eſt quod Paulus Iuriſconſultus ait[a]: Ab ea parte, quæ dicit aduerſarium ſuum aliquo iure prohibitum eſſe: ſpecialiter lege uel conſtitutione id probari oportere. Quoties ergo quæritur, an actio, exceptio, replicatio, duplicatio, & ſic deinceps iuſta ſit: non quid iudici uideatur, ſed quid leges caueant, attendi debet. Et quoniam nihil aliud ſunt, quàm argumenta cauſarum, per quæ tanquam per gradus à iure ſummo ad ius cauſæ, uel æquitatem deſcenditur: in primis uidendum, an & qua lege actio ſubſiſtat. quòd ſi ius actionis certum ſit & apertum, deq́ facto eius conſtet: in actione pedem figet iudex, nec ab ea recedet, priuſquàm ius & factum exceptionis oppoſitæ æquè certum, non dubium deprehenderit. Quòd ſi exceptio quoque certa lege ſit firmata, deq́ facto eius conſtet: tunc actione relicta, exceptione totus innitetur, nec ab ea recedet, priuſquàm replicationem ſpeciali lege approbatam, & in facto confirmatam intellexerit: & ſic deinceps procedet ad ſimilitudinem eorum qui per gradus deſcendunt. hi enim à gradu ſuperiore non recedunt, priuſquàm in ſequente pedem fixerint: quo facto, tunc demùm priore gradu relicto, ſequenti innituntur. Et licet interdum lex propoſita, qua uel actor ad ſuam actionem aut replicationem, uel reus ad ſuam exceptionem aut duplicationem firmandam uſus eſt, uideatur iudici ex regula aliqua generaliore uel argumento longius conquiſito in caſu propoſito diſtinguenda: tamen niſi certa aliqua lege, eaq́ ſpeciali diſtinctio iſta ſubſiſtat, regulæ potius ſeu legi propoſitæ, diſtinctione iſta, quamuis in ſpeciem æqua, relicta, inſiſtet. Siquidem in iure ciuili (ut eleganter Cicero ſcribit[b]) docemur non infinitis, concertationumq́ plenis diſputationibus, ſed authoritate nutuq́ legum. Et (ut ait Vlpianus[c]) in quibus caſibus lex deficit, non erit nec utilis actio danda: bonæq́ fidei (eodem Vlpiano teſte[d]) non congruit de apicibus iuris diſputare. In quam ſententiam eleganter quoque Cicero in Officiis[e]: Bene (inquit) præcipiunt, qui uetant quidquam agere, quod dubites æquum ſit, an iniquum. Aequitas enim lucet ipſa per ſeſe, dubitatio autē cogitationem ſignificat iniuriæ. Planè ſi quando aliquid incidat, quod diſtinctionē legis flagitare uideatur: princeps eo nomine conſulēdus eſt. Siquidē Imp. Conſtantinus[f]: Inter æquitatem (inquit) & ius interpoſitam interpretationem nobis ſolis & oportet & licet inſpicere. Et Imp. Iuſtinianus[g]: Tam conditor (inquit) quàm interpres legum ſolus Imperator iuſtè exiſtimabitur. In primis itaq́ (eodem Imp. Iuſtiniano autore[h]) illud obſeruare debet iudex, ne aliter iudicet quàm legibus, aut conſtitutionibus, aut moribus proditum eſt. Hoc ut regulariter uerum eſt, ita recipit quaſdam exceptiones, in quibus arbitrio potius iudicis, quàm legum authoritate opus eſt. Nam interdum lex ſuam authoritatem iudicis arbitrio accommodat: ut in actionibus, quas arbitrarias, id eſt ex arbitrio iudicis pendentes appellamus: item in facti quæſtionibus, ut ſuprà oſtenſum eſt: item in cauſæ cognitionibus, ſeu negotiis, quę non niſi cauſa cogni-

a l. 5. ff. de probatio-nibus.
b libr. 1. de Oratore.
c l. 64. §. de uiro. ff. ſoluto matrimonio.
d l. 29. §. quedā. ff. mandati.
e lib. 1. Offic. de iuſticia. §. prætermittende, in fin.
f l. 1. C. de legib.
g l. 11. §. cū igitur. C. eodem tit.
h Inſtit. de officio iudicis, in prin.

ta expediuntur:ut ſunt omnes in integrum reſtitutiones, petitio bonorum poſſeſsionis ex edicto Carboniano, & aliæ cauſæ plures. Item in extraordinarijs cognitionibus & criminibus extraordinarijs arbitriũ iudicis dominatur. Vnde Vlpianus:[a] Hodie (inquit) licet ei qui extra ordinem de crimine cognoſcit, quam uult ſententiam ferre, uel grauiorem, uel leuiorem: ita tamen ut in utroq; modo rationem non excedat. & idem Vlpianus alibi[b]: Quia nulla ſpecialis pœna expilatoribus reſcriptis principalibus impoſita eſt, idcirco cauſa cognita liberum erit arbitrium ſtatuendi ei qui cognoſcit. Similiter cùm edixiſſet Prætor[c], Si tempus ad deliberandum petet, dabo: ſubijcit Vlpianus: Cùm dicit tẽpus, nec adiecit diem, ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicentis poteſtate, quem diem præſtituat. In hiſce ergo atq; huiuſmodi alijs cauſis, quę poteſtati & arbitrio iudicis à legibus uel expreſsè uel tacitè cõmittuntur, iudici permittitur ex bono & æquo, quod ſibi uidebitur, decernere: idque nullam aliã ob cauſam, quàm quòd in ijs ob incertitudinem earum certæ leges præſcribi non poſsint, neq; quidquam in perpetuum uel generaliter definiri queat. Hinc Caius Iuriſconſultus, de eo quod certo loco dari oportet diſſerens: Ideo[d] (inquit) in arbitrium iudicis refertur hæc actio, quia ſcimus quàm uaria ſint precia rerum per ſingulas ciuitates regionesq;: maximè uini, olei, frumẽti, &c. Item Imp. Hadrianus ad Valerianum Verum reſcribens, ait:[e] Quæ argumẽta ad quem modum probandæ cuiq; rei ſufficiãt, nullo certo modo ſatis definiri poteſt. hoc ergo ſolum tibi ſcribere poſſum ſummatim, non utiq; ad unam probationis ſpeciem cognitionem ſtatim alligari debere: ſed ex ſententia animi tui te exiſtimare oportere, quid aut credas, aut parum probatum tibi opineris. Papinianus quoq;[f]: Mora (inquit) fieri intelligitur non ex re, ſed ex perſona, ſi interpellatus opportuno loco nõ ſoluerit, quod apud iudicem examinabitur. Nam difficilis eſt huius rei definitio. Diuus quoq; Pius Tullio Balbo reſcripſit[g]: An mora facta intelligatur, neque conſtitutione ulla, neq; iuris authorum quæſtione decidi poſſe, cùm ſit magis facti quàm iuris. Quamuis itaq; de huiuſmodi quæſtionibus ex arbitrio iudicis pendentibus, leges quædam ſeu regulæ ad informandum iudicis arbitrium ſint conſcriptæ: tamen cauſæ iſtæ magis ex arbitrio & motu iudicis incerto, quàm ex certa legum authoritate pendent, adeò ut nec conſulendi peritiores iudici poteſtas in his concedatur. Nã ita Vlpianus[h]: Iudicibus (inquit) de iure dubitantibus præſides reſpõdere ſolent: ſed de facto conſulentibus non debent præſides conſilium impertire: uerùm iubere eos prout religio ſuggeſſerit, ſententiam proferre. hæc enim res nonnunquam infamat, & materiam gratiæ uel ambitionis tribuit. In eandem ſententiam Imp. Hadrianus[i] reſcripſit his uerbis: Seruos alienos qui ſollicitauerit aut interceperit, crimine plagij, quod illi intenditur, teneatur, néc ne? facti quæſtio eſt. Et ideo non me conſuli de ea re oportet, ſed quod uerìſsimum in re præſenti cognoſcitur, ſequi iudicem oportet. Quemadmodũ ergo in compromiſsis arbitriũ perſonæ inſertũ, perſonam non tranſgreditur[k]: ita quoq; in cauſis

quæ

a l. 13. ff. de pœnis.

b l. 1. §. expilatores. ff. de effractoribus.

c l. 1. in fine. ff. de iure deliberandi.

d l. 3. ff. de eo quod certo loco, &c.

e l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſtibus.

f l. mora. 30. in prin. ff. de uſuris

g ibidem.

h l. 79. §. iudicibus. ff. de iudicijs.

i l. 6. in princ. ff. de plagiarijs.

k l. 45. ff. de receptis arbitrijs.

quæ arbitrio iudicis ſpecialiter committuntur, iudex ſententia ſua finẽ controuerſiæ imponere debet, non in aliorum arbitrium cauſam transferre. Sed & in huiuſmodi cauſis iudex legibus ita alligatus nõ eſt, quin ſi ei probabili ratione aliud æquius uideatur, uel uero ſimilius, à legib. ei recedere liceat, & animi ſui motum ſequi. Fingamus enim apud iudicem ab homine fraudulento, & in mendacijs ſæpius deprehenſo, pecuniam mutuam petere uirum probatæ uitæ & fidei indubitatæ, reumq́ꝫ mutuum negare, & actorem probationis cauſa non niſi unicum teſtem producere fide dignum. Certè lex dicit [a], unico teſti, quamuis præclaræ curiæ honore præfulgeat, credendum non eſſe. At quem non moueat in hac cauſa teſtimonium uel unius teſtis fide digni, ab actore fide digniſsimo contra reũ fraudulentũ & in mendacijs ſæpius deprehenſum producti, ut uel pręſumptionẽ facere, uel officiũ iudicis introducere in ſupplementum probationis deferendi iuriſiurandi arbitretur? Sanè ubi lex aliqua ſpecialis de caſu ſeu quæſtione propoſita extat, non facilè iudex ab ea diſcedet, niſi euidens æquitas in contrarium ducat. Hoc eſt quod Marcellus [b] ait: Etſi nihil facilè mutandum eſt ex ſolennibus: tamen ubi æquitas euidens poſcit, ſubueniendum eſſe. Vbi autẽ lex ſpecialis deeſt, ibi licet iudici generaliſsimas ſententias, quas regulas iuris appellamus, ſequi: quoniam (teſte Sabino [c]) nihil aliud ſunt, quàm cauſarum coniectiones, ex quibus bonum & æquum in cauſis conijcitur, non aliter ac ex ſignis & indicijs factum, alijs probationibus deficientibus, nobis eſt conijciendum. Sed & in huiuſmodi cauſis arbitrarijs licebit iudici ſequi etiam Doctorum opiniones: quinimò philoſophorum quoq́ꝫ, oratorum, item poetarũ authoritatem, dummodo aliquid probabiliter in cauſa pro bono & æquo decernat. Quoties autem arbitrio iudicis negocium à legibus permittitur, intelligendum eſt de boni uiri arbitrio affectibus non corrupto. Sic Celſus: [d] Si libertus (inquit) ita iurauerit, dare ſe tot operas, quot patronus arbitratus ſit: non aliter ratum eſt arbitrium patroni, quàm ſi æquum arbitratus ſit. Et ferè ea mẽs eſt perſonam arbitrio ſubſtituentium, ut quia ſperent eam rectè arbitraturam, id faciant, non quia uel immodicè obligari uelint. Vlpianus quoq́ꝫ [e]: Generaliter (inquit) probandum eſt, ubicunq́ꝫ in bonæ fidei iudicijs confertur in arbitrium domini uel procuratoris eius conditio, pro boni uiri arbitrio hoc habendum eſſe. Porrò ex his quæ hactenus propoſita ſunt, conſtat, legum eandem eſſe rationem, quæ & mandatorum, quibus aliquid alicui agendum uel exequendum mandatur. Nam in his aliâs quidem certum aliquid mandatur peragendum, & certis limitibus circumſcriptum: cuiuſmodi mandata patria lingua uocamus Gemeſſene beuelch: quorum fines is cui mandatum eſt, ſalua fide excedere non poteſt. aliâs autem nihil certi mãdatur, ſed ut mandatarius ex re conſilium capiat, & quod putauerit factu opus eſſe, id faciat, & ita ipſius arbitrio negocium committitur expediendum: quam plenã poteſtatem appellamus. Quo caſu mandatario fraudi nõ ſolet eſſe, ſi quid

a l. 9. C. de teſtibus.

b l. etſi nihil. 143. ff. de reg. iuris.

c l. 1. ff. de reg. iuris.

d l. ſi libertus. 30. ff. de operis libertorum.

e l. 22. §. generaliter. ff. de reg. iuris.

bona fide & probabiliter fecit: dolus tamen eius, quamuis plenum ſit mandatum, tacitè cenſetur excluſus. Nam ita Scæuola: [a] Eum de quo quæritur (ait) plenè quidem, ſed quatenus res ex fide agenda eſſet, mandaſſe. Non diſsimilis ratio eſt legum, quæ uel certum quid iubẽt uetãtue, quarum fines iudex ſalua fide excedere non poteſt, uel arbitrio iudicis cauſam determinandam committunt. Quare neq; omnia iudicis arbitrio permittenda ſunt, neq; omnia ſecundum leges definiri poſſunt: ſed quædam uoluntati iudicis mandantur, quædam authoritati legum reſeruantur. Error itaq; utriuſq; ſectæ ſupradictę, uniuerſaliter uel hoc uel illud defendentis, quod particulariter pronunciandum erat, ex his patet. Hęc de officio iudicis potiſsimùm ad te iudicem, uir nobiliſsime, in hanc Sextam Digeſtorũ meorum partem præfari uolui: non quòd te uel in huiuſmodi errore aliquo hærere, uel admonitione mea opus habere credam: nihil enim minus de te ut uiro nobiliſsimo, ita iuris etiã peritiſsimo, mihi eſt perſuaſum: ſed potius quia tum eximia tua iuris peritia, partim doctrina, partim uſu forenſi parata, facit ut poſsis: tum ſingularis tua integritas, nobilitatis non leue ornamentum, facit ut uelis de hac mea aduerſus utranq; ſectã ſententia rectè iudicare. Ideo hãc meam diſputationem iudicio tuo docto & integro ſubijcio hac ſpe, quòd ſi tibi probabitur, fore ut aliqui uel in hoc uel in illo errore conſtituti, tua authoritate moti de iure & iudicis officio perperam ſentire deſiſtant.

a l. 60. §. Lucius, in fine. ff. mandati.

CAPITVM HVIVS SEXTAE PARTIS ELENCHVS.

LIBRI QVADRAGESIMISEXti, De quatuor maleficiorum generibus, cum ſuis actionibus.

De pœnalibus actionibus in genere. Cap.1

De furtis 2

De furti actione 3

Quibus competit furti actio? 4

Aduerſus quos competit furti actio? 5

Quid, qnantumq; neniat in furti actione? 6

Adfinia furti actionis remedis, & de uindicatione rei furtiuæ 7

De condictione furtiua 8

Vi bonorum raptorum 9

De actione legis Aquiliæ 10

De exceptionibus præcedentinm cauſſarum generalibus 11

De reliquo Aqniliæ actionis iure 12

De iniuriarum actione 13

De exceptionibns præcedentium cauſſarum generalibus 14

Qnibus actio iniuriarnm competit? 15

Aduerſus quos, & per quos iniuriarũ actio competit? 16

Quid quantumq; ueniat in actione iniuriarum? 17

De reliquo iniuriarum actionis iure 18

De actione iniuriarum ex lege Cornelia 19

LIBRI QVADRAGESIMISEptimi, De reliquis maleficijs, & quaſi maleficijs, nec non præcedentium actionum adfinibus remedijs.

Si quadrupes panperiem feciſſe dicatur. Cap.1

De noxalibus actionibus 2

Si familia furtnm feciſſe dicetur 3

Si is qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, poſt mortem domini ante aditam hęreditatem ſubripuiſſe quid dicetur 4

Rerum amotarum 5

De actione in factum adnerſns publicanos 6

De crimine peculatus, ſacrilegij, & de reſidnis 7

Expilatæ hæraditatis 8

De ſerui corrupti actione 9

Da libero homine exhibendo interdictum 10

De abigeis actio 11

Arborum furtim cæſarum 12

De tigno innecto 13

De damno in turba dato actio 14

De incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata actio 15

De his qui deiecerint uel effuderint actio 16

De poſito & ſuſpenſo actio 17

De crimine Stellionatus 18

De uarijs extraordinarijs delictis & criminibus 19

FINIS.

DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSSEXTVS:

DE QVATVOR MALEFICIORVM generibus, cum ſuis actionibus.

DE POENALIBVS ACTIONIBUS in genere. Cap. I.

I. CAVSAE EX QVIBVS actiones pœnales competunt.

EX delicto ſeu maleficio hæ actiones naſcuntur: ueluti ex furto, rapina, damno & iniuria. quæ regula approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſcũtur, in prin. his uerbis: Cùm ſit expoſitum ſuperiore libro de obligationibus ex contractu, & quaſi ex contractu: ſequitur ut de obligationibus ex maleficio, & quaſi ex maleficio diſpiciamus. Sed illæ quidem (ut ſuo loco tradidimus) in quatuor genera diuiduntur: hæ uerò unius generis ſunt. Nã omnes ex re naſcuntur, id eſt ipſo maleficio: ueluti ex furto, rapina, damno, iniuria. *Concordat l. 4. in prin. ff. de action. & obligat. his uerbis:* Ex maleficio naſcuntur obligationes: ueluti ex furto, ex damno, ex rapina, ex iniuria: quę omnia unius generis ſunt. Nam hæ tantùm re conſiſtũt, id eſt ipſo maleficio: cum alioquin ex cõtractu obligationes non tantùm re conſiſtant, ſed etiã uerbis & conſenſu. *Propoſitæ regulæ exceptiones hæ ſunt.*

I. Exceptio: *Niſi & actor pari delicto reum affecerit. Hæc exceptio approbatur l. 196. in fine. ff. de regulis iuris, hiſce uerbis:* Illi debet permitti pœnam petere, qui in ipſam non incidit. *Concordat d. l. 196. in prin. cuius uerba cum concordantibus uide ſ̄. lib. 5. cap. 9. membr. 1. reg. 2.*

II. Exceptio: *Niſi reus capite ſit deminutus. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. nemo. ff. de capite minutis, hiſce uerbis:* Nemo delictis exuitur, quamuis capite minutus ſit. *Concordat l. 7. §. iniuriarum. ff. eod. tit. his uerbis:* Iniuriarum & actionum ex delicto uenientium obligationes cum capite ambulant. *Vide item de exceptione propoſita J. lib. 48. cap. 21. quæſt. 1. except. 2. Plures propoſitæ regulæ exceptiones uide ſ̄. lib. 3. cap. 2. item lib. 36. cap. 3. item J. in ſingulis actionum pœnalium ſpeciebus.*

II. QVIBVS ACTIO POENALIS competit?

Etiam heredibus actio pœnalis competit. quæ regula approbatur ſimul & diſtinguitur ſ̄. lib. 36. cap. 5. reg. 7. except. 3. cum ſequentibus.

III. ADVERSVS QVOS Actio pœnalis competit?

I. Regula, *De heredibus delinquentis. Aduerſus hos pœnalis actio non datur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur ſ̄. lib. 36. cap. 6. reg. 5. except. 1.*

II. Regula, *De alio quàm qui deliquit. Ex delicto alterius alius pœnali actione non tenetur. quæ regula approbatur quidem ipſo iure: uerùm eius exceptio prima hæc eſt: Niſi ſeruus deliquerit: ex hoc enim delicto in dominum eius noxalis competit actio. de qua J. dicetur. Altera exceptio uidetur: Niſi filiusfamiliâs deliquerit. nam & hoc caſu aduerſus patrem eius actio dari uidetur. Sed hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. lib. prox. cap. 11. quæſt. 3. except. 11. Concordat Inſt. de noxalib. actionib. §. fin. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 2. quæſt. 2. except. 3. Tertia exceptio uidetur: Niſi uxor deliquerit. nam hoc caſu aduerſus maritum actio uidetur danda. Sed & hæc exceptio reprobatur l. 3. ibi: cum neq; maritũ. C. ne uxor pro marito. cuius uerba uide ſ̄. lib. 36. cap. 6. reg. 4. exẽplo 4. Planè admittitur exceptio propoſita in caſu l. 4. §. proficiſci. ff. de officio proconſulis. cuius uerba uide ſ̄. lib. 2. cap. 15. reg. 9.*

III. Regula, *De filiofamiliâs delinquente. Aduerſus hunc datur pœnalis actio. quæ regula approbatur Inſt. de noxalib. actionib. §. fin. cuius uerba uide J. d. except. 3. Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ̄. lib. 36. cap. 3. except. 4.*

IIII. Regula, *De ipſo ſeruo delinquente iam manumiſſo, proponitur ſ̄. lib. 19. cap. 10. quæſt. 13. reg. 9. except. 3.*

IIII. QVID QVANTVM'QVE ueniat in pœnali actione?

Definitur hæc quæſtio Inſt. de actionib. §. omnes autem. cuius uerba uide ſ̄. lib. 36. cap. 4. quæſt. 2. diuiſ. 6. Eſt item huius quæſtionis regula, quòd nunquam ex pòſt facto præteriti delicti æſtimatio creſcat. quæ regula approbatur l. 180. in fine. ff. de reg. iuris, cuius uerba uide ſ̄. lib. 3. cap. 4. de reliquis circumſtant. reg. 8. Sed & plures propoſitæ quæſtionis regulas uide d. cap. 4.

V. ADIVNCTA OFFICIA actoris & iudicis.

I. Regula: *Actor in crimen ſubſcribere non cogitur. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 3. ff. de priuatis delictis, hiſce uerbis:* Si quis actionem quæ ex maleficijs oritur,

uelit

uelit exequi: ſiquidem pecuniariè agere uelit, ad ius ordinarium remittendus erit, nec cogendus erit in crimen ſubſcribere. Enimuerò ſi extra ordinem eius rei pœnã exercere uelit: tunc ſubſcribere eum in crimen oportebit.

I I. *Regula: In pœnalibus cauſsis benignius interpretandum eſt. quæ regula approbatur l. penult. ff. de pœnis. cuius uerba uide ſ. lib. 3. cap. 4. de reliquis circumſtant. reg. 13. Concordat l. 197. §. fin. ff. de reg. iuris. cuius uerba uide ſ. lib. 7. cap. 9. reg. 25.*

VI. EVENTVS POENAlium actionum.

Actiones ex maleficijs deſcendentes infamant. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur ſ. lib. 3. cap. 14.

DE FVRTIS.
Cap. II.

I. *Definitio furti proponitur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. 1. his uerbis:* Furtum eſt contrectatio fraudulosa lucri faciendi gratia, uel ipſius rei, uel etiam uſus eius poſſeſsioniſue, quod lege naturali prohibitum eſt admittere. *Concordat iiſdem uerbis l. 1. §. fin. ff. de furtis.*

I I. *Ratio nominis ſeu etymologia furti, proponitur Inſt. d. tit. §. furtum autem, his uerbis:* Furtũ uel à furuo, id eſt nigro dictũ eſt, quòd clàm & obſcurè fiat, & plerunq; nocte: uel à fraude, uel à ferendo, id eſt auferendo: uel à Græco ſermone, quòd φῶρας appellant fures. Imò & Græci à ferendo φῶρας dixerunt. *Concordat iiſdem uerbis l. 1. in prin. ff. de furtis.*

III. DIVISIONES ET SPEcies furti.

Furti diuiſio proponitur l. 2. ff. de furtis, hiſce uerbis: Furtorum genera duo ſunt: manifeſtũ & nec manifeſtum. *Concordat Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. furtorum. cuius uerba cum alijs huc pertinentibus uide ∫. cap. 6. reg. 1. ſed & ſpecies furti uarias uide ∫. cap. prox. quæſt. 2.*

IIII. EVENTVS furti.

I. *Regula: Naſcitur ex furto actio furti, item condictio & uindicatio rei furtiuæ. de quibus dicetur infrà in capitibus ſequentibus.*

I I. *Regula: Item naſcitur hinc actio concepti & oblati, prohibiti & non exhibiti furti. quæ regula declaratur, approbatur & mutatur Inſt. d. tit. §. conceptum, his uerbis:* Conceptum furtum dicitur, cum apud aliquem teſtibus præſentibus furtiua res quæſita & inuenta ſit. Nam in eum propria actio conſtituta eſt, quamuis fur non ſit, quæ appellatur Concepti. Oblatum furtum dicitur, cùm res furtiua ab aliquo tibi oblata ſit, eaq; apud te concepta ſit: utiq; ſi ea mente tibi data fuerit, ut apud te potius quàm apud eum qui dedit, conciperetur. Nam tibi, apud quem cõcepta ſit, propria aduerſus eum qui obtulit, quamuis fur non ſit, cõſtituta eſt actio, quę appellatur Oblati. Eſt etiam prohibiti furti actio aduerſus eum qui furtum quærere teſtibus præſentibus uolentem prohibuerit. Præterea pœna conſtituitur edicto prætoris per actionẽ furti nõ exhibiti aduerſus eum qui furtiuã rem apud ſe quæſitam & inuentam non exhibuit. Sed hæ actiones, ſcilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, nec non furti non exhibiti, in deſuetudinem abierunt. Cum enim requiſitio rei furtiuæ hodie ſecundum ueterem obſeruationem non fiat: meritò ex conſequentia etiam præfatæ actiones ab uſu communi receſſerunt: cùm manifeſtum ſit, quòd omnes qui ſcientes rem furtiuam ſuſceperint & celauerint, furti nec manifeſti obnoxij ſunt.

DE FVRTI ACTIONE.
Cap. III.

I. *Differentia huius actionis à condictione & uindicatione rei furtiuæ, proponitur l. 7. §. furti actio. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ∫ quæſt. prox. except. 41. repl. 3. Concordat l. 56. §. cum furti. ff. de furtis. cuius uerba uide ∫. quæſt. prox. ex. 41.*

II. CAVSAE EX QVIBVS competit actio propoſita, & furti ſpecies.

I. *Cauſſa generalis: Si quis furtum fecerit, & rẽ alienam inuito domino contrectauerit. Hæc cauſſa approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. § furtum autem fit, his uerbis:* Furtum fit non ſolùm, cùm quis intercipiendi cauſſa rem alienam amouet: ſed generaliter, cùm quis alienam rem inuito domino contrectat. Itaq; ſiue creditor pignore, ſiue is apud quẽ res depoſita eſt, ea re utatur: ſiue is qui rem utendam accepit, in aliũ uſum eam transferat, quàm cuius gratia ei data eſt, furtum committit: ueluti ſi quis argentum utendum acceperit quaſi amicos ad cœnam inuitaturus, & id peregrè ſecum tulerit: aut ſi quis equum geſtandi cauſſa commodatum ſibi longius aliquò duxerit: quod ueteres ſcripſerunt de eo qui in aciem equum perduxiſſet. *Concordat l. 41. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Qui iumenta ſibi commodata longius duxerit, alienaúe re inuito domino uſus ſit: furtum facit.

I I. *Cauſſa: Si quis rem alienam ui rapuerit. Hæc cauſſa approbatur l. 82. §. cùm raptor. ff. d. tit. his uerbis:* Cùm raptor omnimodo furtum facit, manifeſtus fur exiſtimandus eſt. Is autem cuius dolo fuerit raptum,

furti

furti quidem non tenebitur, ſed ui bonorum raptorum. *Concordat l.1. ff. ui bonorum raptorum. cuius uerba uide J. cap. 9. quæſt 3. except. gener. 14. item concordat l.14. §. qui ulm. ff. quod metus cauſſa. cuius uerba uide J. except. gener. 16. Concordat item Inſt. de ui bonorum raptorum, in prim. cuius uerba uide J. cap. 9. quæſt. 9 item quæſt. 3. cauſſa 1. uide item J. cap. 9. quæſt. 10. reg. 2.*

III. *Cauſſa: Seruus uel ancilla fugiens, ſui furtũ facit. quæ cauſa approbatur l.1. C. de ſeruis fugitiuis, biſce uerbis:* Seruum fugitiuum ſui furtum facere, & ideo non habere locum nec uſucapionem, nec longi temporis prǽſcriptionem, manifeſtum eſt: ue ſeruorum fuga dominis ſuis ex quacunq; cauſſa fiat dãnoſa. *Concordat l. 62. ff de furtis, biſce uerbis:* Ancilla fugitiua quemadmodum ſui furtũ facere intelligitur, ita partũ quoq; contrectando furtum facit. *Concordant item ea quæ proponuntur ĩ. lib. 22. cap. 3. except. 22.*

IIII. *Cauſſa: Si quis uſum rei alienæ in ſuum lucrum conuertat. Hæc cauſſa approbatur l.56. §. 1. ff. de furtis. cuius uerba uide J. cauſa 8. Huius exemplum eſt, ſi rem ſibi commodatam alij commodauerit. quod proponitur d. §. 1. Aliud exemplum eſt, ſi quis pecuniam alienam creditori ſuo in ſolutum dederit. quod proponitur l.78. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 9. except. 18. repl. 3.*

V. *Cauſſa: Si creditor pignore, uel depoſitarius re depoſita utatur. Hæc cauſſa approbatur l.56. in prin. ff. de furtis, bis uerbis:* Si pignore creditor utatur, furti tenetur. *Concordat Inſt. de obligat. quæ ex delicto. §. furtum autem fit. cuius uerba uide ĩ. cauſſa 1. Concordant item ea quæ propoſita ſunt ĩ. lib. 39. cap. 8 quæſt. 2. cauſſa 2.*

VI. *Cauſſa: Si fullo uel ſarcinator ueſtimentis utatur. Hæc cauſſa approbatur l. 84. in prin. ff. de furtis, biſce uerbis:* Fullo uel ſarcinatur. qui polienda uel ſarcienda ueſtimẽta accepit: ſi fortè his utatur, ex contrectatione eorũ furtum feciſſe uidetur: quia non in eam cauſſam ab eo uidentur accepta.

VII. *Cauſa: Si quis re, quam utendam accepit, aliter quàm accepit utatur. Hæc cauſſa approbatur per ea quæ propoſita ſunt ĩ. cauſſa 1. item ĩ. lib. 39. cap. 5. quæſt. 5. exc. 6. Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi putauit ſe nõ inuito domino aliter re cõmodata uti. quæ exceptio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. placuit. cuius uerba uide J. except. gener. 25. Concordat l.78. in prin. ff. de furtis. cuius uerbã uide d. except. 6. repl. 1. Altera exceptio eſt: Niſi non inuito domino re aliter eſt uſus. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur J. except. gener. 21.*

VIII. *Cauſſa: Si quis rem ſibi commodatam alij commodauerit. Hæc cauſſa approbatur l.56. §. 1. ff. de furtis. biſce uerbis:* Eum qui quod utendum accepit, ipſe alij commudauerit, furti obligari reſpouſum eſt. Ex quo ſatis apparet, furtum fieri, etſi quis uſum alienæ rei in ſuum lucrum conuertat. Nec mouere quẽ debet, quaſi ia nihil lucri ſui gratia faciat. Species enim lucri eſt, ex alieno largiri, & beneficij debiturem ſibi adquirere. Vnde & ia furti tenetur, qui ideo rem amouet, ut eam alij donet.

IX. *Cauſſa: Si pecuniam quam quis perferendam accepit, retineat. Hæc cauſſa approbatur l.7. C. de furtis, biſce uerbis:* Si is cui te pecuniam ad matrem tuam perferendã dediſſe proponis, parua quantitate numerata, reliquã in uſua ſuoa conuertit: furtum fecit. *Concordat l. 44. §. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cauſſa 24. except. 3. Concordat item l. 18. in fine. ff. de noxa lib. actionib. bis uerbis:* Si ſeruo creditoris mei ſoluerim numos, ut is eoa domino ſuo det: locus erit furti actioni, ſi is numoa acceptoa interceperit. *Huius cauſſæ exceptio eſt: Niſi cum debitor aliquem falſò putaret creditoris procuratorem in rem ſuam, debitum ei ſoluit. quæ exceptio approbatur uerbis d. §. 2. biſce:* Quod ſi ita det debitor, &c.

X. *Cauſſa: Si quis pecuniam à debitore acceptam, ut creditori eius ſolueret, ſuo, non debitoris nomine ſoluerit. Hæc cauſſa approbatur l. 53. §. Iulianus. ff. de furtis, biſce uerbis:* Iulianua libro XXII. Digeſtorum ſcripſit: Si pecuniã quis à me acceperit, ut creditori meo ſoluat: deinde cum tantam pecuniã eidem creditori deberet, ſuo nomine ſoluerit: furtum eum facere.

XI. *Cauſſa: Si quis rem alienam ſciens alienauerit. Hæc cauſſa approbatur l. 6. C. de furtis, bis uerbis:* Alienum ſeruum ſine uolunrate domini qui ſcieus uendiderit ſeu donauerit, uel alio modo alieuauerit: nihil domino deminuere poteſt. et ſi cõtrectet, uel apud ſe detiuuerit: etiam furtum facit. *Concordat l. 16. C. eod. tt. biſce uerbis:* Si ſetuum ueſtrum nutriendum qui ſuſceperat ueuuudedit: furtum commiſit.

XII. *Cauſſa: Si creditor pignus ſine cauſſa uendidit. Hæc cauſſa approbatur l. 75. ff. de furtis, biſce uerbis:* Si is qui pignori rem accepit, cum de uendendo pignore nihil conueniſſet, uendidit: aut antequam dies uenditionis ueniret, pecunia non ſoluta, id fecit: furti ſe obligat. *Concordat l. 8. C. eod. tt. cuius uerba uide J. cauſſa 22.*

XIII. *Cauſſa: Si creditor ſoluto debito pignus non reſtituat. Hæc cauſſa approbatur l. 53. §. cum credit. ff. de furtis. cuius uerba uide ĩ. lib. 40. cap. 12. quæſt. 7. except. 2.*

XIIII. *Cauſſa: Si fructuarius celandæ uel ſupprimendæ proprietatis cauſſa quid fecit. Hæc cauſſa approbatur l. 47. §. ſi ſeruus, in fine. ff. d. tt. bis uerbis:* Proprietariua quoq; agere aduerſus fructuatium poteſt iudicio furti, ſi quid celanam

laudæ proprieratis uel ſupprimendę cauſſa fecit.

X V. *Cauſſa: Si colonus poſt luſtrum conductionis fructus percepit. Hæc cauſſa approbatur l. 69. §. fin. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si colonus poſt luſtrũ cõductionis anno amplius fructus inuito domino perceperit: uidendum ne meſsis & uindemię furti cum eo agi poſsit? Et mihi dubiũ nou uiderur, quin fur ſit: et ſi cõſumpſerit rẽ ſubreptã, repeti ab eo poſsit.

X V I. *Cauſſa: Si depoſitarius depoſitum abnegat. Hæc cauſſa reprobatur ſub conditione l. 1. §. ſola. ff. de furtis. hiſce uerbis:* Sola cogitatio furti faciendi non facit furem: ſic ia qui depoſitũ abnegat, nõ ſtatim etiam furti tenetur: ſed ita, ſi id intercipiendi cauſſa occultauerit. *Concordat l. 69. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Inficiando depoſitum nemo facit furtũ. Nec enim furtum eſt ipſa inficiatio, licet propè furtũ ſit. Sed ſi poſſeſsionem eius adipiſcatur interuertendi cauſſa: facit furtum. nec refert in digito habeat annulum, an dactyliotheca, quem cum depoſitò teneret, habere pro ſuo deſtinauerit.

X V I I. *Cauſſa: Si furti faciendi cauſſa conclaue intrauit, uel furtum facere deſtinauit. Hæc cauſſa reprobatur per ea quæ proponuntur J. except. 15.*

X V I I I. *Cauſſa: Si rem alienã à non domino quis ſciens accepit. Hæc cauſſa approbatur l. 12. in fine. C. de furtis. cuius uerba uide J. except. gener. 43. repl. 5. Concordat l. 36. ff. de condict. indebiti. cuius uerba uide J. lib. 49. cap. 7. cauſſa 8. except. 2.*

X I X. *Cauſſa: Si alienum quid iacens ſuſtulit retinendi animo. Hæc cauſſa approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 44. §. qui alienum. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Qui alienũ quid iacẽs lucrifaciẽdi cauſſa ſuſtulit, furti obſtringitur: ſiue ſcit cuius ſit, ſiue ignorauit. Nihil enim ad furtũ minuendum facit, quòd cuius ſit ignoret. Quòd ſi dominus id dereliquit: furtũ non ſit eius, etiamſi ego animum furandi habuero. Nec enim furtum ſit, niſi ſit cui fiat. In propoſito autem nulli ſit: quippe cum placeat Sabini & Caſsij ſentẽtia, exiſtimãrium ſtatim noſtrã deſinere rẽ eſſe, quam derelinquimus. Sed etſi non ſit derelictũ, putauit tamen derelictum: furri non tenetur. Sed ſi neq; fuit, neq; putauit, iacens tamen rulit, non ut lucretur, ſed redditurus ei cuius fuit: non renetur furti. Proinde uideamus, ſi neſcit cuius eſſet, ſic tamen tulit quaſi redditurus ei qui deſideraſſet, uel qui oſtendiſſet rem ſuam: an furri obligetur? Et non puto obligari eum debere. Pleriq; etiam hoc faciunt, ut libellum proponant continentem inueniſſe ſe, & redditurũ ei qui deſiderauerit. Hi ergo oſtendunt ſe non animo furandi feciſſe. Quid ergo ſi quæ Græci dicunt εὕρετρα, petat? nec hic uidetur furtum facere, etſi non probè petat aliquid. *Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ignorauit cuius res ſit. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Siue ſcit cuius ſit, ſiue ignorauit, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi dominus rem ſpontè reiecit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quòd ſi dominus id dereliquit: furtum non ſit eius, &c. *Huius exceptionis prima replicatio uidetur: Niſi is qui tollit, furãdi animum habuerit. Hæc replicatio reprobatur ibidem his uerbis:* Etiamſi ego animum furandi habuero, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi dominus rem reijciens, ſimulet ſe eam pro derelicto habere, cum reuera eã pro derelicto non habeat. Hæc replicatio reprobatur d. l. 44. §. ſi quis ſpõtè, his uerbis:* Si quis ſpontè rẽ iecit uel iactauit quaſi pro derellĉto habiturus, tuq; rem hanc tuleris: an furti tenearis, Celſus libro X II. Digeſtor. quærit? Et ait, ſiquidem putaſti pro derelicto habitam: non teneri. Quòd ſi nõ putaſti: hic dubitari poſſe ait. Et tamen magis defendit, non teneri: quia (inquit) res non interuertitur ei qui eam ſpontè iecit. *Tertia replicatio eſt: Niſi non derelinquendi animo dominus rem reiecerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 44. § ſi iactum, his uerbis:* Si iactum ex naue factum alius tulerit, an furti teneatur? Quæſtio in eo eſt, an pro derelicto habitum ſit? Et ſiquidem derelinquentis animo iactauerit (quod plerunq; credendũ eſt, cum ſciat periturum) qui inuenit, ſuum facit, nec furti tenetur. Si uerò nõ hoc animo, ſed hoc ut ſi ſaluum fuerit, haberet: ei qui inuenit, auferendum eſt. Et ſi ſcit hoc qui inuenit, & animo furandi retinet: furti tenetur. Enimuero ſi hoc animo, ut ſaluum faceret domino: furti non tenetur. Quòd ſi putans ſimpliciter iactatum: furti ſimiliter non tenetur. *Tertia propoſitæ cauſſæ exceptio eſt: Niſi is qui tollit, putet rem à domino pro derelicto habitam eſſe. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quòd ſi putans ſimpliciter iactatum: furti ſimiliter nõ tenetur. *Concordat d. l. 44. §. qui alienum. ibi: ſed etſi non ſit. cuius uerba uide S. ead. cauſſa, in prin. Quarta exceptio eſt: Niſi non ut retineret, ſed ut reſtitueret inuentum, ſuſtulit. Hæc exceptio approbatur d. §. qui alienum. ibi: ſed ſi neq; fuit. item §. ſi iactum. ibi: enimuerò ſi hoc animo. cuius uerba uide S. except. 2. repl. 5. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi domino repoſcenti non reddit. Hæc replicatio approbatur l. 44. in fine ff. de adquir. rer. dom.*

X X. *Cauſſa: Si indebitum ſciẽs quis accepit. Hæc cauſſa approbatur l. 18. in prin ff. de condictione furtiua, his uerbis:* Furtum ſit, cum quis indebitos numos ſciens acceperit. *Concordat l. 18. §. ſi debitorem. ibi: quoniam furtum. ff. de ſolutionib. cuius uerba uide J. lib. 48. cap. 8. except. 10. repl. 1. dupl. 1. tripl. 3. Cõcordat item l. 21. § ſi is qui. ff. de fur*

tis hiſce uerbis: Si is quis uiginti nummorũ ſaccum depoſuiſſet, alium ſaccum in quo ſcit triginta eſſe, errante eo qui dabat, accẽperit, putauerit autem illic ſua uiginti eſſe: teneri furti decem nomine placet. *Concordat item ea quæ proponuntur* ℑ. *cauſſa* 23. *Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi is qui indebitum accipiebat, illud delegauerit alij ſoluendum. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.* 44. *§. ſi is qui. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si is qui indebitum accipiebat, delegauerit ſoluendum: non erit furti actio, cùm eo abſente ſolutũ ſit. Cæterùm ſi præſente: alia cauſſa eſt, & furtũ fecit.

XXI. *Cauſſa: Si quis rem alienam ſimulans ſuã eſſe, ab aliquo acceperit. Hæc cauſſa approbatur l.* 45. *§.* 1. *ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si rem meam quaſi tuam tibi tradidero ſcienti meam eſſe: magis eſt furtum te facere, ſi lucrandi animo id feceris. *Concordat l.* 51. *§. ſi fugitiuum. ff. eod. tit. his uerbis:* Si fugitiuum meũ quis quaſi ſuũ à duumuiro, uel ab alijs qui poteſtatẽ habent de carcere uel de cuſtodia dimittendi, acceperit: an is furti teneatur? Et placet, ſi fideiuſſores dedit: in eos domino actionem dandam, ut hi actiones ſuas mihi mãdent. Quòd ſi non acceperint fideiuſſores, ſed tanquam ſuum accipienti eum tradiderint: dominum furti actionem aduerſus plagiarium habiturum.

XXII. *Cauſſa. Si tributorum exactor, cùm nihil deberetur, nihilominus pignus abduxerit & uendiderit. Hæc cauſſa approbatur l. C.* 8. *de furtis, hiſce uerbis:* Etiam furti actione & tributorum exactor tenetur, ſi te non ceſſante in tributaria exactione, ſciẽs quòd nihil debetur, ancillam tui iuris abduxit aut uẽdidit. Quæ res facit, ut nec emptor uſucapiat, uindicatioque ipſius tibi competat.

XXIII. *Cauſſa: Si quis ſimulans ſe creditorem, debitum accipiat. Hæc cauſſa approbatur l.* 44. *in prin. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Falſus creditor, hoc eſt is qui ſe ſimulat creditorẽ, ſi quid acceperit: furtum facit, nec nummi eius fiũt. *Concordat l.* 52. *§. apud Labeonẽ. ff. eod. tit. his uerbis:* Apud Labeonẽ relatum eſt: ſi ſiliginario quis dixerit, ut quiſquis nomine eius ſiliginem petijſſet, ei daret: & quidam ex tranſeuntibus cùm audiſſet, petierit eius nomine, & acceperit: furti actionem aduerſus eum qui ſic petet, ſiliginario competere, non mihi. Non enim mihi negocium, ſed ſibi ſiliginarium geſſiſſe. *Concordat item l.* 62. *§. falſus. ibi: quod æquè. ff. eod. tit. cuius uerba uide* ℑ. *cauſſa prox.*

XXIIII. *Cauſſa: Si falſus procurator pecuniam à debitore accepit. Hæc cauſſa approbatur d. §. falſus, his uerbis:* Falſus procurator ita demũ furtum pecuniæ facit, ſi nomine quoq; ueri procuratoris quẽ creditor habuit, aſſumpto, debitorẽ alienum circũuenerit. Quod æquè probatur & in eo qui ſibi deberi pecuniam ut hæredi Sempronij creditoris adſeuerauit, cùm eſſet alius. *Concordat l.* 44. *§.* 1. *ff. eod. tit. cuius uerba uide* ℑ. *except.* 3. *Item concordat l.* 45. *in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide* ℑ. *cap. prox. reg.* 19. *except.* 1. *Item concordat l.* 18. *in fine ff. de ſolutionib. cuius uerba uide* ℑ. *lib.* 42. *ca* 8. *repl* 10. *dupl.* 3. *Concordat item l.* 38. *§ ſi debitorem. ibi: quoniam furtum. ff. eod. tit. cuius uerba uide* ℑ. *Item concordat l.* 14. *in fine. ff. de condict. cauſſa dati. cuius uerba uide* ℑ. *lib.* 49. *cap* 6 *quæſt.* 4. *except.* 4. *Concordat item l.* 19. *C. de furtis, hiſce uerbis:* Falſus procurator depoſitum recipiendo, uel æs alienum exigendo citra domini uoluntatem, furtum facit, ac præter rei reſtitutionem actiõe dupli nec manifeſti furti cõuenitur. *Planè propoſitæ cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi promiſſum tantùm, non ſolutum ſit falſo procuratori. Hæc exceptio approbatur l* 77. *ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si is qui ſimulabat ſe procuratorẽ eſſe, effecerit ut uel ſibi uel cui me delegauit, promitterem: furti cum eo agere non poſſum: quoniam nullum corpus interueniſſet, quod furandi animo cõtrectaretur. *Altera exceptio eſt: Niſi is cuius nomine falſus procurator pecuniam accepit, ratum habuit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.* 82. *§. ſi Titius ff eod. tit his uerbis:* Si Titius, cuius nomine pecuniã perperam falſus procurator accepit, ratum habeat: ipſe quidem Titius negociorum geſtorum aget: ei uerò qui pecuniam indebitam dedit, aduerſus Titium erit indebiti cõdictio: aduerſus falſum procuratorem furtiua durabit condictio: & à Titio non iniquè per doli exceptionẽ, uti præſtetur ei furtiua condictio, deſiderabitur. Quòd ſi pecunia fuerit debita, ratũ habente Titio, furti actio euaneſcit quia debitor liberatur. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi falſo procuratori indebitum ſolutum ſit tunc enim, quãuis is cuius nomine ſolutũ eſt, ratũ habuerit: nihilominus tamen furti actio durat. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Ei uerò qui pecuniam indebitam, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi pecunia falſo procuratori ita ſit data, ut eius fiat. hoc enim caſu furtũ nõ fit. quæ exceptio approbatur l.* 44. *§.* 1. *ibi: quod ſi ita. ff. de furtis, his uerbis:* Falſus procurator furtũ quidẽ facere uidetur: ſed Neratius uidendũ eſſe ait, an hæc ſentẽtia cum diſtinctione uera ſit: ut ſi hac mente ei dederit nummos debitor, ut eos creditori perferret, procurator autẽ eos intercipiat, uera ſit. Nã & manent nummi debitoris, cùm procurator eos nõ eius nomine accepit, cuius debitor eos fieri uult: & inuito domino eos contrectando ſine dubio furtum facit. Quòd ſi ita det debitor, ut nummi procuratoris fiant: nullò

modò

modo eum furtum facere ait, uoluntate domini eos accipiendo.

XXV. *Cauſſa: Si is cui alieno nomine rectè ſolui potuit, eo tempore quo facultas iſta ſoluendi ei deſyt, ſolutũ acceperit. Hæc cauſſa approbatur exẽq; lis l.68.§.Iulianus.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Iulianus reſpondit, cũ qui pecunijs exigendis præpoſitus ſit, ſi manumiſſus exigat, furti teneri. Quod ei conſequens dicere eſt & in tutore, cui poſt pubertatem ſolutum eſt.

XXVI. *Cauſſa: Si ſeruus ſe liberum, uel filiusfamiliâs ſe patrẽfamiliâs ſimulet, ut ſibi credatur. Hæc cauſſa reprobatur l.53.§.ſeruus.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Seruus qui ſe liberũ adfirmauit, ut ſibi pecunia crederetur, furtũ non facit. Nanq; hic nihil amplius quàm idoneum ſe debitorem adfirmat. Idem eſt & in eo qui ſe patrẽfamiliâs finxit, cùm eſſet filiusfamiliâs, ut ſibi promptius pecunia crederetur.

XXVII. *Cauſſa: Si quis uerbis fraudem adhibuit, ut ſibi uel alij credatur: utputa dicendo ſe locupletem, fideiuſſores ſe daturum, pecuniam confeſtim ſoluturum, &c. Hæc cauſſa reprobatur l.44.§.ſi quis nihil.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Si quis nihil in ſua perſona mentitus eſt, ſed uerbis fraudem adhibuit: fallax eſt magis, quàm furtũ facit: utputa ſi dixit ſe locupletem: ſi in mercem ſe collocaturum quod accepit: ſi fideiuſſores idoneos daturũ, uel pecuniã confeſtim ſe ſoluturũ. Nã his omnibus magis decepit, quàm furtum fecit. Et ideo furti non tenetur. Sed quia dolo fecit (niſi ſit alia aduerſus eũ actio) de dolo dabitur. *Huius cauſſæ reprobatæ exemplũ eſt ĩ.cauſſa proxima. Planè admittitur cauſſa propoſita, ſi cùm quis certæ perſonæ crediturus eſſet, alius pro ea ſubiectus ſit minus idoneus. quæ diſtinctio approbatur l.53.§.cùm Titio.ff.d.tit.his uerbis:* Cùm Titio honeſto uiro pecuniam credere uellem, ſubieciſti mihi alium Titium egenum, quaſi ille eſſet locuples, & numos acceptos cum eo diuiſiſti: furti teneris, quaſi ope tua conſilioq; furtum factum ſit: ſed & Titius furti tenebitur. *Concordat l.68.§.ſi tu.ff.eod.tit. his uerbis:* Si tu Titium mihi commendaueris, quaſi idoneum cui crederem, & ignorem Titiũ quis ſit: ſi deinde tu alium adducas quaſi Titium: furtum facies, quia Titiũ hunc eſſe credo: ſcilicet ſi & ille, qui adducitur, ſcit. Quòd ſi neſciat, non facies furtum: nec is qui adducitur, opem tuliſſe poterit uideri, cùm furtum factum non ſit. Sed dabitur actio in factum in eum qui adduxit.

XXVIII. *Cauſſa: Si ære pignori dato, adfirmauit id aurũ eſſe. Hæc cauſſa reprobatur l.20.in prin.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Cùm æs pignori datur, etiamſi aurum eſſe dicitur, turpiter fit, furtum non fit. Sed ſi datum eſt aurum, deinde cum dixiſſet ſe ponderare, aut obſignare ualle, æs ſubiecit: furtum fecit. Rem enim pignori datam interuertit. *Concordat l.36.ff.de pignoraticia action cuius uerba uide ĩ.lib.40.cap.10.quæſt.1.cauſſa 7.*

XXIX. *Cauſſa: Si falſa pondera pro ueris ſubiecit uel commodauit. Hæc cauſſa approbatur l.52.§.ſi maiora.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Si maiora quis tibi pondera cõmodauit, cum emeres ad pondus: furti eum teneri uenditori, Mela ſcripſit: te quoq;, ſi ſciſti. nõ enim ex uolũtate uenditoris accipis, cũ erret in põdere.

XXX. *Cauſſa: Si nomen ſuũ ex inſtrumento emptionis ſuſtulit. Hæc cauſſa approbatur d.l.52.§.ſi quis ſeruo, his uerbis:* Si quis ſeruo meo perſuaſerit, ut nomẽ ſuum ex inſtrumento (puta) emptionis tolleret: & Mela ſcripſit, & ego puto, furti agendum.

XXXI. *Cauſſa: Si tabulas meas quis deſcripſerit, uel ut id faceret, ſeruo meo perſuaſerit. Hæc cauſſa reprobatur d.§.ſi quis ſeruo. his uerbis:* Si ſeruo meo perſuaſum ſit, ut tabulas meas deſcriberet: puto ſiquidem ſeruo perſuaſum ſit, ſerui corrupti agendum: ſi ipſe fecerit, de dolo actionem dandam.

XXXII. *Cauſſa: Si quis tabulas uel cautiones uel librum aut imaginẽ interleuit. Hæc cauſſa approbatur l.27.§.fin.cum quatuor legib. ſequentib.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Si quis non amouit huiuſmodi inſtrumenta, ſed interleuit: non tantùm furti actio locum habet, uerùm etiam legis Aquiliæ: nam rupiſſe uidetur, qui corrupit. Sed ſi ſubripuit, prinſquã deleat: tãti tenetur, quanti domini intarfuit non ſubripi. delendo enim nihil ad pœnã adijcit. Hoc amplius & ad exhibẽdum agi poteſt, & interdicto Quorũ bonorũ agi poterit, ſi hæreditariæ tabulæ deletæ ſint. Sed etſi imaginem quis, uel librum deleuerit: & hic tenetur damni iniuriæ quaſi ruperit. Si quis tabulas inſtrumentorum reipublicæ municipij alicuius aut ſubripuerit, aut interleuerit: Labeo ait, furti eũ teneri. Idẽq; ſcribit & de cęteris rebus publicis, deq; ſocietatibus. *Ait iuriſconſultus:* Huiuſmodi inſtrumenta. *De quibus dixerat in eadem l.27.cuius uerba uide ſ.cap.4.reg.4.except.3. Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi prius ſubripuerit, poſtea deleuerit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ſi ſubripuit prius, quàm deleat, &c. *Altera exceptio uidetur: Niſi reipublicæ inſtrumenta deleuerit. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si quis tabulas inſtrumentorum reipublicæ, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi non furti faciendi, ſed tantùm damni dandi animo deleuit. Hæc exceptio approbatur l.42.§.fin.ff.ad l.Aquiliam, his uerbis:* Interdum euenire Pomponius eleganter ait, ut quis tabulas delendo furti non teneatur, ſed tantùm damni iniuriæ: utputa ſi non ani-

mo furti faciendi,ſed tantùm damni dandi deleuit. Nam furti non tenebitur:cùm facto enim etiam animum furis furtum exigit.

XXXIII I. *Cauſſa: Si tabulas uel libellum alicuius publicè legit. Hæc cauſſa approbatur l. 74. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Semproniá libellos compoſuit quaſi datura centurioni,ut ad officium tranſmitterentur.ſed non dedit.Lucius pro tribunali eos recitauit quaſi officio traditos:quero,cùm non ſint in officio inuenti,neq; centurioni tradiri: quo crimine ſubijciatur,qui auſus eſt libelloa de domo ſubtractos pro tribunali legere, qui non ſuut dati? Modeſtinus reſpondit, ſi clàm ſubtraxit: furtum commiſſum.

XXXIIII I. *Cauſſa: Si quis equum uel aſinum alienum in equas ſuas gignendi cauſſa admiſit. Hæc cauſſa reprobatur ſub conditione l. 51. §. ſi quis aſinũ. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si quis aſinum meum in equas ſuas τῆς γονῆς duntaxat χάριν captum admiſiſſet:furti nõ renetur, niſi fraudandi quoq; animũ habuit. Quod & Herennio Modeſtino ſtudioſo meo de Dalmatia conſulenti reſcripſi circa equos,quibus eiuſdẽ rei gratia ſubieciſſe quis equas ſuas proponebatur:furti ita demum teneri,ſi furandi animo id feciſſet:ſi minus,agẽdum in factum.

XXXV. *Cauſſa: Si cretæ fodiendæ cauſſa ſpecum fecit, & cretam abſtulit. Hæc cauſſa approbatur l. 59. ff. d. tt. his uerbis:* Si cretæ fodiendæ cauſſa ſpecum quis feciſſet, & cretam abſtuliſſet: fur eſt, non quia fodiſſet, ſed quia abſtuliſſet.

XXXV I. *Cauſſa: Si fur aliquid fregit aut rupit. Hæc cauſſa reprobatur l. 22. in prin. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si quid fur fregerit aut ruperit,quod non etiam furandi cauſſa contrectauerit:eius nomine cum eo furti agi non poreſt. *Huius exemplum proponitur d. l. 22. §. 1. his uerbis:* Si eo conſilio arca fracta ſit, ut uniones (puta) tollerentur,hiq; furti faciẽdi cauſſa coutrectati ſint : eorum tantummodo furtum factum uideri,uerum eſt.Nã cæteræ res quæ ſeponuntur, nt ad uniones perueniatur, non furti faciendi cauſſa contrectantur.

XXXVII. *Cauſſa: Si cuius ope & conſilio furtum factum ſit, ſi furem celat, rem furtiuam ſuſcepit. De his alijsq; ſimilibus cauſis uide ℑ. cap. 5.*

XXXVIII. *Cauſſa: Si debitor rem pignori obligatam uendidit. Hæc cauſſa approbatur per ea quæ proponuntur ℑ. except. gener. 18. repl. 1.*

XXXIX. *Cauſſa: Si quis pro re aliena uendita precium acceperit. Hæc cauſſa reprobatur l. 57. §. ſi Titius. ff de furtis, hiſce uerbis:* Si Titius alienã rem uendidir,& ab emptore numos accepit:nõ uidetur numorũ furtũ feciſſe.

XL. *Cauſſa: Si quis fugitiuum celauerit. Hæc cauſſa approbatur l. 4. C. de furtis, hiſce uerbis:* Aduerſus eum duntaxat quem ſeruum tuum ſolicitaſſe dicis, ſi eũ deterioris animi fecit,ſerui corrupti agere potes. Quòd ſi ſolicitatum occultauit,etiam furti cum eodẽ agere potes. Quas actiones etiam per procurarorem exercere minimè prohiberis. *Concordat l. 36. §. ſi duo. ff. eod. tt. his uerbis:* Si duo,&c.

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM cauſſarum generales.

I. *Exceptio: Niſi ſeruus domino, uel filiusfamiliâs patri furtum fecerit. Hæc exceptio approbatur inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. hi qui in his uerbis:* Hi qui in parentũ uel dominorũ poteſtate ſunt,ſi rem eis ſubripiunt, furtũ quidẽ faciunt,& res in furtiuam cauſſam cadit:nec ob id ab ullo uſucapi poreſt,antequam in domini poteſtatẽ reuertatur: ſed furti actio nõ naſcitur.Quia nec ex alia ulla cauſſa poteſt inter eos actio naſci . Si uerò ope & cõſilio alterius furtum factũ fuerit,quia utiq; furtum committitur, conuenienter ille furti tenetur:quia uerum eſt ope & cõſilio eius furtum factum eſſe. *Concordat l. 36. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. 36. cap. 3. except. 5. Concordat item l. 17. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Serui & filij noſtri furtum quidem faciũt, ipſi autem furti nobis non tenentur.Neque enim qui poteſt in furem ſtatuere, neceſſe habet aduerſus furem litigare.Idcirco nec actio ei à ueteribus prodita eſt. Vnde eſt quæſitũ, ſi fuerit alienatus uel manumiſſus,an furti actione teneatur?& placet,nõ teneri.Neq; enim actio quæ fuit ab initio nata,oriri poteſt aduerſus hunc furẽ. Planè ſi manumiſſus cõtrectauit: dicẽdũ erit, teneri eũ furti iudicio, quia hodie furtũ fecit. *Concordat itẽ l. 53. in prin. ibi: idẽ dicendum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ℑ. cap. 5. reg. 1. exc. 6. repl. 5. Concordat itẽ l. 1. C. de noxalib. actionib. his uerbis:* Si extat corpus numorũ, quos ablatos ex patris tui hæreditate ab eo quẽ liberũ eſſe cõſtitit, allegas: uindicare eos,uel ad exhibendũ agere non prohiberis.Nã quamuis aliâs noxa caput ſequatur,& manumiſſus furti actione teneatur, quæ in hæredẽ nõ competit:cum tamẽ ſeruus à domino aliquid aufert,quamuis furtũ cõmittat, furti tamen actio non eſt nata,neq; aduerſus ipſum,ſi poſtea manumiſſus eſt, locum habet:niſi furtiuas res & poſt manumiſsionẽ cõtrectet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc uidetur: Niſi ſeruus qui domino furtum fecit, manumiſſus ſit, uel alienatus. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis d. l. 17. iam propoſitis hiſce:* Neq; aduerſus ipſum, ſi poſtea manumiſſus eſt, locũ habet. *Cõcordat l. 17. in prin. ibi: unde eſt quæſitũ.*

ff. de furtis, cuius uerba uide paulo ſuperius. Concordat item .. *ac autem*, *ibi: dominus autem. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit. cuius uerba uide ȝ. lib. prox. cap. 4. quæſt. 2. Concordat uē l. 61. in prin. ibi: quos tamen non. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. 44. cap. 11. quæſt. 3. cauſa 7. Planè admittitur replicatio propoſita, ſi manumiſſus uel alienatus rem furtiuā contrectauerit. quæ diſtinctio approbatur legib. iam propoſitis. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi ſeruus communis uni ex dominis furtum fecerit. Hæc replicatio reprobatur l. 44. §. etiāſi. ibi: quia etiāſi. ff. de furtis. cuius uerba uide ȝ. exc. 49. repl. 1. Concordat l. 63. in prin ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. d. cauſſa 7.* *Tertia replicatio eſt: Niſi filius familiâs qui caſtrenſe peculium habet, patri furtum fecerit. Hæc replicatio approbatur l. 53. in prin. ibi: ſed ſi filius. ff de furtis, hiſce uerbis:* Si filius meus qui habet caſtrenſe peculium, furtū mihi fecerit: an poſsim actione utili aduerſus eum agere, uidendū eſt: cum habeat unde ſatisfaciat? Et poteſt defendi agendum. *Quarta replicatio eſt: Niſi ſeruus legatus uel liber eſſe iuſſus, ante aditā hæreditatē hæredi furtū fecerit. Hæc replicatio approbatur l. 66. ff de furtis, hiſce uerbis:* A Titio hęrede homo Seio legatus, ante aditā hæreditatē Titio furtū fecit. Si adita hæreditate Seius legatū ad ſe pertinere uoluerit: furti ſerui eius nomine aget cum eo Titius: quia nec tunc, cum faceret furtū, eius fuerit. Et ut maximè quis exiſtimet, ſi ſeruus eſſe cœperit eius, cui furtū fecerat, tolli furti actionē, ut nec ſi alienatus ſit, agi poſsit eo nomine: no poſt aditam quidem hęreditatē Titij factus eſt: quia ea quæ legantur, recta uia ab eo qui legauit, ad eum cui legata ſunt, tranſeunt. *Cōcordat l. 45. §. fin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si ſeruus hæreditarius nondū adita hæreditate furtū hæredi fecerit, qui teſtamento domini manumiſſus eſt: furti actio aduerſus eū cōpetit: quia nullo tempore hæres dominus eius factus eſt. *Quinta replicatio eſt: Niſi ſeruus, cùm emptori furtū feciſſet poſtea mēptus ſit factus. Hæc replicatio reprobatur l. 69. §. cum ſeruus. ff. de furtis. cuius uerba uide ȝ. lib. 42. cap. 1. quæſt. 4. reg. 10. Concordat l. 17 §. cum autem ff. eod. tit. cuius uerba uide ȝ. lib 42. cap. 4 quæſt. 6. reg. 7. in prin.* *Sexta replicatio eſt: Niſi quoad exceptionē ſeu retentionē, ſi ſeruus uenditus, antequā traderetur, uēditori furtū fecit. hoc enim caſu uenditor retentionē habet de peculio. quæ replicatio approbatur l. 30. in prin. ff. de action. empti. cuius uerba uide ȝ. lib. 42. cap. 9. quæſt. 1. cauſſa 6. exc. 1. repl. 1.* *Septima replicatio eſt: Niſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, poſt mortē domini ante aditam hæreditatē ex hæreditate defuncti aliquid ſubripuit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur ȝ. lib. prox. cap. 4.* *Octaua replicatio eſt: Niſi ſeruus cùm in fuga eſſet, domino furtum fecerit, & ab alio poßideatur. Hæc replicatio approbatur l. 17. §. fin. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Illud quæſitum eſt, ſi cùm in fuga eſſet ſeruus, furtū domino feciſſet: an poſsit actionē habere aduerſus eū q in poteſtatē domini nō, &c.

§ I. *Exceptio: Niſi is qui bona fide poßidetur, ei à quo poßidetur, furtū fecerit. Hæc exceptio approbatur. ſimul & diſtinguitur l. 21. C. de furtis, hiſce uerbis:* Apud antiquos quærebatur, ſi ſeruus quē aliquis bona fide poſsideat, furtū commiſerit alienarū rerū, uel ipſius apud quē conſtitutus eſt: an ipſe qui eū bona fide detinet, noxalē furti actionē aduerſus uerum dominum habeat: uel ipſe ab eo qui furtū paſſus eſt, prædicta conueniatur actione? Cumq; generalis regula ab antiqua prudentia expoſita eſt, huius hominis gratia, pro quo furti noxalē actionem ſuſcipere aliquis compellitur, aduerſus alium furti actionem habere non concedens: quidam ita eam per coniecturam interpretati ſunt, aduerſus bona fide poſſeſſores nullo modo furti actionē extendi: ipſi autem, ſi furtum fuerit paſſus, aduerſus uerum dominum furti actionem noxalē rectè decerni. Tunc autem bona fide poſſeſſorē furti nomine, quod paſſus eſt, noxalem actionē contra dominum habere poſſe, quādo ſeruus ſub domini ſui fuerit cōſtitutus poſſeſsione, & pro his rebus poſſe eū aduerſus dominum habere actionem: non ſolùm quas ſeruus ſubtraxit iam apud eū cōſtitutus, ſed & quas furatus eſt, quando fugit quidem à bona fide poſſeſſore, adhuc autem nondum ſub manibus domini ſui fuerit conſtitutus. Quam interpretationē priſca quidē iura per coniecturā introducebant. Nos autem altius & uerius ad eam reſpicientes, generalē regulam ſic ab initio eſſe prolatā, accipimus. Cùm igitur bona fide poſſeſſor domini cogitatione furē poſsidet: meritò donec apud eum conſtitutus eſt, & alijs tenetur noxali actione, ſi extranei furtum à ſeruo fuerint paſsi, & ipſe aduerſus uerum dominū non habet actionē, ſecundum regulam dicentē, Qui habet aduerſus alium furti actionem, ipſe ea teneri non poteſt. Sin autem deſinat in ſerui retentione, & ille apud uerum dominū fuerit inuentus: tūc ipſe quidem noxali furti actione minimè poteſt teneri, aduerſus autem uerum dominū habet ipſe furti noxalem actionem pro rebus, quas uel tunc furatus eſt, cùm eſt apud uerum dominū: uel antea, poſtquam bona fide poſſeſſoris retentionem exceſsit, nec dum apud uerum dominū factus eſt. Sic iterum regulæ generali caſus euenit cōſentaneus. Qui enim habet tūc furti actionē aduerſus dominū, ipſe alijs teneri furti actione non poteſt.

Et ſic ex tempora omnib. diſcieiis, uetuſtiſsima dubitatio noſtro ſædere conquieſcat, & bonæ fidei poſſeſſor in parte certa tẽporis & habeat actionẽ, & 1.õ teneatur actione: & ipſe dominus in alio tẽpore nõ teneatur actione, & in alio ſub actione cõſtituatur. De eo aũt qui liber cõſtitutus, ab alio bona fide tenetur, ſi furtũ cõmiſerit: rectè & ſine aliqua dubitatione dicitur, poſſe cũ qui liber eſt cognitus, & ab ipſo qui bona fide eũ detinet, pro furto cõueniri: & bona fide poſſeſſorẽ, ſi extraneo furtũ liber commiſerit, non poſſe cõueniri, ſed ipſum pro ſuo furto reſpondere: quia generalis regula de ſeruo prolata eſt, & pro eo qui non ſeruus, ſed liber & ſuæ poteſtatis eſt, noxalem moueri actionem impoſsibile, noſtriſq; legibus incognitum eſt.

III. Exceptio: *Niſi pater filio quem in poteſtate habet, furtũ fecerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt* s. *lib. 36. cap. 1. except. 5 Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi rem caſtrenſis peculij pater abſtulerit. quæ replicatio approbatur l. 51. in prin. ibi: an autẽ pater. ff. de furtis, hiſce uerbis:* An pater filio teneatur, ſi rem eius caſtrenſis peculij ſubtraxerit, uideamus? & puto teneri. Non tantùm igitur faciet furtum filio, ſed etiam furti tenebitur.

IIII. Exceptio: *Niſi uitricus uel nouerca res priuigni ſui abſtulerit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. C. de furtis, hiſce uerbis:* Si nondũ rem templo diuino dedicatẽ uitricus tuus furto abſtulit: habes aduerſus eũ furti actionẽ. *Cõcordat l. 11. C eod. tit. his uerbis:* De his quæ ſubtraxiſſe nouerca pupilli tui precib. ſignificas, rectorẽ prouinciæ adi: qui ſi eã, poſteaquã dominus rerũ ia pro quo ſupplicas, factus eſt, aliquid furatã cognouerit: non ignorat in quadruplũ manifeſti, nec manifeſti uerò dupli actione furti conſtituta condemnationem formari.

V. Exceptio: *Niſi libertus patrono, uel cliens, uel mercenarius ei qui eum cõduxit, furtum fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 91 ff de furtis, hiſce uerbis:* Si libertus patrono, uel cliens, uel mercenarius ei qui eum conduxit, furtum fecerit: furti actio non naſcitur.

VI. Exceptio: *Niſi uxor marito, uel contrà maritus uxori furtũ fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. cum l. ſequẽte. ff rerum amotarũ. cuius uerba uide* J. *lib prox. cap. . in prin. Cõcordat l. 5. ff. expilatæ hered. cuius uerba uide* J. *lib. prox. cap. 8. quæſt. 2 exc. 1. Concord. item l. 2 C. rerum amotarum. cuius uerba uide* J. *d. cap. 5. quæſt. 3. cauſſa 1. Concordat item l. 17. C. de furtis. cuius uerba uide* J. *lib. prox. cap. 8. quæſt. 6. reg. 2. Huius exceptionis replicatio hæc uidetur: Niſi uxor rem marito commodatam abſtulerit. Sed hæc replicatio reprobatur l. ult. §. cum aũt. C de furtis. cuius uerba uide* J. *cap. prox. reg. 11. exc. 5. repl. 2.*

VII. Exceptio: *Niſi tutor pupillo, uel curator adoleſcenti furtum fecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 33 ff de furtis, hiſce uerbis:* Tutor adminiſtrationem quidem rerum pupillarũ habet, intercipiendi autem poteſtas ei nõ datur. Et ideo ſi quid furandi animo amouerit, furtum facit, nec uſucapi ea poteſt: ſed & furti actione tenetur: quamuis & tutelæ cum eo agi poſsit. Quod in tutore ſcriptũ eſt, idem erit & in curatore adoleſcentis, cæteriſq; curatoribus. *Concordat l. 2. in prin. ibi: quod ſi furandi. ff. de tutelæ actione. cuius uerba uide* s. *lib. 18. cap. 11. quæſt. 1. in prin.*

VIII. Exceptio: *Niſi ſeruus furtiuus furi furtum fecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 69. §. quod furi. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Quòd furi ipſi furtũ fecerit furtiuus ſeruus, eo nomine actionẽ cum domino furem habiturum placet: ne facinora talium ſeruorum non ſolùm ipſis impunitatẽ præſtent, ſed dominis quoq; eorũ quæſtui ſint. Pleruq; enim eius generis ſeruorũ furtis peculia eorũdẽ augẽtur.

IX. Exceptio: *Niſi impubes furtum fecerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi impubes proximus ſit pubertati, & doli capax. Hæc replicatio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. in ſumma, his uerbis:* Sciendum eſt, quæſitum eſſe, an impubes rem alienam amouendo furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu furandi conſiſtit, ita demum obligari eo crimine impuberem, ſi proximus pubertati ſit, & ob id intelligat ſe delinquere. *Concordat l. 23. cum l ſequente ff. de furtis, hiſce uerbis:* Impuberem furtum facere poſſe, ſi iam doli capax ſit, Iulianus libro XXII. Digeſtorum ſcripſit. Item poſſe cum impubere dãni iniuria agi: quia & furtum ab impubere fiat: ſed modum eſſe adhiber dun..ait. nam in infantes id non cadere. Nos putamus cum impubere culpa capace, Aquilia agi poſſe. Item uerum eſt, quod Labeo ait, nec ope impuberis furto facto, teneri eom. Nec minus etiam cõdici ei poſſe, Iulianus ſcripſit, cùm doli capax ſit.

X. Exceptio: *Niſi nemo ſit rei ſubreptæ dominus uel poſſeſſor. Hæc exceptio approbatur l. 6 ff. expilatæ hered. his uerbis:* Si hæreditariam rem ignorans in ea cauſſa eſſe ſubripuiſti: furtum te facere, Papinianus reſpondit. Paulus. Rei hæreditariæ furtum non fit: ſicut nec eius quæ ſine domino eſt: & nihil mutat exiſtimatio ſubripientis. *Concordat l. 1. §. Scæuola. ff ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus erit, &c. his uerbis:* Scæuola ait, poſſeſsionis furtum fieri. Deniq; ſi nullus ſit poſſeſſor, furtũ negat fieri. Idcirco aũt hæreditati furtũ nõ fieri, quia poſſeſsionẽ hæreditas nõ habeat, quæ facti eſt & animi. Sed uec hæredis

eſt

eſt po[illegible] a[illegible]m poſsideat: qa hæ[illegible]tas [illegible] eu[illegible] dta[illegible]m tr[illegible]nsfundi, qđ eſt [illegible] tem fuit poſſeſsio hæreditat[illegible] Conc[illegible]rdat item l. 44. [illegible] qui a'[illegible] um. [illegible] enim [illegible] m ff. de [illegible] [illegible] uerba [illegible] cauſ. 19 Huius exceptionis exemplum primum eſt, ſi quis [illegible]m hæreditariã abſtulerit. Quod ue[illegible] iam e[illegible]numerata proponitur: de quo uide plura [illegible] excep. 15. A[illegible]er[illegible]m exẽpl[illegible]m eſt, ſi q[illegible]s rem a domino pro derelicto habitam abſtulerit. quod proponitur d. cauſ. 10. exc. 2. Planè huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi cùm rei eius qui eſt apud hoſtes ablata eſſet, is poſt liminio redierit. Quæ replicatio approbatur l. 42. in prin. ff. de furtis, hiſce uerbis: Si cùm quis in hoſtiũ poteſtate e[illegible]ſet, furtũ ei f[illegible]ctũ ſit, & poſt liminio redierit: poterit quis dicere, eum furti habere actionem.

X[illegible]. Exceptio: Niſi res ſacra ſit ablata. hoc enim caſu non furti actio competit, ſed accuſatio publica de ſacrilegio. de qua re uide J. lib. prox. cap. 7.

XII. Exceptio: Niſi publica res ſit ablata. Hæc exceptio reprobatur l. 83. ff. de furtis. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 7. queſt. 1. exc. 2. Concordat l. 31. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſ. 12 in prin.

XIII. Exceptio: Niſi liber homo ſit ablatus. Hæc exceptio ipſo quidẽ iure approbatur exẽplo l. 38. in prin. ff. de furt[illegible], hiſce uerbi[illegible] [illegible]ater fil[illegible] ſubrepti furti actio oẽ non habet. Verùm eius replicatio hæc eſt: Niſi filiofamilias ſubrepto, pater furti agat. Quæ replicatio approbatur l. 14. § ſi filiusfamilias. ff. d. tt. his uerbis: Si filiusfamilias [illegible]ubreptus ſit, patrẽ furti actionẽ habere, palàm eſt. Cõcordat l. 19. ff. d. tt. his uerbis: S[illegible] filius ſubreptus ſit, patre habere furti actionẽ, palàm eſt. Concordat itẽ Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. § inter dum etiã, his uerbis: Interdũ etiã liberorũ hominũ furtũ fit: ueluti ſi quis liberorũ noſtrorũ qui in poteſtate noſtra ſunt, ſubreptus fuerit. Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi pater non furti actione, ſed condictione furtiua agere uelit. Quæ duplicatio approbatur l. 38. ff. d. tt. his uerbis: Liberarũ perſonarũ nomine licet furti actio ſit, cõdictio tamen nuſquã eſt.

XIIII. Exceptio: Niſi feras beſtias, uolucres uel piſces quis ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur ſ. lib. 21. cap. 1. cauſa 2.

XV. Exceptio: Niſi res hæreditaria ſit ſubrepta. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 70. cũ duab. ll. ſequẽtib. ff. d[illegible] furtis, hiſce uerbis: Hęreditariæ rei furtũ fieri Iulianus negabat: niſi forte pignori dederat defunct[illegible]is, aut cõmodauerat, aut in q[illegible]a uſusfructus alienus eſt. [illegible]s enim ca[illegible]s putabat hęreditariarũ rerũ fieri furtũ, & uſucapionẽ impediri: idcirco[illegible]; hæredi quoq; actionẽ furti competere [illegible] Conc[illegible]rdant ea quæ propoſita ſunt ſ. exc. 10. in prin. [illegible] item l. 40. ff. de noxalib. action. cuius uerba [illegible] lib prox. cap. 2. quæſtion. 2. exc. 5. repl. 1. Huius exceptionis replicationes hæ ſunt: Niſi res hæreditaria a defuncto alij fuerit pignori data, cõmodata, aut uſusfructus eius alienus ſit. Quæ replicationes uerbis iam propoſitis approbantur. Sed & replicatio eius hæc eſt. Niſi res ſubrepta ipſi defuncto pignori data fuerit cõmodata aut locata. nã & hoc caſu nihilominus dominus rei furti actionẽ habebit. Quæ replicatio approbatur l. 14. § ſi rei. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. ca prox. reg. 11. exc. 1.

X[illegible]I. Exceptio: Niſi rei immobi[illegible]is ablata ſit. Hæc exceptio approbatur l. 14. §. qui uim. ff. quod metus cauſa, his uerbis: Qui uini intu[illegible]it cùm poſſeſsionẽ à me ſit cõſecutus, fur nõ eſt. quãuis qui ui rapuit, fur improbior eſſe uideatur, ut Iuliano placet. Concordat Inſt. de uſucap. § quod autem ad eas. ibi: abolita eſt. cuius uerba uide ſ. lib. 22. cap. 1. exc. 21. repl. 7. Concordat item l. 38. ibi: abolita eſt. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. repl. 7. Itẽ concordat l. 25. in princ. ff. de furtis. cuius uerba uide J. proximè. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non furti agatur, ſed condictione. Quæ replicatio approbatur d. l. 25. in prin. his uerbis: Verũ eſt [illegible] qđ plerique probant, fundi nomine furti agi non poſſe. unde quæritur, ſi quis de fundo ui deiectus ſit, an condic[illegible] ei poſsit qui deiecit? Labeo negat. Sed Celſus putat poſſe condici poſſeſsionem, quemadmodum poteſt re mobili ſubrepta.

XV[illegible]I. Exceptio: Niſi fructus, arbores & alia quæ partes fundi ſunt, auferantur. Hæc exceptio reprobatur d. l. 25. in fine, his uerbis: Eorũ q[illegible]æ de fun[illegible]o tolluntur, utputa arborũ, uel lapidũ, uel arenæ, uel fructuum, quos quis fraudandi animo decerpſerit: furti agi poſſe, nulla dubitatio eſt. Concordat l. 26. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 4. Item concordat l. 63. §. locaui. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. exc. prox. repl. 1.

XVIII. Exceptio: Niſi rem ſuam quis ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur quidem ipſo iure. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi debitor pignus ſubripuerit uel uendiderit. Hæc replicatio approbatur Inſt. de oblig. quæ ex delicto. § aliquando, his uerbis: Aliquando etiam ſuæ rei furtum quis committit: ueluti ſi debitor rem quã creditori pignoris cauſa dedit, ſubtraxerit. Concordat Inſt. eod. tt. § furti autem, in fine. cuius uerba uide J cap prox. reg. 1 in prin. Concordat item l. 12. § ſed ſi res. ibi: uerùm contra ipſum ff. de furtis cuius uerba uide J. cap prox. reg. 11. Item concordat l. 19. § fin. ff. eod. tt. his uerbis: Qui rem pignori dat, eamq; ſubripit: furti actione tenetur. furtum autem rei pignoratæ dominus non tantùm tunc facere uidetur, cùm poſsidenti ſiue tenenti creditori aufert: uerùm & ſi eo tempore abſtulerit, quo non poſsidebat: utputa ſi rem pignoratam uendidit. Nã & hic furtum eum facere conſtat. Et ita Iulianus ſcrip[illegible]. Concordat item l. 61. § locaui. ff. eod. tt. his uerbis: Locaui tibi fu[illegible]dum, & (ut adſolet) conuenit, uti fructus ob mercedem mihi pignori eſſent: ſi eos clàm deportaueris, furti me

recũ agere po[illegible]e aiebat. Sed & ſi tu alij fructus pende[illegible] uendideris, & emptor eos deportauerit: conſequens eſſe, ut in furtiuã [illegible]am c[illegible]s incidere dicamus. Etenim fructus quandiu ſolo cohæreat fundi eſſe. Et ideo colonũ, quia uol[illegible]tate d[illegible]mini eos percipere uideatur, ſuos fructus facere. q͛d certè in propoſito non æquè dici[illegible]r. qua enim ratione coloni fieri poſſunt, cùm emptor eos ſuo nomine cogat? *Concordat itẽ l. 68 in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: Si is qui rẽ pignori dedit, uendiderit eam: quãuis dominus ſit, furtum facit: ſiue eã tradiderit creditori, ſiue ſpeciali pactione tantùm obligauerit. Idq́; & Iulianus putat. *Altera replicatio eſt: Niſi pars rei alterius ſit. Hæc replicatio approbatur l. 46. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Si ſocius cõmunis rei furtum fecerit (poteſt enim communis rei furtum facere) indubitatè dicendum eſt, furti actionem competere. *Tertia replicatio eſt: Niſi uſusfructus rei alterius ſit. Hæc replicatio approbatur l. 15. §. dominus. ff. de furtis. hiſce uerbis*: Dominus qui rẽ ſubripuit, in qua uſusfructus alienus eſt, furti uſufructuario tenetur. *Cõcordat l. 20. §. fin. ff. eod tt. cuius uerba uide ſ. repl. prox. Quarta replicatio eſt: Niſi dominus rem ſuã bonæ fidei poſſeſſori auferat. Quæ replicatio approbatur d. §. fin. his uerbis*: Si bona fide rẽ meã emeris, eãq́; ego ſubripuero: uel etiã tuus uſusfructus ſit, & eam cõtrectauero: tenebor tibi furti actiõe, etſi dominus rei ſum. Sed his caſibus uſucapio quaſi furtiuæ rei nõ impedietur: quoniã etſi alter ſubripiat, & in meã poteſtatẽ reuerſa res fuerit, uſucapietur. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi nihil interſit bonæ fidei poſſeſſoris, rẽ ei à domino ſubreptã eſſe. Quæ duplicatio approbatur l. 55. §. fi. ff. de furtis, his uerbis*: Si ex donatione alterius rẽ meã teneas, & eã ſubripiã: ita demùm te furti agere mecum poſſe Iulianus ait, ſi Interſit tua retinere poſſeſsionẽ: ueluti ſi hominẽ donatũ noxali iudicio defenderis, uel ægrũ curaueris, ut aduerſus uindicantẽ iuſtam habiturus ſis retentionẽ. *Quinta replicatio eſt: Niſi dominus rei cõmodatæ cõmodatario rem cõmodatam auferat. Hæc replicatio reprobatur ſub conditione l. 15. §. dominus. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Eum qui [illegible]bi cõmodauerit, ſi eam rem ſubripiat, non teneri furti placuiſſe Põponius ſcripſit: quoniã nihil tua interſit, utpote cùm nec cõmodati tenearis. Ergo ſi ob aliquas impenſas quas in rẽ cõmodatam feciſti, retentionẽ eius habueris: etiã cũ ipſo domino, ſi eam ſubripiat, habebis furti actio[illegible]ẽ: q[illegible]a eo caſu quaſi pignoris loco ea res fuerit. *[illegible]õcordat l. 62. ff. eo. tt. his uerbis*: Si is qui rẽ cõmodaſſet, eam rẽ clàm abſtuliſſet: f[illegible]ti cum eo agi non poteſt: quia ſuũ recepiſſet. & ille cõmodati liberatus eſſet. hoc tamẽ ita accipiendũ eſt, ſi nullas retinẽdi cauſas is cui commodata res erat, habuit. Nã ſi impenſas neceſſarias in rẽ commodatã fecerat: interfuit eius potius per retentionẽ eas ſeruare, quàm ultrò cõmodati agere. Ideoq́; furti actionem habebit. *Sexta replicatio eſt: Niſi non rem ſuam, ſed precium rei ſuæ uenditæ dominus ſubripuerit. Hæc replicatio approbatur l. 49. §. fi. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Cùm fur rem furtiuã uẽdidiſſet, eiq́; numos precij dominus rei per uim extorſiſſet: furtũ eũ numorũ feciſſe, rectè reſpõſum eſt. Idẽ etiã Vi bonorũ raptorũ actione tenebitur. Quod enim ex re furtiua redigitur, furtiuũ non eſſe, nemini dubiũ eſt. Numus ergo hic qui redactus eſt ex precio rei furtiuæ, non eſt furtiuus. *Concordat l. 18. §. ſi ſeruus. ff. de noxalib. actionib. his uerbis*: Si ſeruus meus rem tuã ſubtraxerit, & uendiderit, eoq́; numos quos ex precio habebat, ei excuſſeris: loc⁹ erit furti actiõi ultrò citroq́;: nã & tu aduerſus me furti ages noxali ſerui nomine, & ego aduerſus te numorũ nomine.

XIX. Exceptio: *Niſi quis rem ſibi debitã ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur exẽplo l. 17 ff. de furtis, hiſce uerbis*: Cùm creditor rẽ ſibi pignoratã aufert, non uidetur cõtrectare, ſed pignori ſuo incũbere. *Aliud exemplũ proponitur in emptore, l. 14. §. adeò. ff. eod. tt. his uerbis*: Adeò emptor ante traditionẽ furti actionẽ non habet, ut ſit quæſitũ, an ipſe ſubripiẽdo rẽ emptor furti teneatur? Et Iulian. lib. XXII. Digeſt. ſcribit, ſi emptor rẽ, cuius cuſtodiã uenditorẽ præſtare oportebat, ſoluto precio ſubripuerit: actione furti eũ non teneri. Planè ſi antequàm pecuniã ſolueret, rẽ ſubtraxerit: furti actione teneri perinde ac ſi pignus ſubtraxiſſet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi debitor retentionẽ in re habuit, uel per exceptionẽ aliquam defendebatur. Quæ replicatio approbatur exẽplo iam propoſito, hiſce uerbis*: Planè ſi antequàm pecuniã ſolueret, rem ſubtraxerit, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi creditor debitoris condemnati bona propria authoritate diſtraxerit. Quæ replicatio approbatur l. 6. §. pen. ff. de re iudicata. cuius uerba uide ſ. lib. 1. cap. 4. quæſt. 6.*

XX. Exceptio: *Niſi ſeruus cõmodatoris cõmodatario rem commodatã ſubripuerit. Hæc exceptio reprobatur ſub conditione l. 55. §. 1. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. 39. cap. 5. quæſt. 1. exc. 5. Concordat l. 21. §. in exercitu. ibi: ſed & illi ff. commodati. cuius uerba uide ſ. lib. 39. cap. 5. quæſt. 1. exc. 5. Cõcordat d. l. 21. §. fin. cuius uerba uide d. exc. 5.*

XXI. Exceptio: *Niſi non inuito, ſed uolente domino quis rem eius contrectauerit. Hæc exceptio approbatur l. 49. §. qui ex uoluntate. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Qui ex uoluntate domini ſeruum recipit: quin neque fur,

neque

neque plagiarius ſit, plus quàm manifeſtū eſt? Quis enim uolūtatē domini habēs, fur dici poteſt? quid ſi dominus uetuit, & ille ſuſcepit? & ſiquidē nō celādi animo, nō eſt fur: ſi celauerit, tūc eſſe incipit fur. Qui igitur ſuſcepit, nec celauit, etſi inuito dño, fur non eſt. uetare autē dominum accipimus etiā eum qui ignorat, hoc eſt eū qui non cōſentit. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi domino ignorante quis rem eius contrectet. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vetare autem dominū accipimus etiam eum qui ignorat, hoc eſt eū qui non conſentit. *Altera replicatio eſt. Niſi is qui ſubripuit, inuito domino ſe hoc facere putauit. Hæc replicatio reprobatur Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. ſed etſi credat, his uerbis:* Etſi credat aliquis inuito domino ſe rem cōmodatam ſibi cōtrectare, domino autē uolente id fiat: dicitur furtū non fieri. *Concordat l. 47. §. pen. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Quæritur, ſi ego me inuito domino facere putarē. cùm dominus uellet, an furti actio ſit? Et ait Pōponius, furtū me facere. Verū tamē eſt, ut cùm ego uelim te uti, licet tu ignores, ne furto ſis obligatus. *Tertia replicatio eſt: Niſi cùm quis ſeruum alienum ſollicitaſſet, ut res aliquas domino auferret, & ad ſe perferret, ſeruus id domino indicauerit, & dominus, ut ſollicitatorē in ipſo delicto deprehēderet, permiſerit ſeruo rē ad eum perferre. Hæc replicatio approbatur Inſt. d. §. ſed etſi credat. ibi: unde illud. et l. 20. C. de furtis. de qua re uide j. lib. prox. ca. 9. quæſtion. 2. exc. 14. repl. 2.*

XXII. *Exceptio: Niſi ſciente & non prohibente domino, rem eius quis ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 93 ff de furtis, hiſce uerbis:* Si quis cùm ſciret quid ſibi ſubripi, non prohibuit: non poteſt furti agere. Paulus. Imò contrà. Nam ſi quis ſcit ſibi rapi, & quia nō poteſt prohibere, quieuit: furti agere poteſt. Sed etſi potuit ꝓhibere, nec prohibuit: nihilominus furti aget. Et hoc modo patronus quoq; liberto. & is cuius magna uerecūdia ei, quē in præſentia pudor ad reſiſtendū impedit, furtū facere ſolet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dominus ſciens prohibere non potuit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et quia non poteſt prohibere, quieuit, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi uerecundia motus prohibere noluit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed etſi potuit prohibere, &c.

XXIII. *Exceptio: Niſi quis ſeruis domini mandantibus pecuniā eius abſtulerit, eaq; prædiū emerit, dominusq; id ratū habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. de furtis, hiſce uerbis:* Si pecunia tua mandantib. ſeruis quidā prædia cōparauerunt: eligere debes, utrum furti actionē & condictionē, an mandati potius inferre debeas. neque enim æquitas patitur, ut & criminis cauſam perſequaris, & bonæ fidei contractum impleri poſtules.

XXIIII. *Exceptio: Niſi non furandi animo quis rem alienam abſtulerit, uel contrectauerit. Hæc exceptio approbatur l. 41. §. fin. ff. ad l. Aquiliā. cuius uerba uide ſ. cauſa 32. exc. 3.* Concordat *l. 40. ibi: nec enim factum. ff. de furtis. cuius uerba uide j. exēplo 4. Item concordat l. 51. §. rectè Pedius. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. lib. 36. cap. 3. exc. 8. Item concordat Inſtit. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. placuit, in fin. cuius uerba uide j. exc. prox. Concordat item Inſt. eod. tit. §. in ſumma. ibi: quis furtū. cuius uerba uide ſ. exc. 9. Huius exceptionis exemplum primū eſt in eo qui per infantiam rem alienā auferat, ut non intelligat quid agat: de quo Inſt. d. §. in ſumma. Alterū exemplū eſt in eo qui per laſciuiam pecus alienū fugat. quod proponitur Inſt. d. tit. §. interdū quoq. ibi: ſed ſi quid eorū. cuius uerba uide j. cap. 5. reg. 1. exc. 6. in prin. Tertium exemplū eſt in eo qui aſinū alienū in equas ſuas generandi cauſa immittit. quod proponitur l. 53. §. ſi qs aſinū. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cauſ. 34. Quartum exemplū eſt in eo qui ancillam alienā libidinis cauſa rapit. quod proponitur l. 40. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Verū eſt, ſi meretricē alienam ancillā rapuit quis, uel celauit, furtū non eſſe: nec enim factū quæritur, ſed cauſa faciendi. Cauſa autē faciendi libido fuit, non furtū. Et ideo etiā eū qui fores meretricis effregit libidinis cauſa, & fures nō ab eo inducti, ſed aliàs ingreſſi, meretricis res egeſſerunt: furti nō teneri. an tamen uel Fauia teneatur. qui ſuppreſſit ſcortum libidinis cauſa? & non puto teneri: & ita etiā ex facto, cùm id dixiſſet, dixi. hic enim turpius facit, quàm qui ſubripuit. Sed ſecū facti ignominiā cōpenſat: certè fur nō eſt. *Huius quarti exempli replicatio hæc eſt: Niſi ancillā alienā, non meretricē libidinis cauſa rapuit. Quæ replicatio approbatur l. 84. §. qui ancillā. ff. eod. tit. his uerbis:* Qui ancillā, non meretricē libidinis cauſa ſubripuit, furti actione tenetur: et ſi ſuppreſſerit, pœna legis Fauiæ coercetur. *Reliqua propoſitæ exceptionis exempla ſeu ſpecies uide in exceptionibus proximè ſequentibus.*

XXV. *Exceptio: Niſi putauit ſe domino uolente, uel non inuito, rem eius cōtrectare.* Hæc exceptio *approbatur Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. placuit, his uerbis:* Placuit tamen eos qui reb. cōmodatis aliter uterētur, quàm utēdas acceperint, ita furtū cōmittere, ſi ſe intelligāt id inuito domino facere: eumq; ſi intellexiſſet, nō permiſſurū. At ſi permiſſurū credāt, extra crimē uideri: optima ſanè diſtinctione, quia furtū ſine affectu furādi nō cōmittatur. *Concordat l. 47. §. rectè. ff. de furtis. hiſce uerbis:* Rectè dictū eſt, q putauit ſe dñi uolūtate rē attingere, nō eſſe furē: qd enim dolo fecit, q putat dñm cōſenſurū fuiſſe, ſiue falſo

id,

id,ſiue uerè putet? Is ergo ſolus fur eſt,qui id adtrectauit,quod inuito ſe domino facere ſciuit. *Concordat item l.78. in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide ī. lib.39.cap.5.quæſt.5.exc.6.rep.1.*

XXVI. Exceptio: *Niſi putauit rem à domino pro derelicto habitam. Hæc exceptio approbatur l.44. §.qui alienum. ibi: ſed etſi non ſit. ff.de furtis. cuius uerba uide ī.cauſa 19.in prin. Concordat d.l.44.§. ſi quis ſponte. cuius uerba uide d.cauſa 19.exc.2.repl. 2. Concordat item d.l.44. §.ſi iactum,in fine. cuius uerba uide d.exc.2 repl.3.*

XXVII. Exceptio: *Niſi putauit rem ſuam eſſe. Hæc exceptio approbatur Inſt. ui bonor.raptor.§.itatamen competit, in fine. cuius uerba uide J.cap.9. quæſt.1.exc.5. Huius exemplum proponitur l.85.in princ.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Si quis ex bonis eius quam putabat mortuũ, qui uiuus erat,pro hærede rea adprehenderit: Neretius ait,eum furtum non facere.

XXVIII. Exceptio: *Niſi redditurus domino rem iacentem ſuſtulit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ī.cauſa 19.except.4.*

XXIX. Exceptio: *Niſi ideo rem ſubripuit, ut eam alij donaret. Hæc exceptio reprobatur l.56. §.1. ibi: unde & is. ff.de furtis. cuius uerba uide ī.cauſ.8.*

XXX. Exceptio: *Niſi cum eo quis furtum fecerit,qui ipſe furti actione conueniri non poteſt. Hæc exceptio reprobatur l.53. in prin. ibi: ſed etſi furtũ. ff. de furtis. cuius uerba uide J. cap.5. reg.1. exc.6. repl.5.*

XXXI. Exceptio: *Niſi ei furtum factum ſit, apud quem in alea luſum eſt. Hæc exceptio approbatur edicto prætoris l.1. in prin.ff. de aleatoribus, his uerbis:* Prætor ait, Si quis eum,apud quem in alea luſum eſſe dicetur, uerberauerit, damnum'ue ei dederit,ſiue quid eo tẽpore domo eius ſubtractũ erit: iudicium nõ dabo. In eum qui aleæ ludendę cauſa uim intulerit: utiq; quæ res erit,animaduertã. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi furtum factũ ſit alio tempore, quàm quo alea luſum eſt. Hæc replicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Siue quid eo tẽpore,&c. *Concordat d.l.1.§. item notandum. cuius uerba uide J.repl.prox. Altera replicatio eſt: Niſi nõ in domo, in qua alea luſum eſt, ſed alibi furtum factũ ſit. Et hæc replicatio elicitur ex uerbis edicti ī.propoſitis hiſce:* Domo eius, &c. *Cui concordat d.§.item notandum, his uerbis:* Notandũ q̃ Prętor ſuſceptorẽ uerberatũ quidẽ, & damnũ paſſum ubicunq; & quãdocunq;,non uindicat:uerùm furtũ factũ domi & eo tẽpore quo alea ludebatur: licet luſor non fuerit,qui quid eorũ fecerit, impunè fit. *Declaratur replicatio propoſita d.l.1. §. domum, his uerbis:* Domũ pro habitatione & domicilio nos accipere debere,certũ eſt. *Tertia replicatio uidetur: Niſi alius quàm luſor furtum fecerit. Sed reprobatur uerbis d.§.item notandũ, iam propoſitis hiſce:* Licet luſor nõ fuerit,qui quid eorum fecerit,impunè fit. *Quarta replicatio eſt: Niſi non furti actione, ſed cõdictione uel uindicatione furtiua agatur. Hæc replicatio approbatur d.l.1.§.quod autem, his uerbis:* Quod Prætor negat ſe furti actionem daturũ: uideamus utrum ad pœnalem actionem ſolam pertineat, an & ſi ad exhibendum uelit agere, uel uindicare, uel condicere? Et eſt relatũ apud Pomponiũ,ſolũmodo pœnalẽ actionem negaram: quod puto uerum. Prætor enim ſimpliciter ait: Si quid ſubtractum erit,iudicium non dabo.

XXXII. Exceptio: *Niſi fur ignoret cuius res ſit. Hæc exceptio reprobatur l.44. §. qui alienum. ff.de furtis. cuius uerba uide ī.cauſa 19.in prin.*

XXXIII. Exceptio: *Niſi actoris nihil interſit, rem ſubreptam eſſe. Hæc exceptio approbatur exẽplo l.53.§.fin.ff.de furtis, his uerbis:* Si ſtatuliber ſubreptus ſit,uel res ſub cõditione legata: deinde antequã adeatur hæreditas, extiterit cõditio: furti iã agi non põt,quia deſijt intereſſe hæredis. Pendente autẽ conditione,tanti æſtimandus eſt, quanti emptorem poteſt inuenire. *Concordat l.27.§.inde poteſt.ff. eod.tt. cuius uerba uide J. cap.6. reg.4. except.5.*

XXXIIII. Exceptio: *Niſi fur rem non celauerit. Hæc exceptio approbatur exemplo l.49. §. qui ex uoluntate, in fine.ff.de furtis, uerbis ī.exc.21.propoſitis hiſce:* Qui ſuſcepit,nec celauit, etſi inuito domino: fur non eſt.

XXXV. Exceptio: *Niſi contrectatio ſecuta non ſit. Hæc exceptio approbatur l.52. §.neq; uerbo. ff.d.tt. his uerbis:* Neq; uerbo,neq; ſcriptura quis furtũ facit: hoc enim iure utimur, ut furtum ſine contrectatione nõ fiat. Quare & opem ferre uel conſilium dare tũc nocet, cùm ſecuta contrectatio eſt. *Concordat l.1.§. ſola.ff.eod.tt. cuius uerba uide ī.cauſa 16. Item cõcordat l.21.§.qui furti.ff.eod.tt. his uerbis:* Qui furti faciendi cauſa conclaue intrauit, nõdum fur eſt, quamuis furandi cauſa intrauerit. Quid ergo, qua actione tenebitur? utiq; iniuriarum: aut de ui accuſabitur, ſi per uim introiuit. *Concordat item l.22. in prin. ff.eod.tt. cuius uerba uide ī.cauſa 36. Concordat d.l.22.§.1. cuius uerba uide d. cauſa 36. Concordat item l. 3. §.ſi rem, in fine.ff. de adq.poſſeſ. cuius uerba uide ī.lib. 23.cap.4. cauſa 23. exc. 1. Item concordat l.53.§.fin. in fin. ff.de uerb.ſign. cuius uerba uide J. cap.5.reg. 1.except.6.repl.2.*

XXXVI. Exceptio: *Niſi res ſubrepta perierit. Hæc exceptio reprobatur l.47. in prin. ff.de furtis, his uerbis:* Inter omnes conſtat, etſi extincta ſit res furtiua, attamen furti remanere actionem aduerſus furem. Proinde mortuo quoque homine quem quis furto abſtulit, uiget furti actio. Sed nec manumiſſio furti actionem extinguit.

Nec enim diſsimilis eſt morti manumiſſio, quod ad ſubtrahẽdum domino ſeruũ attinet. Itaq; qualiter qualiter domino ſeruus ſit ſubtractus: attamẽ ſupereſſe aduerſus furem furti actionẽ: eoq; iure utimur. Competit enim actio non ideo, quia nũc abeſt, ſed quia unquam beneficio furis abfuit. Hoc idem in condictione quoque placet: nam cõdici furi poteſt, etiamſi res ſit aliqua ratione extincta. Hoc idem dicẽdum, ſi res in poteſtatem hoſtium peruenerit. Nam cõſtat de ea poſſe furti agi. Sed etſi pro derelicto ſit poſtea à domino habita: furti nihilominus agi poterit. *Concordat l. 52. in prin. ibi: ſed etſi in reb. ff. eod. tit. cuius uerba uide ℑ. cap. 6. reg. 5. Concordat item l. 9. C. eod. tit. his uerbis:* Subtracto furto uel ui abrepto mãcipio, quamuis rebus humanis non oblatum fuerit exemptum: tam ad raptorem, quàm ad furem periculum redundabit, & uterq; eorum pœna legitima coërcebitur.

XXXVII. Exceptio: *Niſi res ſubrepta ad hoſtes peruenerit. Et hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 47. in prin. iam propoſitis hiſce:* Hoc idem dicẽdum, ſi res in poteſtatem, &c.

XXXVIII. Exceptio: *Niſi ſeruus ſubreptus, poſtea manumiſſus ſit. Et hæc exceptio reprobatur uerbis d. l. 47. in prin. ſ. propoſitis hiſce:* Sed nec manumiſsio furti actionem extinguit, &c.

XXXIX. Exceptio: *Niſi res à domino pro derelicto habita ſit. Et hæc exceptio reprobatur ibidem his uerbis:* Sed etſi pro derelicto ſit poſtea à domino habita, furti nihilominus agi poterit.

XL. Exceptio: *Niſi ſtatulibero uel re ſub conditione legata ſubreptis, conditio ante aditam hæreditatem extiterit. Hæc exceptio approbatur l. 11. §. fin. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. except. 33.*

XLI. Exceptio: *Niſi dominus rẽ receperit. Hæc exceptio reprobatur l. 56. §. cùm furti. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Cùm furti actio ad pœnæ perſecutionem pertineat, condictio uerò & uindicatio ad rei recuperationem: apparet recepta re nihilominus ſaluam eſſe furti actionem, condictionem uerò & uindicationẽ tolli: ſicut ex diuerſo poſt ſolutã dupli aut quadrupli pœnam, ſalua eſt uindicatio & condictio. *Concordat l. 49. in prin. ff. eo. tit. cuius uerba uide ℑ. exc. 46. Item concordat l. 67. ff. eod. tit. his uerbis:* Qui ea mente alienum quid contrectauit, ut lucrifaceret: tametſi mutato cõſilio id domino poſtea reddidit, fur eſt. Nemo enim tali peccato pœnitẽtia ſua nocens eſſe deſijt. *Concordat item l. 13. C. eod. tit. cuius uerba uide ℑ. exc. 44. Planè admittitur exceptio propoſita in caſu l. 58. §. qui furem. ff. de furtis. cuius uerba uide ℑ. except. prox.*

XLII. Exceptio: *Niſi dominus furem deprehenſum deduxit ad præfectum uigilum uel præſidem, et ab eo cõdemnatione facta, rem ablatam recepit. Hæc exceptio approbatur d. §. qui furem, his uerbis:* Qui furem deducit ad præfectum uigilum, uel ad præſidem, exiſtimandus eſt elegiſſe uiã qua rem perſequeretur. et ſi negocium ibi terminatũ eſt, & damnato fure recepta eſt pecunia ſublata in ſimplum: uidetur furti quæſtio ſublata: maximè ſi nõ ſolùm rẽ furtiuã fur reſtituere iuſſus fuerit, ſed amplius aliquid in eum iudex conſtituerit. Sed etſi nihil amplius quàm furtiuam rem reſtituere iuſſus fuerit: eo ipſo quòd in periculũ maioris pœnæ deductus eſt fur, quæſtionem furti ſublatam eſſe.

XLIII. Exceptio: *Niſi furti nomine ſemel actum ſit. Hæc exceptio approbatur quidem ipſo iure, quo exceptio rei iudicatæ introducta eſt: uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi cum alio antea ſit actum. Hæc replicatio approbatur l. 72. §. fin. ff. de furtis. cuius uerba uide ℑ. cap. prox. reg. 1. exc. 1. Concordat l. 52. §. pen. ff. eod. tit. cuius uerba uide ℑ. cap. 5. reg. 1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi cum domino ſerui furis ſit actum: hoc enim caſu ſeruus manumiſſus exceptione defenditur. Quæ duplicatio approbatur l. 43. in fine ff. eod. tit. cuius uerba uide ℑ. cap. 5. reg. 1. exc. 1 repl. 1. dupl. 1. Altera replicatio eſt: Niſi alterius nomine antea ſit actum. Hæc replicatio approbatur l. 51. in fine. ff. eo. tit. his uerbis:* Si unus è ſeruis tuis hauſiſſet, & abſtuliſſet, alter hauriendo deprehenſus eſſet: prioris nomine nec manifeſti, alterius manifeſti teneberis. *Concordat l. 95. §. fin ff. eod. tit. his uerbis:* Ei cum quo ſuo nomine furti actũ eſt, etiãſi ſerui nomine de alia re aduerſus eũ agatur: non dandam exceptionẽ furti unà facti placet. *Tertia replicatio eſt: Niſi de alia re antea ſit actum. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* De alia re, &c. *Concordat l. 18. §. fin ff. eod. tit. his uerbis:* Si duo ſerui tui ueſtem & argentũ ſubripuerint, & alterius nomine de ueſte tecum actum fuerit, & alterius de argento agetur: nulla exceptio dari debebit ob eam rem, quòd iam de ueſte actũ fuerit. *Concordat item l. 7 § 1. ff. de condictione furtiua, his uerbis:* Furti actio pœnam petit legitimam, condictio rem ipſam. Ea res facit, ut neq; furti actio per condictionẽ neq; cõdictio per furti actionem conſumatur. Is itaq; cui furtum factum eſt, habet actionẽ furti, & cõdictionẽ, & uindicationẽ: habet & ad exhibendũ actionẽ. *Concordat item l. 12. ibi: quapropter. C. de furtis. cuius uerba uide ℑ. repl. 5. diſt. 1. Quarta replicatio eſt: Niſi ex alia cauſa agatur, & ex alia contrectatione, quàm actũ eſt prius. Hæc replicatio approbatur l. 47. §. fin ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si furtiua res ad dominũ redijt, & iterum cõtrectata eſt: cõpetit alia furti actio. *Cõcordat l. 19 in prin. ff. eo tit. his uerbis:* Interdũ fur etiã manẽte pœnæ obligatiõe in

quibuſ-

quibuſdam caſibus rurſus obligatur, ut cũ eo ſæpius eiuſdem rei nomine furti agi poſsit. Primus caſus occurrit, ſi poſſeſsionis cauſa mutata eſſet: ueluti ſi res in domini poteſtatem redijſſet, eandemq; idem ſubriperet, uel eidem domino, uel ei cui ia commodaſſet, aut uendidiſſet. Sed etſi perſona domini mutata eſſet: altera pœna obligatur. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi fur retenta rei furtiuæ poſſeſsione, eam ſæpius contrectauerit. Quæ duplicatio approbatur l. 9. in prin. ff. d. tt. his uerbis*: Ei qui furti actionem habet, aſsidua contrectatione furis, non magis furti actio poteſt naſci: ne in id quidem, in quod creuiſſet poſtea res ſubrepta. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc uidetur: Niſi res poſtquàm creuit, rurſus fuerit contrectata. Sed hæc triplicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Ne in id quidem, &c. *Altera triplicatio eſt: Niſi poſt dominium rei mutatum, fur eam rurſus contrectauerit. Quæ triplicatio approbatur uerbis l. 58. in prin. paulò ſuperius propoſitis hiſce*: Sed etſi perſona domini mutata eſſet, altera pœna obligatur. *Concordat l. 48. ff. eod. tt. cuius uerba cum concordantibus uide ǰ. cap. prox. reg. 11. Quinta replicatio eſt: Niſi alia actione antea ſit actum. Hæc replicatio reprobatur l. 71. in prin. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Si is cui commodata res erat, furtum ipſius admiſit, agi cum eo & furti & commodati poteſt: & ſi furti actum eſt, & commodati actio extinguitur: ſi commodati, actioni furti exceptio obijcitur. *Concordat l. 90 ff. eod. tt. his uerbis*: Si quis egerit ui bonorum raptorum, etiam furti agere nõ poteſt: quòd ſi furti elegerit in duplum agere, poteſt & ui bonorum raptorum agere, ſic ut non excedat quadruplum. *Concordat item l. 1. C. de furtis. cuius uerba uide ǰ. except. 13. Concordat item l. 2. ff. ui bonorum raptorum. cuius uerba uide ǰ. cap. 9. quæſt. 3. except. 14. replic. 1. Planè admittitur replicatio propoſita, ſi condictione uel uindicatione rei furtiuæ actum ſit: hoc enim caſu furti nihilominus agi poteſt. Quæ diſtinctio approbatur l. 12. C. d. tt. his uerbis*: Ancillæ ſubtractæ partus apud furem editi, priuſquàm à domino poſsideantur, uſucapi nequeũt. Matris furem etiam horum cauſa furti actione teneri conuenit. Quapropter furti actione, & condictione, uel aduerſus poſsidentẽ uindicatione de mancipijs uti non prohiberis: cùm altera pœnam continens, alterius electione minimè tolli poſsit. Nam extra pœnam rei perſecutionem eſſe, nulla iuris quæſtio eſt: cùm etiam hi qui aliena mancipia comparauerint, ſi hanc cauſam non ignorant, furti actione teneãtur. *Concordat l. 7. §. 1. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ǰ. replic. 2. Sexta replicatio eſt: Niſi alius antea egerit. Quæ replicatio ipſa quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius duplicatio hæc eſt: Niſi unus ex duobus commodatarijs, uel quibus res ſimul locata fuit, furti egerit. hoc enim caſu alij poſtea agenti obſtat exceptio. Quæ duplicatio approbatur l. 5. §. fin. cum lege ſequente. ff. commodati. cuius uerba uide ǰ. lib. 19. cap. 5. quæſt. 3. reg. 5.*

XLIIII. *Exceptio: Niſi de furto tranſactum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 13. C. de furtis, hiſce uerbis*: Poſt deciſionem furti leges agi prohibent. Quòd ſi non trãſegiſti, ſed de ſublatis partem tantùm accepiſti: reſidua uindicare, uel condicere, & actione furti apud Præſidem prouinciæ agere potes. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non tranſigendi animo ſit factum. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Quòd ſi non tranſegiſti, ſed de ſublatis partem tantùm accepiſti, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi alius, non actor de furto tranſegerit. Hæc replicatio approbatur l. 47. §. hoc amplius. ff. de furtis. cuius uerba uide ǰ. cap 6. reg. 4. except. 1. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi cùm ſeruo res peculiaris ablata eſſet, ſeruus tranſegerit: hoc enim caſu etiam domino agenti tranſactionis exceptio nocet. Quæ duplicatio approbatur l. 52. §. ſi ſeruus. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Si ſeruus meus, qui habebat liberam peculij adminiſtrationem, pactus ſit cum eo non donationis cauſa, qui rem eius peculiarem ſubripuerat: rectè tranſactum uidetur. Quãuis enim domino quæratur furti actio: attamen in peculio ſerui eſt. Sed etſi tota pœna dupli furti ſeruo ſoluta ſit: non dubiè fur liberabitur. Cui conſequens eſt, ut ſi fortè à fure acceperit ſeruus, quod eius rei ſatis eſſe uideatur: ſimiliter rectè tranſactum uideatur. *Altera duplicatio eſt: Niſi tutor uel curator actoris de furto tranſegerit. Hæc duplicatio approbatur l. 56. §. ſi ff. d. tt. his uerbis*: Si tutor qui negocia gerit, aut curator trãſegerit cum fure, euaneſcit furti actio. *Concordat l. 58. §. qui tutelam. ff. eod. tt. cuius uerba uide ǰ. lib. 17. cap. 1. quæſt. 8. reg. 1.*

XLV. *Exceptio: Niſi reus delato iureiurando iurauerit, furtum ſe nõ feciſſe. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 53. §. ſi quis iurauerit. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Si quis iurauerit ſe furtum non feciſſe, deinde rem furtiuam contrectet: furti quidem actio perimitur, rei tamen perſecutio domino ſeruatur.

XLVI. *Exceptio: Niſi dominus rem furi auferat. Hæc exceptio reprobatur l. 49. in prin. ff. de furtis, hiſce uerbis*: Qui uas argenteum perdiderat, eoq; nomine furti egerat, de pondere uaſis controuerſia cùm eſſet, & actor maius fuiſſe diceret, fur uas protulit: id is cuius erat, abſtulit ei qui ſubripuerat: dupli nihilominus condemnatus eſt, & rectiſſimè iudicatum eſt. Nam in actionem pœnalem nõ uenit ipſa res quæ ſubrepta eſt,

ſiue

ſiue manifeſti furti, ſiue nec manifeſti agatur. *Concordat l.38. ſi ſeruus.ff.de noxalib.actionib.cuius uerba uide ſ. exc.18.repl.6.*

XLVII. Exceptio: *Niſi fur ſit mortuus. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur j. cap. 5.reg.1.exc.5.Concordat l.42.§.quamdiu.ff. de furtis.cuius uerba uide j.cap 5 except.1.Item concordat l.63.in prin.ibi:ex his igitur.ff.eod tit. cuius uerba ui de ſ lib.44.cap.11.quæſt.3.cauſa 7.*

XLVIII. Exceptio. *Niſi fur hoſtium ſeruus ſit effectus.Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.42.§.fin.his uerbis:* Si quis poſt noxã admiſſam ſeruus hoſtium fuerit factus: uidendum eſt, an extinguatur actio? Et Pomponius ſcripſit, extingui actionẽ: & ſi fuerit reuerſus poſtliminio, uel quo alio iure: naſci eam actionem debere: & ita utimur.

XLIX Exceptio: *Niſi fur ſeruus eius cui furtum fecit, factus ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.37.ff.de noxalib. actionib. his uerbis:* Si alienus ſeruus furtum mihi fecerit, qui poſtea in meum dominium peruenit: extinguitur furti actio, quæ mihi competierat, nondum in iudicium deducta. Nec ſi poſtea alienauero eum, quem ante litem conteſtatam emeram, furti actio reſtaurabitur. Quòd ſi poſt litem conteſtatam eũ redemero, condemnandus erit uenditor. *Concordat l.66.ibi: & ut maximè.ff.de furtis. cuius uerba uide ſ.exc.1.repl.4.Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſt litem conteſtatam dominium furis is qui furtum paſſus eſt, nactus ſit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quòd ſi poſt litem conteſtatam eum redemero, &c. *de qua re uide plura j. lib. prox. cap.2.quæſt.2.exc.11.repl.2.Altera replicatio eſt: Niſi is qui furtum paſſus eſt, ſeruum rurſus alienauerit Hæc replicatio reprobatur uerbis d.l.37. iam propoſitis hiſce:* Nec ſi poſtea alienauero eum quem ante litem, &c. *Concordat d.uerſ. & ut maximè. Concordat item l.18.ff. de furtis, his uerbis:* Quod dicitur noxam caput ſequi: tunc uerum eſt, ut actio quæ in initio aduerſus aliquem nata eſt, caput nocentis ſequatur. Ideoq; ſi ſeruus tuus furtum mihi fecerit, & dominus eius effectus eum uendidero: non poſſe me agere cum emptore, Caſſiani putant. *Tertia replicatio eſt: Niſi pro parte tantùm dominium furis ſit nactus. Hæc replicatio reprobatur l.44.§.penul.ff.d.tit.his uerbis:* Etiamſi partis dimidiæ nanciſcar dominium in ſeruo qui mihi antea furtum fecerat, magis eſt ut extinguatur actio etiam parte redempta: quia etiamſi ab initio quis partẽ in ſeruo habebat, furti agere non poterat. *Quarta replicatio eſt: Niſi uſumfructum tantùm in ſeruo fure nactus ſit is qui furtum paſſus eſt. Hæc replicatio approbatur d.l.44.§.ult his uerbis:* Planè ſi uſusfructus meus in eo ſeruo eſſe cœpetit, dicendum eſt furti actionem non extingui: quia fructuarius dominus non eſt. *Hactenus de cauſis actionis furti, earumq; exceptionibus.*

III. *Quibus competat furti actio? uide j. cap. prox.*

IIII. *Aduerſus quos competat furti actio? uide j.cap.5.*

V. PER QVOS COMPETAT FVRti actio?

Etiam per procuratorem exerceri poteſt. Quæ regula approbatur l.4.in fine.C.de furtis.cuius uerba uide ſ.quæſt.2.cauſ.40.

VI. *Quid quantumq; ueniat in actione furti? uide j.cap.6.*

VII. ADIVNCTA OFFICIA ACTORIS & rei conuenti.

I. Regula, *De re ſubrepta ab actore deſignanda, proponitur l.19.ff.de furtis, hiſce uerbis:* In actione furti ſufficit rem demonſtrari, ut poſſit intelligi: de pondere autem uaſorum nõ eſt neceſſe loqui. Sufficiet igitur ita dici: Lãcem, uel diſcum, uel pateram. Sed deſcribenda etiam materia eſt: utrum argentea, an aurea, an alia quæ ſit. Quòd ſi quis argentum infectum petat: & maſſam argenteam dicere, & pondus debebit ponere. ſignati argenti numerum debebit complecti: ueluti aureos tot plures ue furto ei abeſſe. De ueſte quæritur, an color eius dicẽdus ſit? Et uerum eſt, colorem eius dici oportere: ut quemadmodum in uaſis dicitur patera aurea, ita & in ueſte color dicatur. Planè ſi quis iuret, pro certo ſe colorẽ dicere non poſſe: remitti ei huius rei neceſſitas debet. *Similis regula proponitur l.51.§ ſi linea.ff. eod. tit. his uerbis:* Si linea margaritarũ ſubrepta ſit, dicendus eſt numerus. Sed & ſi de uino furti agatur, neceſſe eſt dici quot amphoræ ſubreptæ ſint. Si uaſa ſubrepta ſint, item numerus erit dicendus

II. Regula, *De ſubſcribendo in crimen. proponitur l.ult.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Meminiſſe oportebit, nunc furti plerunq; criminaliter agi, & eum qui agit, in crimen ſubſcribere: non quaſi publicum ſit iudicium, ſed quia uiſum eſt temeritatem agentium etiam extraordinaria animaduerſione coërcendam. Non ideo tamen minus is qui uelit, poterit ciuiliter agere.

III. Regula: *Iuſiurandum in hac actione delatum, referri non permittitur. Quæ regula approbatur l.12.ff.rerum amotarum.cuius uerba uide ſ.lib.7.cap.6.quæſt.2.exc.11.repl 3.*

IIII. Regula: *Si reus rem ſe emiſſe dicat, uenditorem exhibere debet. Quæ regula approbatur l.5.C.de furtis, hiſce uerbis:* Ciuile eſt, quòd aduerſarius tuus à te exigit, ut rei quam apud te fuiſſe fateris, exhibeas uenditorem. Nam

à tranſeũte & ignoto te emiſſe, dicere nõ conuenit, uolẽti euitare alienam bono uiro ſuſpicionem.

VIII. EVENTVS.

I. *Regula: Hæc actio infamat. Quæ regula approbatur l.65.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Non poterit præſes prouinciæ efficere, ut furti damnatum non ſequatur infamia. *Concordãt ea quæ proponuntur ſ.lib.3.cap.14.quæſt.1.cauſa 4.*

II. *Regula: Venditor quod hac actione conſecutus eſt, emptori reſtituere tenetur. Quæ regula approbatur l.14.in prin. ibi: & ſi quid ex.ff.de furtis. cuius uerba uide J.cap.prox. reg.11.exc.1.*

III. *Regula: Creditor cui pignus ſubreptum eſt, quod hac actione conſecutus eſt, debitori pignoratitia agenti reſtituere tenetur. Quæ regula approbatur l.15.in princ. ff.de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. 40.cap.12.quæſt.4.reg.6.*

IIII. *Regula: Locator conductori id quod hac actione conſecutus eſt, conducti iudicio reſtituere tenetur. Quæ regula approbatur l.53.§.ſi ſulphurariæ. ff.de furtis, his uerbis:* Si ſulphurariæ ſunt in agro, & inde aliquis terram egeſsit, abſtulitq; : dominus furti aget, deinde colonus conducti conſequetur, ut idipſum ſibi præſtetur.

V. *Regula: Commodatarius quod furti actione cõſecutus eſt, commodatori reſtituere non tenetur. Quæ regula approbatur l.22.§.ſed cùm in C.de furtis. cuius uerba uide ſ.lib.39.cap.5.quæſt.3.reg.3.exc.1.*

IX. *Adfinia propoſitæ actionis remedia uide J. cap.7.cum ſequentibus.*

QVIBVS COMPETIT FVRTI actio? Cap. IIII.

I. *Regula, De eo cuius intereſt rem ſubreptam non eſſe, proponitur inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc.§.furti autem, his uerbis:* Furti actio ei cõpetit, cuius intereſt rem ſaluam eſſe, licet dominus non ſit. Itaq; nec domino aliter competit, quàm ſi eius interſit rem nõ perire. Vnde conſtat, creditorem de pignore ſubrepto furti actione agere poſſe, etiamſi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere, quàm in perſonam agere: adeò quidem, ut quamuis ipſe debitor eam rem ſubripuerit, nihilominus creditori competat actio furti. *Concordat l.10.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Cuius interfuit non ſubripi, is actionem furti habet. *Concordat item l.14. §.ſi res, in fine. ff.eod.tt. cuius uerba uide J.reg.11. exc.1. Concordat item d.l. 14.§.qualis. cuius uerba uide J.reg.11.exc.3. Concordat item d.l.14. §.ſi epiſtola. ibi: is ergo. cuius uerba uide J.reg.10. Item concordat l.22.in prin C.de furtis. cuius uerba uide J.reg.11.exc.5. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non ex honeſta cauſa interſit. Quæ exceptio approbatur l.11. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Cuius intereſt, ita furti actionẽ habet, ſi honeſta de cauſa intereſt. *Concordat l. 12.§.1.ff.eod.tt.his uerbis:* Furti actio malę fidei poſſeſſori non datur, quamuis interſit eius rem non ſubripi, quippe cùm res eius periculo ſit: ſed nemo de improbitate ſua cõſequitur actionem. Et ideo ſoli bonæ fidei poſſeſſori, non etiam malę fidei furti actio datur. *Concordat item l.78. §.ſi quis alteri. ff.eod. tt.his uerbis:* Si quis alteri furtum fecerit, & id quod ſubripuit, alius ab eo ſubripuerit: cum poſteriore fure dominus eius rei furti agere poteſt, fur prior non poteſt: ideo quod domini interfuit, non prioris furis, ut id quod ſubreptũ eſt, ſaluum eſſet. Hæc Q. Mutius refert. Et uera ſunt. nam licet interſit foris rem ſaluam eſſe, quia cõdictione tenetur: tamẽ cum eo is cuius intereſt, furti habet actionẽ, ſi honeſta ex cauſa intereſt. nec utimur Seruij ſentẽtia, qui putabat, ſi rei ſubreptę dominus nemo extaret, nec extaturus eſſet: furem habere furti actionem. non magis enim tunc eius eſſe intelligitur, cùm lucrum facturus ſit. Dominus igitur habebit cum utroq; furti actionem: ita ut ſi cum altero furti actionem inchoet, aduerſus alterum nihilominus duret. Sed & condictionem: quia ex diuerſis factis tenentur. *Concordat item l.67.in prin.ff. eod.tt. cuius uerba uide J. exc.5. Plura de hac exceptione uide J.reg.10. Altera exceptio eſt: Niſi creditor, re debitoris ſubrepta. Hæc exceptio approbatur l.50.ff. de furtis, hiſce uerbis:* Interdum accidit, ut non habeat iuris actionem is cuius intereſt rem ſaluam eſſe. Vt ecce, creditor ob rem debitoris ſubreptam furti agere non poteſt, etſi aliunde creditum ſeruare non poſsit: loquimur autem ſcilicet de ea re quæ pignoris iure obligata non ſit. Item rei dotalis nomine, quæ periculo mulieris eſt, non mulier furti actionem habet, ſed maritus. *Tertia exceptio eſt: Niſi mulier dote ſubrepta. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.50. id propoſitis hiſce:* Item rei dotalis nomine, &c. *de qua re uide item J. reg. 16. Quarta exceptio eſt: Niſi quoad lucrum captandum, non ad damnum uitandum interſit. Hæc exceptio approbatur l. 73. §. fin.ff.d.tt.his uerbis:* Eius rei quæ pro hærede poſsidetur, furti actio ad poſſeſſorem non pertinet, quamuis uſucapere quis poſsit: quia furti agere poteſt is cuius intereſt rẽ non ſubripi. Intereſſe autem eius uidetur, qui damnum paſſurus eſt: non eius qui lucrum facturus eſt. *Concordat l.78.§.ſi quis alteri. ibi: nec utimur. ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.exc.1. Quinta exceptio eſt: Niſi negociorum geſtor, tutor uel curator domini. Hæc exceptio approbatur l.87. ff.de furtis, hiſce uerbis:* Is cuius intereſt non ſubripi, furti actionem habet, ſi & rem tenuit domini uoluntate: ut eſt is cui res locata eſt. Is autẽ qui ſua uoluntate, uel etiã

pro

pro tutore negocia gerit: item tutor uel curator ob rem ſubreptã non habebit furti actionem. *Sexta exceptio eſt: Niſi is cui res ſubrepta ex ſtipulatu uel ex teſtamento debetur. Hæc exceptio approbatur d.l.87. in fine, his uerbis:* Item is cui ex ſtipulatu, uel ex teſtamento ſeruus debetur, quamuis interſit eius, non habet furti actionem. *Concordant ea quæ proponẽtur* ꝑ.*reg.23. uide item* ꝑ.*reg.24.exc.1. Septima exceptio eſt: Niſi fideiuſſor eius cuius periculo res eſt. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed nec is qui fideiuſſit pro colono. *Plures propoſitæ regulæ exceptiones, ſed & ſpecies uide in regulis ſequentibus.*

II. *Regula, De domino rei ſubreptæ. Huic regulariter competit furti actio. cuius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi domini nihil interſit rem ſaluam eſſe. Quæ exceptio approbatur inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. furti autẽ. cuius uerba uide* ſ.*reg. prox. in prin. Huius exempla uide in regulis ſequentibus.*

III. *Regula: Re locata ſubrepta, conductori, non domino competit furti actio. Quæ regula approbatur l.14. §. quòd ſi condux. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Quòd ſi conduxerit quis, habebit furti actionem, ſi modò culpa eius res ſubrepta eſt. *Cõcordat d.l.14. §. qualis. cuius uerba uide* ꝑ.*reg. 11. exc.3. Item concordat l.60 in fine ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝑ.*reg.26. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſine culpa conductoris res ſubrepta ſit: tunc enim domino cõpetit, non conductori. Quæ exceptio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si modò culpa eius res ſubrepta eſt. *Altera exceptio eſt: Niſi mortuo cõductore, nondum adita eius hereditate, res locata ſubrepta ſit. Quæ exceptio approbatur l.14. §. ſi res commodata. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝑ.*reg 11. exc.1.*

IIII. *Regula, De colono. Huic etiam competit furti actio. Quæ regula approbatur d.l.14 §. præterea. his uerbis:* Habent actionẽ furti coloni, quamuis domini non ſint: quia eorum intereſt. *Concordat l.26. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Cõſtat, colonum qui nomis colat, cum eo qui fructus ſtãtes ſubripuerit, acturum furti: quia ut primùm decerpti eſſent, eius eſſe cœpiſſent. *Concordat item l.84. §. frugibus. ff d. tt. his uerbis:* Frugibus ex fundo ſubreptis tam colonus quàm dominus furti agere poſſunt: quia utriuſq; intereſt rem perſequi. *Concordat item l.83. §. ſi ſulphurariæ ff. eod. tt. cuius uerba uide* ſ.*cap. prox. quæſt. 8. reg. 4.*

V. *Regula, De caupone & magiſtro nauis, nec nõ domino rei ſubreptæ. Caupòni uel nautæ, non domino rei ſubreptæ in naui, furti actio competit. Quæ regula approbatur l.4 in prin. ff. nautæ, caupones. cuius uerba uide* ſ.*lib.39. cap.9. quæſt. 9. reg.2. Concordat l. unica. §. quòd ſi receptt. ff furti aduerſus nautas. cuius uerba uide d. reg.2. Item concordat l.14. §. fin. in fine ff. de furtis. cuius uerba uide* ꝑ.*reg.10. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ipſe nauta ſubripuit, & poſtea ab eo ſubripiatur. Altera exceptio eſt: Niſi ipſe nauta ſoluẽdo non ſit. Hæ duæ exceptiones approbantur d.l.4. in prin.*

VI. *Regula, De fullone & ſarcinatore, nec non domino rei ſubreptæ. Fulloni & ſarcinatori, nõ domino furti actio competit. Quæ regula approbatur Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. item ſi fullo, his uerbis:* Si fullo polienda curandáue, aut ſarcinator ſarcienda ueſtimẽta mercede certa cõſtituta acceperit, eaq; furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus: quia domini nihil intereſt eam rem non perire, cùm iudicio locati à fullone aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſsit. *Concordat l.12. in prin. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Fullo qui curanda poliendaq; ueſtimenta accepit, ſemper agit. Præſtare enim ſemper cuſtodiam debet. Si autem ſoluẽdo non eſt, ad dominum actio redit: nam qui non habet quod det, eius periculò nihil eſt. *Concordat item l.49. §. ſi ego tibi. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝑ.*reg.10 exc.1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi fullo uel ſarcinator locati actione conuentus, nõ ſit ſoluendo. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.12. iam propoſitis hiſce:* Si autem ſoluendo non eſt, &c. *Concordat Inſt. de oblig. quæ ex delicto. §. fulloni uerò, his uerbis:* Fulloni & ſarcinatori nõ aliter furti actionẽ competere placuit, quàm ſi ſoluendo fuerint: hoc eſt, ſi domino rei æſtimationem ſoluere poſsint. Nã ſi ſoluendo non ſint: tunc quia ab eis ſuũ dominus conſequi non poſsit, ipſi domino furti cõpetit actio: quia hoc caſu ipſius intereſt rem ſaluã eſſe. Idem eſt, etſi in parte ſoluendo fuerit fullo aut ſarcinator. *Altera exceptio eſt: Niſi fullo uel ſarcinator locati actione ſit liberatus. Hæc exceptio approbatur l.92. in prin. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Fullo actione locati de domino liberatus eſt. Negat eum furti rectè acturũ Labeo. Item ſi furti egiſſet, priuſquàm ex locato cum eo ageretur, & antequàm de furto iudicaretur, locati actione liberatus eſſet: & furem ab eo abſolui debere. Quòd ſi nihil horum antè accidiſſet: furem ei condemnari oportere. Hæc ideirco, quoniã furti eatenus habet actionem, quatenus eius intereſt. *Tertia exceptio eſt in condictione & uindicatione furtiua, quæ domino magis quàm fulloni aut ſarcinatori competit: de qua re* ꝑ.*ſuo loco dicetur. Huc pertinet l.60. §. ueſtimenta. ibi: ſed iudicem ff. locati. cuius uerba uide* ſ.*lib.43. cap 4. quæſt.1. cauſa 9 exc.4.*

VII. *Regula, De eo qui rem inſpiciendã accepit, proponitur l.80 ff. de furtis, hiſce uerbis:* Rem inſpiciendam quis dedit. Si ſpectat periculũ eum qui accepit. Ipſe furti agere poterit. *Concordat l.10. §.1. ibi: & ideo. ff. commodati. cuius uerba uide* ſ.*lib 39. ca 5. quæſt.1. exc.3. repl.2. dupl.2.*

VIII. *Regula, De eo qui rem perferendam accepit,*

pu,proponitur l.14.§. idem Pomponius,in fine.ff.de furtis.cuius uerba uide J.reg.11.exc.4. Concordat *d.l.14.§.fin.cuius uerba uide J.reg.10.*

IX. Regula, *De eo qui mandauit rem exigenti dandam, & eo qui mandatu eius dedit exigenti furi, proponitur l.51.§.apud Labeonem.ff.de furtis.cuius uerba uide ē.cap.prox.quæſt.2.cauſa 21.* Concordat *l.1.§.fin.ibi:nā etſi is.ff.de donat. inter uir.& uxor. cuius uerba uide J.lib.48.ca.8.exc.10.repl.1.dupl.6.*

X.Regula, *De eo cui epiſtola ſubrepta miſſa eſt, & eo qui miſit,proponitur l.14.§.ſi epiſtola.ff.de furtis, hiſce uerbis*: Si epiſtola quem ego tibi miſi,intercepte ſit:quis furti actionem habeat? & primùm quærendum eſt, cuius ſit epiſtola: utrum eius qui miſit, an eius ad quam miſſa eſt.Et ſiquidem dedi ſeruo eius:ſtatim ipſi quæſita eſt, cui miſi.Si uerò procuratori:æquè(quia per liberam perſonam poſſeſsio quæri poteſt)ipſius facta eſt: maximè ſi eius interfuit eá habere. Quòd ſi ita miſi epiſtolá,ut mihi remittatur: dominium meum manet, quia eius nolui amittere.uel tranſferre dominium.quis ergo furti aget?Is cuius interfuit eá non ſubripi, id eſt ad cuius utilitatem pertinebát ea quę ſcripta ſunt.Et ideo quęri poteſt,an etiam is cui data eſt perferenda,furti agere poſsit?& ſi cuſtodia eius ad eum pertinebat,poteſt. Sed etſi interfuit eius epiſtolam reddere,furti habebit actionem:ſiuge enim eam epiſtolam fuiſſe, quæ continebat,ut ei quid redderetur fieret'ue. Poteſt habere furti actionem, etſi uel cuſtodiá eius rei recepit, uel mercedé perferédæ accepit. & erit in hoc caſu ſimilis cauſe eius & cauponis,aut magiſtri nauis.ná his damus furti actionem,ſi ſint ſoluendo:quoniam periculum rerum ad eos pertinet.

XI. Regula, *De commodatario re commodata ſubrepta,& domino rei. Regulariter quidem cōmodatario,non commodatori hoc caſu competit furti actio. Quæ regula approbatur,ſimul & diſtinguitur Inſt. de obligat.quæ ex delicto.§. quæ de fullone,his uerbis*: Quæ de fullone & ſarcinatore diximus, eadem & ad eum cui cōmodata res eſt,transferenda ueteres exiſtimabant.Ná ut ille fullo mercedem accipiendo cuſtodiam præſtet: ita is quoq; qui commodatúm utendi cauſa accepit,ſimiliter neceſſe habet cuſtodiam præſtare.Sed noſtra prouidentia etiam hoc in noſtris deciſionib. emendauit, ut in domini uoluntate ſit,ſiue commodati actionem aduerſus eū qui rem commodatam accepit,mouere deſiderat,ſiue furti aduerſus eum qui rem ſubripuit: & alterutra earum electa, dominū non poſſe ex pœnitentia ad alteram uenire actionem.Sed ſiquidem furem elegerit, illum qui rem utendam accepit,penitus liberari. Sin autem cōmodator ueniat aduerſus eum qui rem utendam accepit,ipſi quidem nullo modo competere poſſe aduerſus furem furti actionem : eum autem qui pro re commodata conuenitur, poſſe aduerſus furem furti habere actionem: ita tamen ſi dominus ſciens rem eſſe ſubreptam,aduerſus eum cui res cōmodata fuerit,peruenit.Sin autem neſcius & dubitáns rem eſſe ſubreptá , apud eum commodati actionem inſtituerit,poſtea autem re comperta uoluerit remittere quidem cōmodati actionem,ad furti autem actionem peruenire: tūc licentia ei conceditur & aduerſus furé uenire , obſtaculo nullo ei opponendo. quoniam incertus conſtitutus mouit aduerſus eum qui rem utendá accepit, cōmodati actionem: niſi domino ab eo ſatisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actione liberari:ſuppoſitū autem eſſe ei qui pro re ſibi commodata domino ſatisfecit,cùm manifeſtiſsimum ſit,etiamſi ab initio dominus actionem commodati inſtituerit, ignarus rem eſſe ſubreptá,poſtea autem hoc ei cognito aduerſus furem tráſierit:omnino liberari eum qui rem commodatam acceperit,quemcunq; cauſæ exitū dominus aduerſus furem habuerit:eadem definitione obtinéte ſiue in parte, ſiue in ſolidum ſoluendo ſit is qui rem commodatá acceperit. *Ait Imp.* Quæ de fullone & ſarcinatore diximus.*ſcilicet ē.reg.6.Ait inſuper*:Sed noſtra prouidentia,&c.*De hac re uide J.exc.5.Propoſitæ regulæ concordat l.5.§.fin. in fine.ff.commodati.cuius uerba uide ē.lib.19.cap.5.quæſt.3.reg.5.Huius regulæ exceptio prima hæc eſt:Niſi mortuo commodatario,nondum adita eius hæreditate,res ſit ſubrepta. Quæ exceptio approbatur l.14.§.ſi res.ff.de furtis,hiſce uerbis*:Si res commodata eſt,& is cui commodata eſt , deceſſerit: quamuis hæreditati furtum fieri non poſsit:& ideo nec hæres eius, cui commodata eſt,poſsit agere:tamen commodator poterit furti agere.Idemq; & in re pignorata,uel in re locata. Licet enim hæreditati furti actio nō adquiratur: tamen alij cuius intereſt, adquiritur. *Altera exceptio uidetur:Niſi non principalis res commodata,ſed acceſſoria ſit ſubrepta.Hæc exceptio reprobatur d.l.14.§.non ſolum,his uerbis*: Non ſolùm in re commodata cōmpetit ei cui commodata eſt, furti actio : ſed etiá in ea quæ ex ea adgnata eſt:quia & huiuſmodi cuſtodia ad eū pertinet.Nam & ſi ſeruū tibi cōmodauero,etiam ueſtis eius nomine furti ages: quamuis ueſté que ueſtitus eſt,tibi non cōmodauerim. Item ſi iuméta tibi cōmodauero, quorum ſequela erat equuleus:puto competere furti actionem

etiam

etiam eius nomine, quamuis ipſa non ſit commudatos. *Tertia ex:ceptio eſt: Niſi non furti actione, ſed condictione furtiua agatur. Hec exceptio approbatur d.l. 14. §. qualis, biſce uerbis*: Qualis furti actio detur ei cui res commodata eſt, quæſitum eſt? & puto omnibus quorũ periculo res alienæ ſunt, ueluti commodatę, item locatæ, pignoriſúe nomina acceptę, ſi hæ ſubreptæ ſint: omnibus ſurti actioná cõpetere. condictio autem ei demũ competit, qui dominium habet. *Quarta exceptio eſt: Niſi commodatarius dolo fecerit circa rem commodatam. Hec exceptio approbatur d.l.14. §. idem Pomponius, bis uerbis*: Pompnnius lib. X. ex Sabino ſcribit, ſi is cui commodaui, dolo fecerit circa rem commodatam: eum furti agere non poſſe. Idem Pomponius probat & io eo qui rem mandatu alicuius ceperit parferendam. *Quinta exceptio eſt: Niſi domi nus rei commodatario commodati actionem remiſerit, & furti agere malit: hoc enim caſu domino, non commodatario furti actio competit. Que exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.22. in prin. uſq; ad §. ſed cùm in ſecundam. C. de furtis, biſce uerbis*: Manifeſtiſsimi quidem iuris eſt, perpetrato furto, ei competere furti actionem, cuius intereſt ne furtum committatur. Sed quærebatur apud antiquos legũ interpretes, ſi quis cõmodauit alij rem ſuam ad ſe pertinentẽ, & ipſa ſubtracta eſt: an furti actio aduerſus furẽ inſtitui poſsit ab eo qui rem utendã ſuſcepit, idoneo ſcilicet cõſtituto: qui & ipſa cõmodati actione à domino pro ea re conueniri poſsit? & hoc quidem penè iam fuerat cõceſſum, ut habeat ipſe actionẽ, niſi inopia dignoſcatur laborare: tunc enim furti actionẽ domino cõpetere, dicebant. Sed ea ſatis increpuit dubitatio, ſi tẽpore quo furtum cõmittebatur, idoneus erat is qui rem cõmodatam acceperat, poſtea autẽ ad inopiá peruenit, antequàm moueretur actio, quæ ei antea cõpetebat: an debeat actio quæ ſemel ei adquiſita eſt, firmiter apud eũ manere, uel ad dominũ reuerti? tum & hoc quærebatur, an in caſu furti actio ambulatoria ſit, nec'ne? Sed omnem talem tractatũ alia ſequitur ſubdiuiſio, ſi ex parte ſoluendo ſit is qui rẽ utendam accepit, ut poſsit nõ in totũ, ſed particularẽ ſolutionem ei facere: an habeat furti actioná, uel nõ? Tales itaq; ambiguitates ueterũ, imò magis (quod melius dicendũ eſt) ambages nobis decidẽtibus, in tãta rerũ difficultate ſimplicior ſententia placuit: ut in domini ſit uoluntate, ſiue cõmodati actionẽ aduerſus rem accipientẽ mouere deſiderat, ſiue furti aduerſus eũ qui rem ſubripuit: & alterutra earũ electa, dominũ non poſſe ex pœnitẽtia ad alterá uenire actionẽ. Sed ſiquidẽ furem elegerit, illum qui rẽ utendã accepit, penitus liberari. Sin autẽ quaſi cõmodator ueniat aduerſus eũ qui rem cõmodatã accepit: ipſi quidẽ nullo modo cõpetere poſſe aduerſus furẽ furti actionẽ: eum autẽ qui pro re cõmodata conuenitur, poſſe aduerſus furẽ quidẽ furti actionẽ habere: ita tamẽ, ſi dominus ſciens rẽ eſſe ſubreptã, aduerſus eũ cui res cõmodata fuit, peruenit. Sin autẽ neſcius & dubitans rẽ non eſſe apud eum, cõmodati actionẽ inſtituit, poſtea autẽ re cõperta uoluit remittere quidẽ cõmodati actionẽ, ad furti autẽ peruenire: tũc licentia ei cõcedatur & aduerſus furem uenire, nullo obſtaculo ei opponẽdo: quoniá iam incertus cõſtitutus mouit aduerſus eũ qui rẽ utendã accepit, cõmodati actionẽ: niſi domino ab eo ſatisfactũ eſt. tũc etenim omnimodo furẽ à domino quidẽ furti actione liberari: ſuppoſitũ autẽ eſſe ei qui pro re ſibi cõmodata domino ſatisfecit. Cùm manifeſtiſsimũ ſit, etiáſi ab initio dominus actionẽ inſtituit cõmodati, ignorans rẽ eſſe ſubreptá, poſtea autem hoc ei cognito aduerſus furẽ tranſiuit: omnimodo liberari eũ qui rẽ commodatá ſuſceperit, quẽcunq; cauſæ exitũ dominus aduerſus furẽ habuerit: eadẽ definitione obtinẽte, ſiue in partẽ ſiue in ſolidũ ſoluẽdo ſit is qui rem cõmodatam accepit. *Concordat Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. quæ de fullone. cuius uerba uide ĩ. ead. reg. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hec eſt: Niſi dominus commodati actionem inſtituerit: hoc enim caſu poſtea pœnitentia ductus, ad furti actionem redire non poteſt. Que replicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce*: Et alterutra earũ electa, dñm nõ poſſe ex pœnitentia ad alterã uenire actionẽ. *Item biſce*: Sin autẽ quaſi cõmodator ueniat ad eũ, &c. *Cõcordat iiſdem uerbis Inſt. d. §. quæ de fullone. ibi: & alterutra. Huius replicationis duplicatio hec eſt: Niſi dominus ignorans aut dubitãs rem ſubreptam eſſe, cõmodati egerit. Que duplicatio approbatur uerbis d.l.22. ĩ. propoſitis biſce*: Ita tamẽ, ſi dominus ſciẽs rem eſſe ſubreptã, &c. *Cõcordat iiſdem uerbis Inſt. d. §. quæ de fullone. Huius duplicationis triplicatio hec eſt: Niſi domino à commodatario ſit ſatisfactum. Que triplicatio approbatur ibidem biſce uerbis*: Niſi domino ab eo ſatisfactũ eſt, &c. *Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi commodatario res cõmodata ab uxore eius ſit ſubrepta: hac enim caſu dominus, quamuis cõmodati actionẽ remittat, furti actionẽ non habet. Que replicatio approbatur d.l. 22. §. fin. his uerbis*: Cùm apertiſsimi iuris eſt, non poſſe maritũ conſtante matrimonio furti actionẽ cõtra ſuam uxorẽ habere: quia lex ita actionẽ dedit in perſoná ita ſibi coniunctã

erubuit: eiuſmodi incidit ueterũ ſenſibus quæſtio. Quidã etenim re ſibi cõmodata, huiuſmodi rei furtũ à ſua muliere paſſus eſt: & dubitabatur, utrũmne domino rei furti actio cõtra mulierẽ præſteretur, an propter neceſſitatẽ cauſæ & maritus eius, utpote commodati actioni ſuppoſitus, poſſit habere furti actionẽ? Et autores quidem iuris ſatis & in hac ſpecie cõtra ſe iurgium exercuerunt. Ex præſenti autẽ lege, & anterioribus noſtris deciſionibus quę in iſta poſitæ ſunt cõſtitutione, poteſt & hæc ſpecies apertius dirimi. Si enim domino dedimus electionẽ, ad quẽ uoluerit peruenire, ſiue ad eum qui rẽ commodatã accepit, ſiue cõtra eum qui furtũ cõmiſit: & in hac ſpecie maritus quidẽ propter matrimonij pudorẽ non furti, ſed rerũ amotarũ actionẽ habeat, ſi ipſum dominus elegerit. Dominus autẽ omnẽ licentiã poſſideat, ſiue aduerſus maritũ cõmodati, ſiue aduerſus mulierẽ furti actionẽ extẽdere: ita tamẽ, ut, ſi ipſe qui rẽ commodatã accepit, ſoluẽdo ſit, nullo modo aduerſus mulierẽ furti actio extendatur: ne ex huiuſmodi occaſione inter maritũ & uxorẽ, qui non bene ſecum uiuunt, aliqua machinatio oriatur, & forſitan marito uolẽte uxor eius extrahatur, & furti patiatur pœnalẽ condemnationẽ. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi maritus non ſit ſoluẽdo. Quæ duplicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Ita tamen, ut ſi ipſe qui rem cõmodatã accepit, ſoluẽdo ſit, &c. *Hæc de quinta exceptione. Sexta exceptio eſt: Niſi cõmodatarius non ſit ſoluẽdo. hoc enim caſu domino furti actio competit, non cõmodatario. Quæ exceptio approbatur l.22. in prin. ibi: ſed omnem talẽ item §. ſin autẽ neſcius. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. exc. prox. in prin.*

XII. *Regula, De eo qui precario rẽ rogauit. Huic furti actio nõ datur. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.14. §. is qui precario. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Is qui precario ſeruum rogauerat, ſubrepto eo poteſt quæri, an habeat furti actionẽ? Et cùm non eſt contra eũ ciuilis actio (quia ſimile donato precariũ eſt) ideoq́; & interdictũ neceſſariũ uiſum eſt, non habebit furti actionẽ. Planè poſt interdictũ redditum, puto eum etiam culpam præſtare, & ideo & furti agere poſſe.

XII. *Regula: Pignore ſubrepto, creditori furti actio cõpetit. Quæ regula approbatur l.12. §. ſed ſi res. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si res pignori data ſit, creditori quoq; damus furti actionẽ, quãuis in bonis eius res nõ ſit. Quinimò nõ ſolùm aduerſus extraneũ, uerùm cõtra ipſum quoq; dominũ furti actionẽ damus. Et ita Iulianus ſcripſit. Nec non & ipſi dño dari placet: & ſic fit, ut non teneatur furti, & agat. Ideo autẽ datur utriq;, quia utriuſq; intereſt. Sed utrũ ſemper creditoris intereſt: an ita demũ, ſi debitor ſoluendo nõ eſt? Et putat Põponius, ſemper eius intereſſe pignus habere. Quod & Papinianus lib. XII. Quæſt. probat. Et uerius eſt, ubiq; uideri creditoris intereſſe: & ita Iulianus ſæpiſſime ſcripſit. *Concordat Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. furti autem. cuius uerba uide ſ. reg. 1. in prin. Concordat item l.16. C. de pignorib. et hypoth. his uerbis:* Si tibi notariũ pignoris titulo debitor tuus obligauit: eã à quo mancipiũ abreptũ proponis, apud rectorẽ prouinciæ cõueni. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi debitor ſit ſoluendo. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. ſed ſi res, iam propoſitis hiſce:* Sed utrum ſemper creditoris intereſt, &c. *Cõcordat Inſt. d. §. furti autẽ. ibi: etiãſi idoneum. Altera exceptio uidetur: Niſi debitor pignus ſubripuerit. Sed hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. quæſt. 2. exc. 18. repl. 1. Tertia exceptio uidetur: Niſi una ex duab. reb. pignori obligatis ſubrepta, altera quã creditor adhuc habet, ſufficiat debito ſoluẽdo. Et hæc exceptio reprobatur l.14. §. Papinianus. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Papinianus tractat, ſi duos ſeruos ob decẽ aureos pignori acceperim, & alter ſubripiatur: cùm alter quoq; qui ſit retẽtus, nõ minoris decem ualeret, utrum uſq; ad quinq; tãtùm habeã furti actionẽ, quia in alio habeo ſaluos quinq;: an uerò, quia mori poteſt, dici debeat in decẽ fore actionẽ, etiãſi magni precij ſit is qui retinetur? Et ita putat. Non enim debemus reſpicere pignus quod ſubreptũ nõ eſt, ſed id quod ſubtractũ eſt. *Quarta exceptio eſt: Niſi creditor antea furti actione cõſecutus ſit, quantũ ſibi debetur. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l.14. §. idẽ ſcribit, his uerbis:* Papinianus ſcribit, Si cùm mihi decẽ deberẽtur, ſeruus pignori datus ſubtractus ſit, & actione furti cõſecutus fuero decẽ: nõ cõpetere mihi actionẽ furti, ſi iterũ ſubripiatur: quia deſierit mea intereſſe, cùm ſemel ſim cõſecutus, hoc ita, ſi ſine mea culpa ſubripiatur. Nã ſi culpa mea: quia intereſt, eo quòd teneor pigneraticia actiõe: agere potero. Quòd ſi culpa abeſt, ſine dubio actio cõpetere dño uidetur, quæ creditori nõ cõpetit. Quã ſententiã Põponius quoq; lib. X. ex Sabino probat. Iidẽ dicunt, etiamſi duo ſerui ſubrepti ſint, ſimul cõpetere utriuſq; nomine furti actionẽ creditori: ſed nõ in totum, ſed pro qua parte in ſingulos diuiſo eo quod eis debetur, eius intereſt. Separatim autẽ duob. ſubreptis, ſi unius nomine ſolidũ cõſecutus ſit, alterius nomine nihil conſequetur. *Plura de hac exceptione uide ſ. cap. 6. reg. 4. exc. 1. replic. 1. Quinta exceptio eſt: Niſi mortuo creditore, nondum adita eius hereditate, pignus ſit ſubreptum: Hæc exceptio approbatur d. l.14. §. ſi res commodata. Cuius uerba uide ſuprà reg. 11. except. 1.*

Sexta

Sexta exceptio eſt: Niſi creditor non furti actione, ſed condictione furtiua agere uelit. Hæc exceptio approbatur d. l. 14. §. qualis. cuius uerba uide ſ. d. reg. 11. except. 2. Septima exceptio eſt: Niſi non agenti creditori, ſed alij res pignori ſit obligata: hoc enim caſu creditor cui res pignori obligata non eſt, furti actionem non habet. Quæ exceptio approbatur l. 51. §. ſi ex duob. ff. de furtis, hiſce uerbis: Si ex duobus ſocijs omnium bonorum unus rem pignori acceperit, eaq; ſubrepta ſit: Mela ſcribit, eum ſolùm furti habere actionē, qui pignori accepit, & ſociū non habere. *Cōcordat l. 50. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 1. except. 2.*

XIIII. *Regula: Pignore ſubrepto, etiam debitori furti actio competit. quæ regula approbatur l. 12. ibi: nec non & ipſi. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. reg. prox. in prin. Concordat l. 47. §. hoc amplius. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 6. reg. 4. except. 1.*

XV. *Regula, De depoſitario. Hic furti actionem non habet. quæ regula approbatur inſt. de oblig. quæ ex delicto naſc. §. ſed is apud quem, his uerbis:* Is apud quem res depoſita eſt, cuſtodiam non præſtat, ſed tantùm in eo obnoxius eſt, ſi quid ipſe dolo malo fecerit. Qua de cauſſa ſi res ei ſubrepta fuerit, quia reſtituendæ eius rei nomine depoſiti non tenetur, nec ob id eius intereſt rem ſaluam eſſe: furti agere non poteſt, ſed furti actio domino competit. *Concordat l. 14. §. is autem. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Is apud quem res depoſita eſt, uideamus an habeat furti actionem? Et cum dolum duntaxat præſtet: meritò placet, eum non habere furti actionem. Quid enim eius intereſt, ſi dolo careat? *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi depoſitarij interſit rem ſubreptam non eſſe. quæ exceptio approbatur l. 2. §. & generaliter. ibi: dicet aliquis. ff. ui bonor. raptor. cuius uerba uide J. cap. 9. quæſt. 3. except. 11. Huius exceptionis prima replicatio hæc eſt: Niſi ideo interſit, quòd depoſitarius dolo in re depoſita ſit uerſatus, ita ut periculū rei ad eum pertineat. hæc replicatio approbatur d. §. is autem, in fine, cum ſequente, his uerbis:* Quòd ſi dolo fecit, iam quidem periculum ipſius eſt: ſed non debet ex dolo ſuo furti quærere actionem. Iulianus quoq; lib. XXII. Digeſtor. ſcribit: quia in omnium furum perſona eſt conſtitutum, ne eius rei nomine furti agere poſſint, cuius ipſi fures ſiut: non habebit furti actionem is, apud quem res depoſita eſt, quãuis periculo eius res eſſe cœperit: quia eam contrectauit. *Altera replicatio eſt: Niſi ideo interſit depoſitarij, quia culpam rei depoſitæ promiſit, uel precium depoſitionis accepit. Hæc replicatio approbatur d. l. 2. § ſi in re depoſita. cuius uerba uide d. except. 11.*

XVI. *Regula: Re dotali ſubrepta, non mulier, ſed maritus furti actionem habet. quæ regula approbatur l. 50. in fine. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. reg. 2. except. 2. Concordat l. 11. C. de iure dotium. cuius uerba uide ſ. lib. 15. cap. 10. reg. 9. except. 1.*

XVII. *Regula: Re cuius uſusfructus uel uſus alterius eſt ſubrepta, uterq; tam uſufructuarius uel uſuarius, quàm proprietarius furti habet actionē. quæ regula approbatur l. 47. §. ſi ſeruus. ff. de furtis. cuius uerba uide J. cap. 6. reg. 4. exc. 1. Concordat l. ſi fur. 14. ff. de uſufructu & quemadmod. cuius uerba uide J. cap. 8. quæſt. 2. reg. 4.*

XVIII. *Regula, De negociorū geſtore, tutore; & eo qui pro tutore negocia gerit. His non datur actio furti quæ regula approbatur l. 55. §. qui alienis. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Qui alienis negocijs gerendis ſe obtulit, actionē furti nō habet, licet culpa eius res perierit: ſed actione negociorū geſtorū ita dānandus eſt, ſi dominus actionē ei cedat. Eadē ſunt in eo q pro tutore negocia gerit, uel in eo tutore qui diligētiā præſtare debeat: ueluti qui ex pluribus tutorib. teſtamēto datis, oblata ſatiſdatiōe, ſolus adminiſtrationē ſuſcepit. *Cōcordat l. 87. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 1. except. 5.*

XIX. *Regula: Si quis pecuniā ſuam pro alio falſo creditori ſoluerit: ſoluēti, non ei pro quo ſolutum eſt, furti actio cōpetit. quæ regula approbatur l. 81. §. fin. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Qui rē Titij agebat, eius nomine falſo procuratori creditoris ſoluit, & Titius ratū habuit: nō naſcitur ei furti actio, quæ ſtatim cùm pecunia ſoluta eſt, ei qui dedit, nata eſt: cum Titij numorū dominiū non fuerit, neq; poſſeſsio. ſed condictionē indebiti quidē Titius habebit, furtiuā aūt qui pecuniā dedit: quæ (etſi negociorum geſtorū actione Titius cōueniri cœperit) arbitrio iudicis ei præſtabitur. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi iuſſu debitoris alius falſo procuratori ſoluerit. quæ exceptio approbatur l. 43. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si iuſſu debitoris ab alio falſus creditoris procurator accepit: debitori iſte tenetur furti, & numī debitoris erunt.

XX. *Regula, De malæ fidei poſſeſſore, et fure, cui res aliena ſubrepta eſt. His furti actionem non habet. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. reg. 1. except. 1. Cōcordat l. 14. §. Iulianus. ff. de furtis, cuius uerba uide ſ. reg. 15. except. 1. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi is cui res locata eſt, eam alteri cōmodauerit inuito locatore. hoc enim caſu, quamuis furtum eius committat: ſi tamen res commodatario ſubripiatur, ipſe furti actionem habet. quæ exceptio approbatur l. 49. §. ſi ego. ff. de furtis, his uerbis:* Si ego tibi poliendum ueſtimentū locauero, tu uerò inſcio aut inuito me cōmodaueris Titio, & Titio furtū factū ſit: & tibi cōperit furti actio, q̃a cuſtodia rei ad te pertinet: & mihi aduerſus te, quia non debueras rem cōmodare, quod faciēdo furtū admiſeris. Et ita erit caſus, quo fur furti agere poſsit.

XXI. *Regula, De nouo domino cui res ſubrepta eſt*

alienata. *Huic furti actio competit. quæ regula approbatur l.48.ff.de furtis,hiſce uerbis:* Si dominium rei ſubreptæ quacunq; ratione mutatum ſit, domino furti actio competit: uelut hæredi & bonorum poſſeſſori, & patri adoptiuo, & legatario. *Concordat l.68.§.ſi is cui.ff.eod.tt.his uerbis:* Si is cui res ſubrepta ſit, dum apud furem ſit, legauerit eā mihi: an ſi poſtea fur eam contrectet, furti actionem habeam? Et ſecundū Octaueni ſententiā mihi ſoli cōpetit furti actio, cùm hæres ſuo nomine non habeat: quia quacunq; ratione dominiū mutatum ſit, domino competere furti actionē conſtat. *Concordat item l.58.in prin.ibi:ſed etſi perſona.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.cap.prox.quæſt.2.exc.43.repl.4. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi res nouo domino nondum fuerit tradita. quæ exceptio approbatur l.82.in prin.ff.de furtis,hiſce uerbis:* Si uēdidero, neq; tradidero ſeruū, & is ſine culpa mea ſubripiatur: magis eſt ut furti mihi cō petat actio. & mea uidetur intereſſe: quia dominium apud me fuit, uel quoniā ad pręſtandas actiones teneor. *Cōcordat l.14.in prin.ff.eod.tt.his uerbis:* Eū qui emit, ſi nō eſt tradita ei res, furti actionē non habere: ſed adhuc uenditoris eſſe hāc actionē, Celſus ſcripſit. Mandare eū planè oportere emptori furti actionē, & condictionē & uindicationē: & ſi quid ex his actionib. fuerit cōſecutus, id præſtare eum emptori oportere. Quæ ſentētia uera eſt: & ita Iulianus. Et ſanè periculū rei ad emptorem pertinet, dummodo uenditor cuſtodiā ante traditionē pręſtet.

XXII. *Regula, De bonæ fidei poſſeſſore. Huic quoq; furti actio competit. quæ regula approbatur Inſt.de obligat.quæ ex delicto naſc.§.ſed & bonæ,his uerbis:* Et bonæ fidei emptori, ſubrepta re quam emerit, quāuis dominus nō ſit, omnino cōpetit furti actio, quemadmodum & creditori. *Concordat l.12.§.ſed furti actio.ibi: & ideo.ff.de furtis.cuius uerba uide ī.reg.1.except.1. Item concordat l.53.§.ſed etſi rem.ff.d.tt.his uerbis:* Si rem furtiuam imprudens quis emerit, & ei ſubrepta ſit: habebit furti actionem. *Concordat item l.76.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.cap.6.reg.4. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ex cauſſa lucratiua poßideat. quæ exceptio approbatur l.73.§.eius rei.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.reg.1.except 4.*

XXIII. *Regula, De eo cui res ex ſtipulatu debetur. Huic furti actio non datur. quæ regula approbatur l.13.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Is cui ex ſtipulatu res debetur, furti actionē nō habet, ſi ea ſubrepta ſit, cùm per debitorē ſtetiſſet, quo minus eam daret. *Cōcordat l.68.§.fin.ff.eod.tt.his uerbis:* Si ſtipulatus de te ſim, Per te non fieri, quo minus homo Eros intra calendas illas mihi detur: quāuis mea interſit eum nō ſubripi, cùm ſubrepto eo ex ſtipulatu nō tenearis (ſi tamen per te factū non ſit, quo minus mihi daretur) non tamen furti actionē me habere. *Cōcordat itē l.87 in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide ī.reg.1.exc.6.*

XXIIII. *Regula, De heredibus & cæteris ſucceſſoribus. Furti actio his quoq; datur. quæ regula approbatur l.1.§.heredes ff. de priuatis delictis, hiſce uerbis:* Hęredes furti agere poſſe cōſtat. executio enim quorundā delictorū hæredibus eſt data. Ita & legis Aquiliæ actionē hæres habet. Sed iniuriarum actio hæredi non cōpetit. *Concordat l.48.ff.de furtis.cuius uerba uide ī.reg.21. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi res ſubrepta alij legata ſit. hoc enim caſu legatario, non heredi furti actio competit. quæ exceptio approbatur l.68.§.ſi is cui. ff. de furtis.cuius uerba uide ī.reg.21. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſtquā res alij legata eſt, ſit ſubrepta. hoc enim caſu heredi, non legatario furti competit actio. quæ replicatio approbatur l.87. in fine.ff.d.tt.cuius uerba uide ī.reg.1.exc.6. Altera replicatio eſt: Niſi ſub cōditione res ſubrepta ſit legata. quæ replicatio approbatur l.53.§.fin.ff.d.tt. cuius uerba uide ī.cap.prox.quæſt.2.except.53. Concordat l.82.§.1.ibi: idq; & in ſtatuliberis ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cap.6.reg.4. Tertia replicatio eſt: Niſi una re ex pluribus legata, una ſit ſubrepta. quæ replicatio approbatur d.l.82.§.ſi ad exhibendum, his uerbis:* Si ad exhibendum egiſſem optaturus ſeruum mihi legatum, & unus ex familia ſeruus ſubreptus eſſet: hæres furti habebit actionem. Eius enim intereſt: nihil enim refert, cùm præſtare cuſtodiam debeat.

XXV. *Regula, De patre eius cui furti actio cōpetit. Huic quoq; furti actio competit. quæ regula approbatur quidem ipſo iure, uerùm eius exceptio prima hæc eſt: Niſi peculium filij non ſit ſoluendo. Hæc exceptio approbatur l.53.§.ſi ſeruus.ff. de furtis,hiſce uerbis:* Si ſeruus tuus uel filius poliēda ueſtimenta ſuſceperit: an furti actionē habeas, quæritur? Et ſiquidē peculiū ſerui ſoluendo ſit, potes habere furti actionē: ſi non fuerit ſoluēdo, dicendū eſt non cōpetere furti actionē. *Altera exceptio eſt: Niſi res filiofamiliâs commodata ſubrepta ſit. quæ exceptio approbatur l.14.§.an pater.ff.eod.tt.his uerbis:* An pater cuius filio commodata res eſt, furti actionem habeat, quęritur? Et Iulianus ait, patrē hoc nomine agere non poſſe: quia cuſtodiam præſtare nō debeat: ſicut (inquit) ille qui pro eo cui commodata res eſt, fideiuſſit, non habet furti actionem. Neq; enim (inquit) cuiuſcunq; intererit rem non perire, habet furti actionem: ſed qui ob eam rem tenetur, quòd ea res culpa eius perierit. Quam ſentētiā Celſus quoq; libro XII. Digeſtorum probat. *Tertia exceptio uidetur: Niſi poſt furtum factum pater eſ-*

ſe

ſe cœperit per adoptionẽ. hæc exceptio reprobatur l.42.§.1.ff.de furtis,hiſce uerbis: Adrogatorem poſſe furti agere, ſcilicet eius furti nomine,quod factum eſt ei quem adrogauit,antequam adrogaret,certum eſt. Cæterùm ſi poſtea:nulla dubitatio erit. *Concordat l.48.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.reg.21.*

XXVI. *Regula,De filiofamiliâs ſui iuris effecto,proponitur l.60.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Si filiofamiliâs furtum factum eſſet:rectè is paterfamiliâs factus eo nomine aget. Sed & ſi res ei locata ſubrepta fuerit: paterfamiliâs factus idem agere poterit.

XXVII. *Regula,De fideiuſſore eius cui res aliena ſubrepta eſt. Huic furti actio non competit.quæ regula approbatur l.14.§.an pater.ff.de furtis cuius uerba uide ſ.reg.25.except.2.Concordat l.87.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.reg.1.except.7.*

XXVIII. *Regula,De pluribus quibus actio hæc competit ex diuerſis cauſſis.Omnibus ſimul experiri permittitur. quæ regula approbatur l.47.§:ſi ſeruum.ff.d.tt.cuius uerba uide j.cap.6 reg.4.except.1.*

ADVERSVS QVOS COMPETIT FURTI ACTIO? Cap. V.

I. *Regula: Regulariter quidem aduerſus alium, quàm qui furtum commiſit, furti actio non datur. Cuius regulæ exceptiones hæ ſunt:*

I. *Exceptio:Niſi ſeruus furtum commiſit. hoc enim caſu aduerſus dominum eius noxalis furti actio competit. quæ exceptio approbatur l.42.§.quamdiu,ff.de furtis,hiſce uerbis:* Quamdiu uiuit is qui furtum fecit,non perit furti actio:aut enim ſui iuris eſt is qui furtum fecit,& cum ipſo actio eſt:aut alieni iuris eſſe cœpit,& actio furti cum eo eſt, cuius poteſtati ſubiectus eſt.Et hoc eſt quod dicitur: Noxa caput ſequitur. *Concordat l.61 in prin.ibi:ut quodammodo.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib.44. cap.11. quæſt.3.cauſſa 7.Concordat item l.35. in fine ff. eod. tt.cuius uerba uide ſ.cap.3.quæſt.2.except.41.repl.2. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi fur ſeruus ſit manumiſſus. tunc enim in ipſum manumiſſum actio competit. quæ replicatio approbatur l.41.ff.de furtis, hiſce uerbis:* Si ſeruus nauem exerceat nõ uolũtate domini: de eo quod ibi perit, uulgaris formula in dominum danda eſt:ut quod alter admiſit,duntaxat de peculio:quod ipſe exercitor,adijciatur:aut noxæ dedere.Igitur ſi manumiſſus ſit: perſecutio quidem in peculio manebit aduerſus dominum intra annum: noxalis ipſum ſequetur.*Concordat l.43.in prin.ibi: quod tamen.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 44. cap.11. quæſt.3.cauſſa 7.Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt:Niſi ob id ſit manumiſſus,ne dominus furti iudicio teneatur. quæ duplicatio approbatur d. l. 41.his uerbis:* Interdum & manumiſſus & qui eum manumiſit,ob furtum tenetur: ſi ideo manumiſſus ſit, ne furti cum eo agi poſſit. Sed ſi cum domino actum fuerit: ipſo iure manumiſſum liberari, Sabinus reſpondit,quaſi deciſum ſit. *Altera duplicatio eſt: Niſi ſtatulibero fure manumiſſo,dominus actori non præſtet id quod conditionis implendæ cauſſa à ſtatulibero accepit. quæ duplicatio approbatur,ſimul & diſtinguitur l.61.§.fin.ff.d.tt. his uerbis:* Statuliberum qui ſi decem dediſſet, liber eſſe iuſſus erat, hæres noxali iudicio defenderat:pendente iudicio ſeruus datis decem hæredi, ad libertatem peruenit: quæritur, an non aliter abſolutio fieri debeat,quàm ſi decem,quæ accepiſſet hęres, actori dediſſet? Africanus referre exiſtimauit,unde ea pecunia data eſſet:ut ſi quidem aliunde quàm ex peculio. hæc ſaltẽ præſtet: quando quidem ſi nondum ad libertatẽ ſeruus perueniſſet, noxæ deditus ei cui deditus eſſet,daturus fuerit. Si uerò ex peculio: quia numos hæredi dederit, quos utique iã paſſurus eum non fuerit ei dare:contrà ſtatuendum eſſe. *Altera replicatio eſt:Niſi ſeruus mortuus ſit.quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l. 61. in prin. ibi: ex his igitur. cuius uerba uide ſ. lib. 44. cap.11. quæſt.3.cauſſa 7. Tertia replicatio uidetur: Niſi dominus ipſe,ſi furtum actori feciſſet, furti actione conueniri non potuit: hoc enim caſu uidetur nec ex ſerui ſui furto conueniendus. Sed hæc replicatio reprobatur exemplis l.52. in prin. ibi: ſerui uerò ſui.ff.de furtis. cuius uerba uide j. except. 6. repl.5. Sed & plura de hac re uide j.lib.prox.cap.5. quæſt.2.except.3. Quarta replicatio eſt: Niſi ſeruus rem domino commodatam ſubtraxerit. Hæc replicatio approbatur l.55.§.quod ſi ſeruum.ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. lib.9.cap.59.quæſtion.1. exception.5. Plura de exceptione propoſita uide j. lib. prox.cap.2.*

II. *Exceptio: Niſi is qui furtum fecit, ab alio pro ſeruo bona fide poſſideatur. hoc enim caſu aduerſus bonæ fidei poſſeſſorem furti actio noxalis competit.quæ exceptio approbatur,ſimul & diſtinguitur l.22. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt.2.except.2.*

III. *Exceptio:Niſi in naue,caupona uel ſtabulo furtum ſit factum.ex hoc enim furto aduerſus nautam,cauponem, uel ſtabularium actio competit. de qua re uide ſ.lib.19.cap.9.*

IIII. *Exceptio: Niſi alius furi rem furtiuam ſubripuerit. hoc enim caſu aduerſus utrunq; domino furti actio competit.quæ exceptio approbatur l.78.§.ſi quis alteri. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. prox.reg 1.except.1.*

V. *Exceptio: Niſi fur mortuus ſit.hoc enim caſu aduerſus eius hæredes actio furti uidetur competere. Sed hæc exceptio reprobatur l.15. C. de furtis, hiſce uerbis:*Furti actione minimè teneri ſucceſſores,ignorare nõ debueras. De inſtrumẽtis autẽ ablatis in rẽ actiõe cõuenire potes tenẽ-

tea:

tes. *Concordat l.1. in prin.ff. de priuatis delictis. cuius uerba uide* ȷ*.cap.7.reg.5.Sed & plura de hac re uide* ȿ*.lib.16.cap.6.reg.5.except.1.*

VI. Exceptio: *Niſi alterius ope & conſilio furtum factum ſit. hoc enim caſu & is cuius ope & conſilio furtum factum eſt, furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc.§. interdum quoq;, his uerbis:* Interdum furti tenetur, qui ipſe furtum non fecit: qualis eſt is cuius ope & conſilio furtum factum eſt. In quo numero eſt is qui tibi numos excuſsit, ut alius eos raperet: aut tibi obſtiterit, ut alius rem tuam exciperet: aut oues tuas uel boues fugauerit, ut alius eas acciperet. Et hoc ueteres ſcripſerunt de eo qui panno rubro fugauit armentum. Sed ſi quid eorum per laſciuiam, & nõ data opera, ut furtum admitteretur, factum eſt: in factum actio dari debet. At ubi ope Mæuij Titius furtum fecerit: ambo furti tenentur. *Declaratur exceptio propoſita tum exemplis iam propoſitis, tum definitione conſilij & opis, l.51.§.rectè. ibi: conſilium. ff.de furtis, hiſce uerbis:* Conſilium dare uidetur, qui perſuadet, & impellit atq; inſtruit cõſilio ad furtum faciendum. Opem fert, qui miniſterium atq; adiutorium ad ſubripiendas res præbet. *Declaratur inſuper exceptio propoſita ſpeciebus & exemplis proponendis* ȷ*. exceptionibus ſequentibus. Planè huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non furandi animo opem tulit aut conſilium dedit. quæ replicatio approbatur d.§. rectè, in prin. cuius uerba uide* ȿ*.lib.16. cap.3.except.7. Concordat d.l.51.§. fin. cuius uerba uide* ȷ*.except.8. Concordat item Inſt.d.§. interdum: uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Sed ſi quid eorum per laſciuiam, & non data opera ut furtum admitteretur, factum eſt: in factum actio dari debet. *Huius exemplum etiam proponitur l.40.ibi. & ideo etiam. ff.de furtis. cuius uerba uide* ȿ*.cap.3.quæſt.2.except.24. Concordat l.55.in prin.ff.eod.tt. cuius uerba uide* ȿ*. lib. 3.cap.2. except. 2. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi inimicitiarum cauſſa opem tulit aut conſilium dedit. tunc enim, quamuis non furandi animo fecit, nihilominus tenetur. quæ duplicatio approbatur l.51.§. ope. ff. d. tt. his uerbis:* Ope & conſilio furtum factum, Celſus ait, non ſolùm ſi idcirco fuerit factum, ut ſocij furarentur: ſed etſi non ut ſocij furarentur, inimicitiarum tamen cauſſa fecerit. *Altera replicatio eſt: Niſi conſilium tantùm dedit, non etiam opem tulit ad furtum faciendum. Hæc replicatio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. ope & conſilio. ibi: certè qui, his uerbis:* Qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, ſed tantùm conſilium dedit, atque hortatus eſt ad furtum faciendum: non tenetur furti. *Concordat l.53.§. item dubitatum, in fine. ff. de uerb. ſignif. his uerbis:* Poſt ueterum authoritatem eò peruentum eſt, ut nemo ope uideatur feciſſe, niſi & conſilium malignum habuerit: nec conſilium habuiſſe noceat, niſi & factum ſecutum fuerit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi furtum fuerit ſecutum. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi & factum ſecutum fuerit. *Concordat l. 36. in prin. ibi: ſed ſi alius. ff. de furtis. cuius uerba uide* ȷ*.triplicat. proxim. Eſt enim huius duplicationis triplicatio hæc: Niſi ſeruo perſuaſit ut fugeret. hoc enim caſu, quamuis ſeruus ſui furtum faciat fugiendo, is tamen qui conſilium dedit, furti non tenetur. quæ triplicatio approbatur d.l.36.in prin. his uerbis:* Qui ſeruo perſuaſit ut fugeret, fur non eſt: nec enim qui alicui malum conſilium dedit, furtum fecit: non magis quàm ſi perſuaſit, ut ſe præcipitaret, aut manus ſibi inferret. hæc enim furti non admittunt actionem. *Concordat d.l.36. §. ſi duo. cuius uerba uide* ȿ*. cap.3. quæſt.2.cauſſa 40. Item concordat l.4. C.de furtis. cuius uerba uide* ȿ*.d.cauſſa 40. Huius quadruplicatio prima hæc eſt: Niſi ideo fugam ſuaſit, ut ab alio ſubripiatur. quæ quadruplicatio approbatur d.l.36. in prin. his uerbis:* Sed ſi alius fugam ei perſuaſerit, ut ab alio ſubripiatur: furti tenebitur is qui perſuaſit, quaſi ope conſiliove eius furtum factum ſit. *Altera quadruplicatio eſt: Niſi ſeruus fugiens, poſtea furtum committat. quæ quadruplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Plus Pomponius ſcripſit, cùm quis perſuaſit, quamuis interim furti non teneretur: tunc tamẽ incipere teneri, cum quis fugitiuus fur eſſe cœperit, quaſi uideatur ope conſiliove eius furtum factum. *Tertia quadruplicatio eſt: Niſi ſeruus fugiens res aliquas ſecum auferat. quæ quadruplicatio approbatur d.l.36. §. idem Pomponius, his uerbis:* Pomponius ait, ſi cum rebus aufugerit fugitiuus, poſſe furti actione ſollicitatorem conueniri rerũ nomine: quia opẽ conſiliumve cõtrectatori tulit. quod & Sabinus ſignificat. *Concordat d.l.36.§.fin. cuius uerba uide* ȿ*.cap.3.quæſt.2.cauſſa 40. Tertia propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi contrectatio conſilium & opem non ſit ſecuta. quæ replicatio approbatur l. 53.§. neque uerbo, in fine. ff. de furtis. cuius uerba uide* ȿ*. cap.3. quæſt. 2.exception. 35. Concordat l.53.§. fin. ff. de uerb. ſignificat. cuius uerba uide* ȿ*. replicat. proxim. Quarta replicatio eſt: Niſi is opem & conſilium dedit, qui ipſe furtum faciens actione furti non tenetur. quæ replicatio approbatur l. 92. in fine. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Nemo opem aut conſilium alij præſtare poteſt, qui ipſe furti faciendi conſilium capere non poteſt. *Concordat l. 23. in fine. ff. eod.tt. cuius uerba uide* ȿ*.cap.3.quæſt.2.except.9. Cõcordat l.51.in prin. ibi: ipſa quoq;. ff.eod.tt. cuius uerba uide* ȷ*.repl.prox.*

Quinta

Quinta replicatio eſt: Niſi ei opem tulit, uel conſiliũ dedit, qui ipſe furti actione non tenetur. Hæc replicatio reprobatur l. 52. §. item placuit. ff. de furtis, hiſce uerbis: Placuit eum qui filio uel ſeruo, uel uxori opem fert furtum facientibus, furti teneri, quamuis ipſi furti actione non conueniantur. *Concordat l. 52. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si quis uxori res mariti ſubtrahenti opem conſiliumue accommodauerit, furti tenebitur. Sed et ſi furtum cum ea fecit, tenebitur furti, cum ipſa non teneatur. Ipſa quoq; ſi opem furi tulit, furti non tenebitur, ſed rerum amotarũ. Serui uerò ſui nomine furti eam teneri, nequaquam ambigendũ eſt. Idem dicendum eſt & in filiofamilias milite. Nam ipſe patri non tenebitur furti: ſerui autem ſui nomine caſtrenſis tenebitur, ſi patri ſeruus furtũ fecerit. *Concordat item Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. hi qui in, in fine. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. except. 1. Sexta replicatio eſt: Niſi ſeruo ut fugeret perſuaſit. hoc enim caſu, quamuis ſeruus fugiens ſui furtum faciat, tamen is qui conſilium fugæ dedit, furti non tenetur. quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. repl. 2. dupl. 1. tripl. 1. Septima replicatio eſt: Niſi fugitiuo iter monſtrauit. quæ replicatio approbatur l. 64. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Furtum non committit, qui fugitiuo iter monſtrauit. *Hæc de replicationibus propoſitæ exceptionis. Sequuntur nunc eiuſdem aliquot ſpecies.*

VII. Exceptio: *Niſi alius numos de manu domini excuſſerit, ut alius eos ſubtraheret. nam & hic furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. interdum. cuius uerba uide ſ. except. prox. in prin. Concordat l. 27. §. ſi quis de manu. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide j. cap. 10. quæſt. 1. cauſſa 49. item concordat l. 18. § ſi ſeruus. ff. de noxalib. action. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. except. 18. repl. 6. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi alio animo, quam ut aliquis eos ſubriperet, de manu excuſſit. quæ replicatio approbatur l. 52. §. ſi quis de ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si quis de manu alicuius numos aureos, uel argenteos, uel aliam rem excuſſerit: ita furti tenetur, ſi ideo fecerit, ut alius tolleret, isq; ſuſtulerit. *Altera replicatio eſt: Niſi alius numos excuſſos non ſuſtulerit. quæ replicatio elicitur ex uerbis iã propoſitis hiſce:* Isq; ſuſtulerit. *Concordat d. l. 27. §. ſi quis de cuius uerba uide (ut dixi) d. cauſſa 49.*

VIII. Exceptio: *Niſi alius pecus fugauit, ut ab alio ſubriperetur. Nam & hic furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 51. §. fin. cum l. ſequente. ff de furtis hiſce uerbis:* Cum eo qui pannũ rubrum oſtendit, fugauitq; pecus ut in fures incideret, ſiquidẽ dolo malo fecit: furti actio eſt. Sed et ſi nõ furti faciendi cauſſa hoc fecit, non debet impunitus eſſe luſus tã perniciosus. Idcirco Labeo ſcribit, in factum dandã actionẽ. Nam ſi præcipitata ſint pecora: utilis actio damni iniuriæ, quaſi ex lege Aquilia dabitur. *Concordat Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. § interdum. ibi: aut oues. cuius uerba uide ſ. except. 6. in prin. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi non furandi animo pecus fugauit. quæ replicatio approbatur uerbis d. §. fin. iam propoſitis hiſce:* Sed et ſi non furti faciendi, &c. *Concordat Inſt. d. §. interdum. ibi: ſed ſi quid. Altera replicatio eſt: Niſi pecus ab alio ſubreptum non ſit. quæ replicatio approbatur l. 37. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Si pauonem meum manſuetum, cum de domo mea effugiſſet, perſecutus ſis, quoad is perijt: agere tecum furti ita potero, ſi aliquis eum habere cœperit.

IX. Exceptio: *Niſi alius domino obſtiterit, quo magis res eius ab alio ſubriperetur. nam & hic furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. § interdum quoq;. cuius uerba uide ſ. except. 6. in prin.*

X. Exceptio: *Niſi alius dolo malo dominum, eius ſeruum in ius uocauerit, quo magis res eius ab alio ſubriperetur. Nam & hic furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur l. 67. §. cum qui. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Eum qui mulionem dolo malo in ius uocaſſet, ſi interea mulę perijſſent, furti teneri, ueteres reſponderunt.

XI. Exceptio: *Niſi alius oſtium uel feneſtras effregit, per quas alius ingreſſus furtum fecit. Nam & is quoq; qui effregit, furti tenetur. quæ exceptio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. ope & conſilio, his uerbis:* Ope & conſilio eius quoque furtum admitti uidetur, qui ſcalas fortè feneſtris ſupponit: aut ipſas feneſtras uel oſtium effringit, ut alius furtum faceret: quiue ferramenta ad effringendum, aut ſcalas, ut feneſtris ſupponerentur, commodauerit, ſciẽs cuius rei gratia commodauerit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi non furandi animo oſtium effregit. quæ replicatio approbatur l. 40. ibi: & ideo etiam. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. except. 24. Concordat l. 55. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. lib. 3. cap. 2. except. 2.*

XII. Exceptio: *Niſi alius ſcalas feneſtris ſuppoſuit, uel ferramenta ad effringendum, aut ſcalas ad furtum faciendum commodauit. Nam & hic furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur uerbis Inſt. d. §. ope & conſilio. iam propoſitis. Concordat l. 56. §. qui ferramenta. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Qui ferramenta ſciens commodauerit ad effringendum oſtium, uel armarium: uel ſcalas ſciens cuius rei gratia id fieret, commodauerit ad aſcendendũ: licet nullum eius conſilium principaliter ad furtum faciendum interuenerit, tamen furti actione tenetur.

XIII.

XIII. *Exceptio: Niſi quis furem celauerit. nã & hic furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur, ſimul & declaratur l. 49. §. qui furem. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Qui fure nouit, ſiue indicet eum, ſiue nõ indicet, fur non eſt: cùm multum interſit, furem quis celet, an non indicet. Qui nouit furti non tenetur: qui celat, hoc ipſo tenetur.

XIIII. *Exceptio: Niſi quis furem non indicet. Hæc exceptio reprobatur uerbis d. §. qui furem, iam propoſitis.*

XV. *Exceptio: Niſi quis ſciens rem furtiuã ſuſcipiat, & celet. nã & hic furti actione tenetur. quæ exceptio approbatur l. 14. C. de furtis, hiſce uerbis:* Eos qui à ſeruo furtim ablata ſcientes ſuſceperint, non tantùm de ſuſceptis conuenire, ſed etiam pœnali furti actione potes. *Concordat inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. ſed hæ actiones, in fine. cuius uerba uide ĩ. cap. 2. quæſt. 4. Concordat item l. 35. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 1. except. 4. Plures huiuſmodi exceptiones uide ĩ. cap. 1. quæſt. 2. inter cauſſas actionis furti. Hæc de prima regula.*

II. *Regula: Qui aduerſus alium habet furti actionem, is furti actione teneri non debet. quæ regula approbatur l. 21. §. cumq; generali. C. de furtis. cuius uerba uide ĩ. cap. 1 quæſt. 2. except. 2.*

III. *Regula: Si plures trabem alienam abſtulerint, quam unus ſolus auferre non potuiſſet, omnes furti actione tenentur. quæ regula approbatur l. 21. §. penult. ff. de furtis, his uerbis:* Si duo pluresue unum tignum furati ſint, quod ſinguli tollere non potuerint: dicendum eſt, omnes eos furti in ſolidum teneri, quamuis id unus nec contrectare, nec tollere ſolus potuit. Et ita utimur. nec enim poteſt dici pro parte furtum feciſſe ſingulos, ſed totius rei uniuerſos. Sic fiet, ſingulos furti teneri. *Concordat l. 51. § fin ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ĩ. lib. 1. cap. 6 reg. 1.*

IIII. *Regula: Si plures furtum fecerint, ſinguli in ſolidum tenentur. De qua re uide J. cap. proxim. reg. 19.*

V. *Regula, De ſeruo fure manumiſſo, proponitur l. 15. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide J. cap. 6. quæſt. 1. reg. 3.*

QVID QVANTVMQVE uenıat in furti actione?

Cap. VI.

I. *Regula: Furti manifeſti pœna, quadruplum eſt: nec manifeſti, duplum. quæ regula approbatur inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. pœna manifeſti, his uerbis:* Pœna manifeſti furti, quadrupli eſt tam ex ſerui quàm ex liberi perſona: nec manifeſti, dupli. *Concordat inſt. de actionib §. pœnam tantùm. cuius uerba uide ĩ. lib. 36. cap. 4. quæſt. 2 diuiſ. 5. Item concordat inſt. eod. tit. §. omnes autem actiones. ibi: in duplum. item ibi: quadrupli autem. cuius uerba uide ĩ. d. quæſt. 2. diuiſ. 6. Declaratur regula propoſita definitione furti manifeſti & nec manifeſti, inſt. d. tit. §. furtorum autem, his uerbis:* Furtorum duo ſunt genera: manifeſtum, & nec manifeſtum. Nam conceptũ & oblatum ſpecies potius actionis ſunt furto cohærentes, quàm genera furtorum, ſicut inferius apparebit. Manifeſtus fur eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant: nec ſolùm is qui in ipſo furto deprehenditur, ſed etiam is qui in eo loco deprehenditur, quo furtum fit: ueluti qui in domo furtum fecit, & nondum egreſſus ianuam, deprehenſus fuerit: & qui in oliueto oliuarum, aut in uineto uuarum furtum fecit, quamdiu in eo oliueto aut uineto deprehenſus fuerit. Imò ulterius furtum manifeſtum eſt extendendum, quamdiu eam rem fur tenens uiſus uel deprehẽſus fuerit, ſiue in publico, ſiue in priuato, uel à domino uel ab alio, antequam eo peruenerit, quò deferre uel deponere deſtinaſſet. Sed ſi pertulit quò deſtinauit, tametſi deprehendatur cum re furtiua, non eſt manifeſtus fur. Nec manifeſtum furtum quid ſit, ex ijs quę diximus intelligitur. nam quod manifeſtũ non eſt, id ſcilicet nec manifeſtum eſt. *Ait imperator:* Sicut inferius apparebit. *Scilicet eod. tit. §. conceptum. cuius uerba uide ĩ. cap. 2. quæſt. 4. reg. 1. Concordat definitioni propoſitæ l. 3. cum quinq; legib. ſequentib. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Fur manifeſtus eſt, quem Græci ἐπ' αὐτοφώρῳ appellant, hoc eſt qui deprehenditur in ipſo furto. Et parui refert, à quo deprehendatur, utrum ab eo cuius res fuit, an ab alio: ſed utrum ita demum fur ſit manifeſtus, ſi in faciendo furto deprehendatur, an uerò et ſi alibi fuerit deprehenſus? Et magis eſt (ut & Iulianus ſcripſit) etſi non ibi deprehendatur, ubi furtum fecit: attamen eſſe furẽ manifeſtum, ſi cum re furtiua fuerit deprehenſus priuſquam eò loci rem pertulerit, quò deſtinauerat. Quò deſtinauerit quis perferre, ſic accipiendum eſt: quò deſtinauerit eo die manere cum furto. Siue igitur in publico, ſiue in priuato deprehendatur, antequam ad locum deſtinatum rem perferret: in ea cauſſa eſt, ut fur manifeſtus ſit, ſi cum re furtiua deprehẽdatur. Et ita Caſſius ſcribit. Sed ſi pertulerit quò deſtinauit: tametſi deprehendatur cum re furtiua, non tamen eſt manifeſtus fur. Quamuis enim ſæpe furtum contrectando fiat: tamẽ initio, id eſt faciendi furti tempore conſtituere uiſum eſt, manifeſtus nec ne fur eſſet. Si quis in ſeruitute furtum fecerit, & manumiſſus deprehendatur: an fur manifeſtus ſit, uideamus? Et ait Pomponius lib. XIX. ex Sabino, nõ poſſe eũ manifeſti cõ-

uenitis

neniri: quis origo furti in ſeruitute facti non fuit manifeſta. Idem Pomponius eleganter ſcribit, deprehenſione fieri manifeſtum furem. Cæterùm ſi, cum tibi furtũ facerem, de domo tua abſcondiſti te, ne te occidam: etiamſi uidiſti furtum fieri, attamen non eſt manifeſtum. Sed Celſus deprehenſioni hoc etiam adijcit: ſi cum uidiſſes eum ſubripientem, & ad comprehendendum eum occurriſſes, abiecto furto fugit: furem manifeſtum eſſe: paruiq; referre putat, dominus an uicinus quilibet tranſiens adprehendat. Nec manifeſtum furtum quid ſit, apparet. nam quod manifeſtum non eſt, hoc ſcilicet nec manifeſtum eſt. *Ex his patet, furtum manifeſtum regulariter quidem eſſe, ſi quis enim re furtiua deprehendatur, & pœnam quadrupli eſſe. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non eo loco, in quo furtum factum eſt, nec in itinere deprehendatur: ſed eo loco, quò rem perferre deſtinauerat. hic enim nec manifeſtus fur eſt. Altera exceptio eſt: Niſi alio tempore quàm quo furtum factum eſt, cum re furtiua deprehendatur. Hæ duæ exceptiones ex uerbis iam propoſitis conſtant. Huius autem ſecundæ exceptionis replicatio uidetur eſſe: Niſi ſeruus fur, poſtquam manumiſſus eſt, cum re furtiua deprehendatur. hoc enim caſu, quamuis non eo tempore quo furtum factum eſt, deprehenſus ſit, fur tamen manifeſtus uidetur. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si quia in ſeruitute furtum fecerit, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi dominus uidens furtum fieri, metuens ne occidatur ſe abſcendit, uel furem perſecutus non eſt. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Cæterùm ſi, cùm tibi, &c. *Quarta exceptio eſt: Niſi alius, non dominus furem deprehenderit. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et parui refert à quo deprehendatur, &c. *Item hiſce:* Paruiq; referre putat, dominus an uicinus quilibet tranſiens adprehendat. *Item uerbis Inſt. ſ. propoſitis hiſce:* Vel à domino, uel ab alio. *Concordat l.24. §.penult. ff. de uſuris. cuius uerba uide ā. lib.36. cap. 9. quæſt.1. cauſſa 2. exception 5. Quinta exceptio eſt: Niſi cùm deprehenſus eſſet in contrectatione rerum, quaſdam res ſecum abſtulerit, reliquas poſtea allaturus. hoc enim caſu de ijs rebus quas non ſecum abſtulit eo tempore quo deprehendebatur, furti nec manifeſti tenetur. quæ exceptio approbatur l. 21. in prin. ibi: nam & ſi quis armarium. ff. de furtis. cuius uerba uide J. reg. 8. Sexta exceptio eſt: Niſi alius, non fur cum re furtiua ſit deprehenſus. Hæc exceptio approbatur l.15. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis perferendum acceperit quod ſcierit furtiuum eſſe: conſtat ſi deprehendatur, ipſum duntaxat furem manifeſtum eſſe, ſi neſciuerit: neutrum. hunc, quia fur non ſit: alium, quia non ſit deprehenſus. *Septima exceptio eſt, quoad eum qui opem tulit. hic etiam manifeſti furti actione non tenetur, quamuis fur ipſe cum re furtiua ſit deprehenſus. quæ exceptio approbatur l.34. ff. de furtis, his uerbis:* Is qui opem furtum facienti fert, nunquam manifeſtus eſt. Itaque accidit ut is quidem, qui opem tulit, nec manifeſti furti: is autem qui deprehenſus eſt, ob eandem rem manifeſti teneatur. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi opem in re perferenda ferens cum ipſa deprehendatur. quæ replicatio approbatur uerbis l.35. in prin. ff. de furtis, ſ. except. proxim. propoſitis. Octaua exceptio eſt: Niſi falſus procurator indebitum accipiat. hoc enim caſu, quamuis dante & uidente domino accipiat, tamen furti nec manifeſti tenetur. quæ exceptio approbatur l.19. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap.3. quæſtion.2. cauſſa 24.*

II. Regula: Ex ſupradictis patet, eum qui cum re furtiua non deprehenditur, uel in ipſo furto: non manifeſtum furem eſſe, ideoq; dupli tantùm actione teneri. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi raptor ſit. hic enim, quamuis non deprehendatur, nihilominus tamen in quadruplum tenetur. quæ exceptio approbatur l. 54. ff. de furtis, hiſce uerbis: Si quis ex domo, in qua nemo erat, rapuerit: actione de bonis captis in quadruplum conuenietur: furti nec manifeſti uidelicet actione, ſi nemo eum deprehenderit, tollenda. *Concordat l.82. §. cum raptor. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap.3. quæſtion.2. cauſſa 2. Altera exceptio eſt: Niſi ſocius furis ſit deprehenſus. Hæc exceptio reprobatur l.35. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. reg. prox. except.6. Concordat d. l.35. in fine. cuius uerba uide ſ. cap.3. quæſt.2. except.43. repl.2.*

III. Regula: Ipſa res furtiua non uenit in hanc actionem. quæ regula approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. fin. cuius uerba uide J. cap. proxim. reg.5. Concordat l. 49. in prin. ibi: nam in actionem. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap 3. quæſtione 2. exceptione 41. Concordat item l. 56. §. cum furti. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. exception.41.

IIII. Regula: Quadruplicatur non id quod actoris intereſt, ſed rei uerum precium. quæ regula approbatur l. 51. in prin. ff. de furtis, his uerbis: In furti actione non quod intereſt quadruplicabitur uel duplicabitur, ſed rei uerum precium. *Concordat l.82. §.1 ff eod. tt. his uerbis:* Cùm iure dominij defertur furti actio: quamuis non aliàs niſi noſtra intereſt, cõpetat: tamen ad æſtimationẽ corporis furti actio, et ſi nihil amplius intereſſit, utilitas mea referenda eſt. Idq; & in ſtatuliberis, & in legato ſub conditione relicto probatur, alioquin diuerſum probantibus ſtatui facilè quantitas non poteſt: quia tunc ſola utilitas æſtimationem facit, cùm ceſſante

dominio furti actio naſcitur. In iſtis cauſſis ad æſtimationem corporis furti actio referri non poteſt. *Concordat item l.51.§.fin. in fine ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ̄.cap.1.quæſt.1.except.11. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non dominus, ſed alius ratione ſui intereſſe furti agat. hoc enim caſu id quod actoris intereſt, non uerum rei precium quadruplicatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quia tunc ſola utilitas æſtimationem facit, cùm ceſſante dominio furti actio naſcitur. In iſtis cauſſis ad æſtimationem corporis furti actio referri non poteſt. *Concordat l.76.ff.eod. tt.his uerbis:* Furtiuam ancillam bona fide duobus aureis emptam cum poſsiderem, ſubripuit mihi Attius, cum quo & ego & dominus furti agimus: quæro, quanti æſtimatio pro utroq; fieri debeat? Sabinus reſpondit: Emptori duplo, quanti eius intereſt, æſtimari debet: domino autem duplo, quanti ea mulier fuit. nec nos mouere debet, quòd duobus pœna furti præſtabitur: quippe cum eiuſdem rei nomine præſtetur, emptori eius poſſeſsionis, domino ipſius proprietatis cauſſa præſtanda eſt. *Concordat item l 47.§.ſi ſeruus.ff.eod.tt.his uerbis:* Si ſeruus fructuarius ſubreptus ſit, uterq; & qui fruebatur, & dominus actionem furti habet. Diuidetur igitur actio inter dominum & fructuarium. Fructuarius aget de fructibus, uel quanti interfuit eius furtum eius factum non eſſe, dupli: proprietarius uerò aget, quod interfuit eius proprietatem non eſſe ſubreptam. Quod dicimus dupli, ſic accipere debemus. & quadrupli, ſi manifeſtum furtum ſit. Hæc actio & ſi ſit qui in eo ſeruo tantùm uſum habeat, poterit ei cõpetere. Et ſi quis propoſuerit hunc ſeruum etiam pignoratum eſſe: eueniet ut etiam is qui pignori acceperit, habeat furti actionem. Hoc amplius etiam debitor (ſi modò plus ualeat, quàm pro pignore debetur) furti habet actionem. Vſq; adeò autem diuerſæ ſunt actiones, quæ eis competunt, ut ſi quis eorũ pro fure damnum deciderit, dici oporteat ſolummodo actionem ſibi competentem amiſiſſe eum: cęteris uerò ſupereſſe. Nam etſi proponas communem ſeruum ſubreptum, & alium ex dominis pro fure damnum deciſiſſe: is qui non decidit, habebit furti actionem. *Huius exceptionis replicatio eſt in creditore, qui pignore ſubrepto furti agit. quæ replicatio approbatur l. 88. ff. de furtis, hiſce uerbis:* Creditori actio furti in ſummam pignoris, non debiti competit. *Concordat l.15. in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ̄. lib.40. cap.12. quæſt.4.reg.6. Huius duplicatio prima hæc eſt: Niſi ipſe debitor pignus ſubripuerit. Quæ duplicatio approbatur d.l.89.his uerbis:* Sed ubi debitor ipſe ſubtraxiſſet pignus, contrà probatur, & in ſummam pecuniæ debitæ & uſurarum eius furti conuenietur. *Altera duplicatio eſt: Niſi periculum pignoris ad creditorem nõ pertineat. Quæ duplicatio approbatur l.14 §. idem ſcribit.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ̄. cap. 4. reg.13. except.4. Concordat d.l 14.§.iiſdem dicunt.cuius uerba uide d.except.4. Altera exceptio eſt: Niſi parte ſubrepta, totius fur efficiatur. hoc enim caſu tantùm id quod domini intereſt, duplatur. quæ exceptio approbatur exemplo l.21.§.fin ff.de furtis, his uerbis:* Qui lancem raſit, totius fur eſt, & furti tenetur ad id quod domini intereſt. *Tertia exceptio eſt: Niſi cautiones uel tabulæ ſint ſubreptæ. hoc enim caſu non tantùm precium, ſed etiam intereſſe domini duplatur. quæ exceptio approbatur l. 27. ff. d. tt. his uerbis:* Qui tabulas uel cautiones amouerit: furti tenetur non tantùm precij earum tabularum, uerùm & eius quod interfuit, quod ad æſtimationem refertur eius ſummæ, quæ in his tabulis continetur, ſcilicet ſi tanti interfuit: utputa ſi chirographa aureorum decem tabulæ fuerint. Nam dicimus hoc duplicari. Quòd ſi iam erant inanes, quia ſolutum proponebatur: nunquid ipſarum tantùm tabularum precij uideatur eſſe æſtimatio facienda? quid enim interfuit huius? Sed poteſt dici, quia nonnunquam debitores tabulas ſibi reſtitui petunt, quòd nonnunquam calumniãtur debitores quaſi indebito ſoluto ab his: intereſt creditoris tabulas habere, ne fortè controuerſiam ſuper ea re patiatur. Et generaliter dicendum eſt, id quod intereſt duplari. Inde poteſt quæri, ſi quis, cum alias probationes menſæ quàm ſcripturam haberet, chirographi furtum ſit paſſus: æſtimari duplo chirographi quantitas debeat: & nunquid non, quaſi nihil interſit? quantum enim intereſt, cum poſsit debitum aliunde probare? quemadmodum ſi in binis tabulis inſtrumentum ſcriptum ſit? nam nihil uidetur deperdere: ſed futurum eſt, ut alio chirographo ſaluo, ſecurior ſit creditor. Apocha quoq; ſi fuerit ſubrepta: æquè dicendum eſt, furti actionem in id quod intereſt, locũ habere. Sed nihil uidetur intereſſe, ſi ſunt & aliæ probationes ſolutæ pecuniæ. *Concordat l.28.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ̄.cap.3.quæſt.2. except.12. Item concordat l. 32. ff. eod. tt. his uerbis:* Quidam tabularum duntaxat æſtimationem faciendam in furti actione exiſtimant: quia ſi iudici, apud quem furti agatur, poſsit probari quantum debitum fuerit: poſsit etiam apud eum iudicem eadem probare, apud quem pecuniam petat. Si

uerò

uerò in furti iudicio probare non poteſt: ne illud quidem poſſe oſtendi quanti eius intereſit. Sed poteſt poſt furtum factum, ſi tabulas nactus eſt actor, ut ex eo probet quanti ſua interfuerit, ſi tabulas nactus non eſſet. De lege Aquilia maior quæſtio eſt: quemadmodum poſsit probari quanti eius intereſit. Nam ſi poteſt aliàs probare: non patitur damnum. Quid ergo ſi fortè pecuniam ſub conditione credidit, & interim ſunt teſtimonia, quorum probationem habeat, quæ poſſunt mori conditione pendente: aut puta me petiiſſe creditũ, & quia teſtes & ſignatores, qui rem meminiſſent, præſentes non haberem, uictum tam euiſſe: nunc uerò cum furti agam, eorum memoria & præſentia ad fidem creditæ pecuniæ uti poſsim? *Concordat item l.84.§.fin.ff.eod.tt.bis uerbis:* Qui tabulas cautionesue ſubripuit, in adſcriptam ſummã furti actione tenebitur: nec refert, cancellatæ nec'ne ſint: quia ex his debitum magis ſolutum eſſe comprobari poteſt. *Concordat item l.10.§.fin.ff.de edendo. cuius uerba uide ſ.lib.6.cap.4.in fine, queſt.1.*

V. *Regula: Aeſtimatio fit eius temporis quo furtum factum eſt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.50.in prin.ff.de furtis, biſce uerbis:* Etſi in rebus humanis res eſſe deſierit cum iudicatur: nihilominus condemnatio facienda eſt. Idemq́; & ſi nunc deterior ſit: æſtimatione relata in id tempus, quo furtum factum eſt. Quòd ſi precioſior facta ſit: eius duplum quanti tunc, cum precioſior facta eſt, æſtimabitur: quia & tunc furtum factũ eius eſſe, uerius eſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi res furtiua melior, non deterior ſit effecta. hoc enim caſu eius temporis æſtimatio facienda, quo res plurimi fuerit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Quòd ſi precioſior facta ſit. &c. *Concordat l.69.§.infans.ff.eod.tt. bis uerbis:* Infans apud furem adoleuit. tam adoleſcentis furtum fecit ille, quàm infantis, & unum tamen eſt furtum. Ideoque dupli tenetur tanti, quanti unquam apud eum plurimi fuit. Nam quòd ſemel duntaxat furti agi cum eo poteſt, quid refert propoſitæ quæſtioni? quippe ſi ſubreptus furi foret, ac rurſus à fure altero eum recuperaſſet: etiamſi duo furta feciſſet, non amplius quàm ſemel cum eo furti agi poſſet. Et nec dubitauerim, quin adoleſcentis potius, quàm infantis æſtimationem fieri oporteret. Et quid tam ridiculum eſt, quàm meliorem furis conditionem eſſe propter continuationem furti exiſtimare? *Concordat item l.13.in fine. ff. de cond.furtiua.cuius uerba uide 5. cap. 8. queſtion.4. reg.2.*

V I. *Regula: Ancilla ſubrepta, etiam partus æſtimatio facienda. quæ regula approbatur l.12.ibi: matris furẽ. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap.3. queſt. 2. except.43. repl.5 diſtinct.1. Concordat l. 62. ff. de furtis. cuius uerba uide d. queſt.2. cauſſa 1. Huius regulæ exceptio eſt: Niſi non apud furem, ſed aliũ partus edatur. quæ exceptio approbatur l.49.§.ſi ancilla. ibi: ſed in hoc. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. lib.22.cap. 3. except.23. caſu 1.*

V I I. *Regula, De precio hæreditatis, quam dominus ſeruo ſubrepto amiſit, proponitur l.53. §. ſi ſeruus ſubreptus ff. de furtis, biſce uerbis:* Si ſeruus ſubreptus hæres inſtitutus fuerit: furti iudicio actor conſequetur etiam preciũ hæreditatis: ſi modò ſeruus, antequam iuſſu domini adeat, mortuus fuerit. Condicendo quoque mortuum, idem conſequetur.

V I I I. *Regula: Si partem aliquam ex toto ſubripuit, non de toto, ſed de parte ablata furti actione tenetur. quæ regula approbatur l. 21. in prin. ff. de furtis, biſce uerbis:* Vulgaris eſt quæſtio, an is qui ex aceruo frumenti modium ſuſtulerit, totius rei furtum faciat, an uerò eius tantùm quod abſtulit? Ofilius totius acerui furem eſſe putat. Nam & qui aurem alicuius tetigit (inquit Trebatius) totum uideri eum tetigiſſe. Proinde (inquit) qui dolium aperuit, & inde parum uini abſtulit: non tantùm eius quod abſtulit, uerùm totius uidetur fur eſſe. Sed uerum eſt, in tantum eos furti actione teneri, quantum abſtulerunt. Nam & ſi quis armarium, quod tollere nõ poterat, aperuerit, & omnes res quæ in eo erant contrectauit, atq; ita diſceſſerit, deinde reuerſus unam ex his abſtulerit, & antequam ſe reciperet quò deſtinauerat, deprehẽſus fuerit: eiuſdem rei & manifeſtus, & nec manifeſtus fur erit. Sed & qui ſegetem ante lucem ſecat, & contrectat: eius quod ſecat, manifeſtus, & nec manifeſtus fur eſt. *Concordat d.l.21.§.ſed ſi de naui, bis uerbis:* Si de naui oneratæ furto quis ſextarium frumenti tulerit: utrum totius oneris, an uerò ſextarij tantùm furtum fecerit? facilius hoc quæritur in horreo pleno. Et durum eſt dicere, totius furtum fieri. Et quidẽ ſi ciſterna uini ſit, ut aquæ ciſterna, quid dices? quid de inde ſi de naue uinaria, ut ſunt multæ, in quas uinum infunditur? quid dicemus de eo qui uinũ hauſit? an totius oneris fur ſit? & magis eſt ut & hic non totius dicamus. Certè ſi proponas in apotheca amphoras eſſe uini, eaſq́; ſubtractas: ſingularum furtum fit, non totius apothecæ: quemadmodum ſi ex pluribus rebus mouentibus in horreo recluſis unam tulerit. *Concordat itẽ d.l.21.§.item ſi quis, biſce uerbis:* Itẽ ſi quis ma-

ioris ponderis quid aperuit aut refregit, quod tollere non poſsit: non eſt omnium rerum cum eo furti actio, ſed earũ tantùm quas tulerit: quia totum tollere non potuit. Proinde ſi inuolucrum, quod tollere non potuit, ſoluit ut contrectet, deinde cõtrectauit quaſdam res: quamuis ſingulas res quæ in eo fuerant, tollere potuerit: ſi tamen totum inuolucrum tollere non potuit, ſingularum rerũ quas tulerit, fur eſt, cæterarum non eſt. Quòd ſi totum uas tollere potuit: dicemus eum totius eſſe furẽ, licet ſoluerit ut ſingulas uel quaſdam tolleret. Et ita Sabinus ait. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi totum tollere potuit, & id ſoluendo partem abſtulerit: tunc enim totius nomine furti actione tenetur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quòd ſi totum uas tollere potuit: dicemus eum totius eſſe furẽ, licet ſoluerit ut ſingulas uel quaſdam tolleret. *Concordat d. l. 21. §. fin. cuius uerba uide J. repl. prox. Contradicere uidetur l. 22. §. fin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 4. except. 2. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi non furti, ſed condictione furtiua agatur. quæ replicatio approbatur d. l. 21. §. fin. bis uerbis:* Quamuis earum quoq; rerum quas quis non abſtulit, furti teneatur: attamen condici ei non poteſt: idcirco quia condici ea res quæ ablata eſt, poteſt. Et ita Pomponius ſcripſit.

IX. *Regula, De rebus quæ dum furtum fit, franguntur aut ſeponuntur, ut ad res furtiuas perueniri poßit. Harum rerum æſtimatio non duplicatur. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. 3. queſt. 2. cauſſa 36.*

X. *Regula. De ſacco, in quo pecunia furtiua continetur. Eius æſtimatio duplicatur, quæ regula approbatur l. 79. ff. de furtis, bis uerbis:* Qui ſaccum habẽtem pecuniam ſubripuit: furti etiam ſacci nomine tenetur, quamuis non ſit ei animus ſacci ſubripiendi.

XI. *Regula: Si duabus rebus ſubreptis, unam ſuam eſſe putauit, alteram ſciuit alienam: huius tantùm furtum fit, non illius. quæ regula approbatur l. 21. §. ſed etſi quis. ff. de furtis, biſce uerbis:* Si quis ſubripuit furto duos ſacculos, unum decem, alterum uiginti, quorum alterum ſuum putauit, alterum ſcit alienum: profectò dicemus tantùm unius, quem putauit alienum, furtum eum facere: quemadmodum ſi duo pocula abſtulerit, quorum alterum ſuum putauit, alterum ſcit alienum. nam & hic unius fit furtum. *Huius regulæ exceptio eſt: Niſi rem quæ rei alienæ acceßit, ſuam putauit. hoc enim caſu utriuſq; furtum fit. quæ exceptio approbatur exemplo totius & partis, d. l. 21. §. ſed ſi anſam, bis uerbis:* Sed ſi anſam in poculo ſuam putauit, uel uerè fuit: totius poculi eum furtum facere, Pomponius ſcripſit.

XII. *Regula: Si ære ſubrepto, aurum illud putauit, uel contrà: eius furtum fit quod in ueritate eſt, non quod in opinione. quæ regula approbatur d. l. 21. §. ſi quis æs, bis uerbis:* Si quis æs ſubripuit, dum aurum ſe ſubripere putat, uel contrà (ut libro VIII. Pomponius ex Sabino ait) minus eſſe putat, cum plus eſſet: eius quod ſubripuit, furtum committit. Idem Iulianus ſcribit.

XIII. *Regula: Si ex materia ſubrepta ſpecies aliqua facta ſit, poteſt uel materiæ uel ſpecies factæ nomine furti agi. quæ regula approbatur l. 52. §. ſi quis maſſam. ff. de furtis, biſce uerbis:* Si quis maſſam meam argenteam ſubripuerit, & pocula fecerit: poſſum uel poculorum uel maſſæ furti agere, uel condictione. Idem eſt & in uuis, & in muſto, & in uinacijs. Nam & uuarum, & muſti, & uinaciorum nomine furti agi poteſt, ſed & condici. *Concordant ea quæ proponuntur J. cap. 8. queſt. 4. reg. 2.*

XIIII. *Regula: Nummi ex uenditione rei furtiuæ redacti, furtiui non ſunt. quæ regula approbatur d. l. 52. §. ſi Titius. cuius uerba uide ſ. cap. 3. queſt. 2. cauſſa 39.*

XV. *Regula, De pœna, in quam actor incidit, quia rem ſubreptam ſua die ſoluere non potuit, proponitur l. 69. §. ſi tibi. ff. de furtis, bis uerbis:* Si tibi ſubreptum eſt, quod niſi die certa dediſſes, pœnam promiſiſti, ideoq; ſufferre eam neceſſe fuit: furti actione hoc quoq; æſtimabitur.

XVI. *Regula: Tabulis ſeu cautionibus ſubreptis, adſcripta ſumma quadruplicatur. quæ regula approbatur l. 84. §. fin. ff. de furtis. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. reg. 4. except. 3.*

XVII. *Regula, De expilatoribus, effractoribus & alijs huiuſmodi furibus puniendis, uide J. reg. 1.*

XVIII. *Regula: Si plures furti agant ex diuerſis cauſis: in quantum quiſq; agere poßit, definitur per ea quæ proponuntur ſ. reg. 4. except. 1.*

XIX. *Regula: Pluribus furtum facientibus, ſinguli in ſolidum furti actione tenentur, nec alter alterius pœna liberatur. quæ regula approbatur l. 1. C. de condict. furtiua, bis uerbis:* Præſes prouinciæ ſciens furti quidem actione ſingulos quoſque in ſolidum teneri, condictionis uerò nummorum furti ſubtractorum electionem eſſe, ac tum demum, ſi ab uno ſatisfactum fuerit, cæteros liberari: iure ſententiam proferri curabit. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. reg. 3. Concordat item l. 1. §. fin. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe. cuius uerba uide J. lib. proxim. cap. 4. quæſtion. 1. exception. 10. Huius regulæ exceptio eſt: Niſi plures ſerui eiuſdem domini furtum fecerint. hoc enim caſu dominus punitur perinde ac ſi unus liber furtum feciſſet.*

ſet. quæ exceptio approbatur J. *lib.proxim. cap.*1.

X X. *Regula: Etiam criminaliter de furto agi poteſt. quæ regula approbatur l.ult.ff.de furtis.cuius uerba uide* ī. *cap.*3. *quæſt.*7. *reg.*2. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi furta ſint domeſtica leuiora. quæ exceptio approbatur, ſimul & declaratur l.*11. *§.furta.ff.de pœnis, hiſce uerbis:* Furta domeſtica, ſi leuiora ſint, publicè uindicanda non ſunt: nec admittenda eſt huiuſmodi accuſatio, cum ſeruus à domino, uel libertus à patrono, in cuius domo moratur, uel mercenarius ab eo cui operas ſuas locauerit, offeratur quæſtioni. Nam domeſtica furta uocantur, quæ ſerui dominis, uel liberti patronis, uel mercenarij ijs apud quos degunt, ſubripiunt.

X X I. *Regula: Quæ pœna criminaliter & extra ordinem fures puniendi, definitur l.*1. *cum duab. legib. ſequentib. ff. de furib. balnearijs, hiſce uerbis:* Fures nocturni extra ordinem audiendi ſunt, & cauſſa cognita ſunt puniendi: dummodo ſciamus, in pœna eorum operis publici temporarij modum non egrediendum. Idem eſt in balnearijs furibus. Sed ſi telo ſe fures defendunt, uel effractores, uel cæteri his ſimiles, nec quenquam percuſſerunt: metalli pœna, uel honeſtiores relegationis adficiendi ſunt. Sed ſi interdiu furtum faciunt: ad ius ordinarium remittendi ſunt. Miles qui in furto balneario deprehenſus eſt, ignominia mitti debet. *Similis regula proponitur l.*1. *§. expilatores, cum ſequentib. uſq; ad finem tituli. ff. de effractorib. his uerbis:* Expilatores, qui ſunt atrociores fures, hoc eſt λωποδύτας, in opus publicum, uel perpetuum uel temporarium dari ſolent: honeſtiores autem ordine ad tempus moueri, uel patriæ fines iuberi excedere. Quibus quia nulla ſpecialis pœna reſcriptis principalib. impoſita eſt: Idcirco cauſſa cognita liberum erit arbitrium ſtatuendi ei qui cognoſcit. Simili modo & ſaccularij, & directarij erunt puniendi. Item & effractores. Sed enim diuus Marcus effractorem equitem Romanum, qui effracto perforatoq; pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſsit prouincia Africa unde erat, & urbe, & Italia. Oportebit autem æquè & in effractores, & in cæteros ſupraſcriptos cauſſa cognita ſtatui, prout admiſſum ſuggerit: dummodo ne quis in plebeio operis publici pœnam, uel in honeſtiore relegationis excedat. Paulus. In effractores uariè animaduertitur. Atrociores enim ſunt nocturni effractores. Et ideo hi fuſtibus cæſi in metallum damnari ſolent: diurni uerò effractores, poſt fuſtium caſtigationem, in opus perpetuum uel temporarium dandi ſunt. *Similis regula proponitur l.*7. *in prin. ff. de extraord. criminib. his uerbis:* Saccularij, qui uetitas in ſacculis artes exercentes partem ſubducunt, partem ſubtrahunt: item qui directarij appellantur, hoc eſt hi qui in aliena cœnacula ſe dirigunt furandi animo, plus quàm fures puniendi ſunt. Idcirco aut ad tempus in opus dantur publicum, aut fuſtibus caſtigantur, & dimittuntur, aut ad tempus relegantur.

X X I I. *Regula, De mortis pœna uel amputatione membri ob furtum non irroganda, proponitur Nouell. c.*134. *§. pro furto, his uerbis:* Pro furto nolumus ut ullum membrum amputetur, aut mors irrogetur, ſed alia ratione caſtigatio procedat. Fures uerò appellamus eos, qui clàm & ſine armis talia delinquũt. Eos enim qui uiolẽter graſſantur, uel cum armis uel ſine armis, ſiue in domo, ſiue in uia, ſiue in mari: legibus comprehenſas ſuſtinere pœnas iubemus. *Mutatur hæc regula, & ultimo ſupplicio furtum uindicatur conſtitut. Friderici Imp. §. ſi quis quinq; item conſtit. de pace tenenda inter ſubd. §. iniuria ſeu furtum.*

ADFINIA FVRTI ACTIonis remedia, de uindicatione rei furtiuæ. Cap. V I I.

PRima regula: Ex furto ſeu cauſſis ī. cap. 3. quæſt. 2. enumeratis, regulariter furti, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi quis non furandi animo fecerit: hoc enim caſu non furti, ſed in factum actio competit. Quæ exceptio approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. interdum quoq; ibi: ſed ſi quid eorum. cuius uerba uide ī. cap. 5. reg. 1. except. 6. in prin. Concordat l. 51. §. fin. ff. de furtis. cuius uerba uide ī. d. reg. 1. except. 1. Concordat item l. 27. §. ſi quis de manu, in fine. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide J. cap. 10. quæſt. 3. cauſſa 49. Aliud exemplum proponitur l. 52. §. ſi quis aſinum. ff. de furtis. cuius uerba uide ī. cap. 3. quæſt. 2. cauſſa 34. Item aliud exemplum proponitur l. 48. §. ſi tu Titium. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. d. quæſt. 2. cauſſa 27. diſtinct. 1. Altera exceptio eſt: Niſi uxor uiro uel uir uxori furtum fecerit. hoc enim caſu rerum amotarum, non furti actio eſt. quæ exceptio approbatur J. lib. prox. cap. 5. Tertia exceptio eſt: Niſi ex eo quòd conclaue furandi cauſſa quis ſit ingreſſus, agatur, furto nondum facto. hoc enim caſu non furti, ſed iniuriarum actio eſt, aut accuſatio de ui. quæ exceptio approbatur l. 21. §. qui furti. ff. de furtis. cuius uerba uide ī. cap. 3. quæſt. 2. cauſſa 35. Quarta exceptio eſt: Niſi non clàm, ſed ui furtum ſit factum. hoc enim caſu etiam ui bonorum raptorum actio eſt. quæ exceptio approbatur l. 49. §. fin. ff. de furtis. cuius uerba uide ī. cap. 3. quæſt. 2. except. 18. Concordat l. 54. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. cap. prox. reg. 1. except. 1. Quinta exceptio eſt: Niſi ex eo quòd res deterior facta ſit, agatur. hoc enim ca

ſu legis Aquilia actio eſt. quæ exceptio approbatur l.27.§.fin ff. d.tt. cuius uerba uide ſ. cap.3.quæſt.2. cauſſa 32. Concordat l 31.in prin.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.cauſſa 32. item concordat l.52.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cap.5.reg.1.except.8. Sexta exceptio eſt: *Niſi ex eo quòd ſeruo perſuaſerit ut furtum faceret, agatur. hoc enim caſu ſerui corrupti actio eſt. quæ exceptio approbatur l. 53. §. ſi quis ſeruo. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ.cap.3.quæſt.2.cauſſa 30. Concordat l.4. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. d. quæſt.2. cauſſa 40.* Septima exceptio eſt: *Niſi ex eo quòd hereditariæ tabulæ deletæ ſint, agatur. nam hoc caſu interdictum Quorum bonorum competit. quæ exceptio approbatur l.29 cum lege ſequente. ff. de furtis. cuius uerba uide d. quæſt.2. cauſſa 32.* Octaua exceptio eſt: *Niſi ex eo agatur, quòd uerbis tãtùm fraus ſit adhibita. hoc enim caſu de dolo actio eſt. quæ exceptio approbatur l.44.§.ſi quis nihil ff.d.tt. cuius uerba uide d.quæſt.2.cauſſa 27.* Nona exceptio eſt: *Niſi commodatàrius re commodata aliter quàm accepit, uſus ſit. hoc enim caſu etiam commodati actio eſt. quæ exceptio approbatur l.73.in prin.ff. d.tt. cuius uerba uide ſ. d.quæſt.2.except.43.repl.5.* Decima exceptio eſt: *Niſi res alij commodata ſubrepta ſit. hoc enim caſu in arbitrio domini eſt, utrum commodati, an furti agere malit. quæ exceptio approbatur l. 22. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 4. reg.11. except.5. Concordat l.55.§.1.ff. eod.tt. cuius uerba uide ſ. cap.3. quæſt.2. except.20.* Vndecima exceptio eſt: *Niſi ſeruis mandantibus quis domini pecunia prædia comparauerit. hoc enim caſu etiam mandati actionem dominus ad prædia adquirenda habet. quæ exceptio approbatur l.1. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap.3. quæſt.2. except.23.* Duodecima exceptio eſt: *Niſi tutor res pupilli interceperit. hoc enim caſu etiã tutelæ actio eſt. quæ exceptio approbatur l.33. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ.d.quæſt.2.except.7.* Decimatertia exceptio eſt: *Niſi ſeruus pignori acceptus, creditori furtum fecerit. hoc enim caſu etiam contraria pigneraticia actio creditori competit. quæ exceptio approbatur l. 63. §. his etiam illud. ff. d.tt. cuius uerba uide ſ. lib. 40. cap. 10. quæſt. 1. cauſſa 11.* Decimaquarta exceptio eſt: *Niſi ſeruus redhibendus emptori furtum fecerit. hoc enim caſu etiam empti actio eſt. quæ exceptio approbatur d.§. his etiã illud.* Decimaquinta exceptio eſt: *Niſi ſeruus qui mandatu alterius emptus eſt, emptori furtum fecerit. hoc enim caſu etiam mandati actio contraria competit. quæ exceptio approbatur d.l.63.§ quod uerò ad mandati. cuius uerba uide ſ. lib. 43. cap.14. quæſt.1. cauſſa 2.* Decimaſexta exceptio eſt: *Niſi ſeruus depoſitus, depoſitario furtum fecerit. hoc enim caſu depoſiti actio contraria competit. quæ exceptio approbatur d.§.quod uerò. ibi: idq; euidentius.* Decimaſeptima exceptio eſt: *Niſi ſeruus communis uni ex dominis furtum fecerit. hoc enim caſu communi diuidundo actio eſt. quæ exceptio approbatur d.l.63. in prin. cuius uerba uide ſ. lib. 44. cap. 11. quæſt.5. cauſſa 7. Concordat l.16.§. fin. ff. familiæ erciſcund. cuius uerba uide ſ. lib. 44. cap. 9. quæſtion.3. cauſſa 11.* Decimaoctaua exceptio eſt: *Niſi liberum hominem uel ſeruum alienum quis ſuppreſſerit. hoc enim caſu legis Fauiæ accuſatio eſt. quæ exceptio approbatur l.84.§. qui ancillam. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ.cap.3.quæſt.2.except.24.exemplo 4. repl. 1.* Decimanona exceptio eſt: *Niſi quis rem ſacram aut publicam furatus ſit. hic enim crimine peculatus aut ſacrilegij tenetur. de qua re dicetur J. lib. prox.cap.7.* Viceſima exceptio eſt: *Niſi res hereditaria ſubrepta ſit. hoc enim caſu expilatæ hereditatis crimẽ eſt. quæ exceptio approbatur per ea quæ proponuntur J.lib.prox.cap.8.*

II. Regula: *Fuit olim etiam concepti & oblati furti actio. quæ tamen actiones hodie ſunt ſublatæ. de qua re uide ſ. cap. 2. quæſtion. 4. reg.2.*

III. Regula: *De furto etiam criminaliter agi poteſt. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. reg. 10. cum duabus regulis ſequentibus.*

IIII. Regula: *Furem etiam interdum occidere licet. de qua re uide ſ. lib.4. cap. 4. quæſt. 1. exc.7.*

V. Regula: *Ex furto etiam competit condictio & uindicatio rei furtiuæ, nec non ad exhibendum actio. quæ regula approbatur Inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. fin. his uerbis:* Furti actio ſiue dupli ſiue quadrupli tantùm ad pœnæ perſecutionem pertinet. Nam ipſius rei perſecutionem extrinſecus habet dominus, quam aut uindicando, aut condicendo poteſt auferre. Sed rei uendicatio quidem aduerſus poſſeſſorem eſt, ſiue fur ipſe poſsidet, ſiue alius quilibet. Condictio autem aduerſus furem ipſum, hæredemúe eius, licet non poſsideat, competit. *Concordat l.1. in prin. ff. de priuatis delictis, hiſce uerbis:* Ciuilis conſtitutio eſt, pœnalibus actionibus hæredes non teneri, nec cæteros quidem ſucceſſores. Idcirco nec furti conueniri poſſunt. Sed quamuis furti actione non teneantur: attamen ad exhibẽdum actione eos teneri oportet, ſi poſſideant, aut dolo fecerint, quo minus poſſideant. Sed enim & uindicatione tenebuntur re exhibita, item condictio aduerſus eos competit. *Concordat item l. 7. §.1. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ſ. cap.3. quæſt.2. exception.43. repl.3. Concordat item l.8. in fine. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. d. quæſt.2. cauſſa 22. Concordat item l. 12. C. eod. tt. cuius uerba uide d. exception. 43. replicat. 5. diſtinct. 1. Concordat item d.l.15. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap.5. regul.1. exception.5. Item concordat l.17. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.8. quæſt. 6. reg.2. Cõcordat uẽ l.5. C. de noxalib. act. his uerbis:* Si tibi per furtum nec manifeſtum ancillam ſeruus ope conſilioque domini cum alijs rebus ſubtraxerit: cùm inter ſer-

uium

uum & liberum ciuile iudicium non poſſit conſiſtere: cum ob hoc delictum dupli pœnali actione, & de rebus proprijs uindicatione, uel condictione cõuenire potes. *De condictione furtiua dicetur ſ cap. prox. De uindicatione rei furtiuæ nunc dicetur. Sed & plura furti actionis remedijs uide ſ lib. prox.*

DE VINDICATIONE REI furtiuæ.

I *Regula: Si res furto ſit ablata: à quolibet poſſeſſore res uindicari poteſt. Quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. reg. prox. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi actor rem receperit. Quæ exceptio approbatur l. 56. §. cùm furti. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. exc. 41. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi partem tantùm receperit: hoc enim caſu nihilominus reliquam partẽ perſequi poteſt. Quæ replicatio approbatur l. 13. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. d. quæſt. 2. exc. 44. Altera exceptio uidetur: Niſi actor pœnam furti actione ſit conſecutus. Hæc exceptio reprobatur d. §. cùm furti. Tertia exceptio eſt: Niſi actor antea condictione furtiua litis æſtimationem ſit conſecutus. Hæc exceptio approbatur l. 9. ibi: quod ſi ex. ff. de furtis, his uerbis:* Si rem à fure uendicaſſem: cõdictio mihi manebit. Sed poteſt dici, officio iudicis, qui de proprietate cognoſcit, contineri ut non aliter iubeat ei reſtitui, quàm ſi condictionem petitor remittat. Quòd ſi ex condictione antè damnatus, reus litis æſtimationem ſuſtulerit: ut aut omnimodo abſoluat reũ, aut (quod magis placet) ſi paratus eſſet petitor æſtimationem reſtituere, nec reſtitueretur ei homo: quanti in litem iuraſſet, damnaretur ei poſſeſſor. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi actor litis æſtimationem reſtituere ſit paratus. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Aut (quod magis placet) &c. *Quarta exceptio eſt: Niſi actor cõdictionem furtiuã remittere nolit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed poteſt dici, officio iudicis qui de proprietate cognoſcit, &c. *Quinta exceptio eſt: Niſi reus delato iureiurando iurauerit ſe furtum non feciſſe. Quæ exceptio reprobatur l. 53. §. ſi quis iurauerit. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. exc. 45. Sexta exceptio eſt: Niſi actor reo precium quod pro re dedit, non reſtituat. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. lib. 21. cap. 8. reg. 7. exc. 1.*

II *Regula: Emptor rei furtiuæ uindicationem nõ habet, niſi mandatam ſibi à uenditore. Quæ regula approbatur l. 14. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 4. reg. 21. exc. 1.*

DE CONDICTIONE FVRtiua. Cap. VIII.

I. CAVSAE EX QVIBVS CONdictio propoſita competit.

I. *Cauſa: Si furtum alicui factum ſit: ad rem recuperandã, & id quod eius intereſt, datur ei actio propoſita. Quæ cauſa approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. reg. 1.*

II. *Cauſa: Si alicuius bona ui rapta ſunt. Hæc cauſa approbatur l. 10. §. ei quoq; ff. de condict. furtiua, his uerbis:* Ei quoq; qui ui bonorum raptorum tenetur, condici poſſe, Iulianus lib. XXII. Digeſt. ſignificat.

III. *Cauſa: Si quis de fundo ui ſit deiectus. Hæc cauſa approbatur l. 25. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. exc. 16.*

IIII. *Cauſa: Si quis re commodata uel depoſita utatur. Hæc cauſa approbatur l. 16. ff. de cond. furtiua, his uerbis:* Qui furtum committit uel re cõmodata uel depoſita utendo: condictione quoq; ex furtiua cauſa obſtringitur. Quæ differt ab actione commodati in hoc, quòd etiam ſi ſine dolo malo & culpa eius interierit res, condictione tamen tenetur: cùm in commodati actione non facilè ultra culpam, & in depoſito ultra dolum malum teneatur is cum quo agetur.

V. *Cauſa: Si falſus procurator debitum à debitore accepit. Hæc cauſa approbatur l. 81. §. ſi Titius. ibi: aduerſus falſum. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. cauſa 24. exc. 2. Sed & plures propoſitæ actionis cauſas uide ſ. d. quæſt. 2.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM cauſarum generales.

I. *Exceptio, ſumpta ex genere furti, reprobatur l. 10. in prin. ff. de condict. furtiua, his uerbis:* Siue manifeſtus fur, ſiue nec manifeſtus ſit: poterit condici.

II. *Exceptio: Niſi impubes furtum fecerit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi doli capax ſit. Quæ replicatio approbatur l. 24. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. ca. 3. quæſt. 2. exc. 9.*

III. *Exceptio: Niſi liber homo ſubreptus dicatur. Hæc exceptio approbatur l. 38. ff. de furtis. cuius uerba uide d. quæſt. 2. exc. 13. repl. 1. dupl. 1.*

IIII. *Exceptio: Niſi cautio ſubrepta ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 10. §. fin. ff. de edendo. cuius uerba uide ſ. lib. 6. cap. 4. in fine, quæſt. 5.*

V. *Exceptio: Niſi dominus rem receperit. Hæc exceptio approbatur l. 10. in prin. ff. de cond. furtiua, his uerbis:* Ita demum manifeſtus fur condictione tenebitur, ſi deprehenſa non fuerit à domino poſſeſsio eius. Cæterùm nemo furum condictione tenetur, poſtquàm dominus deprehenderit. Et ideo Iulianus (ut procedit in fure manifeſto tractare) de cõdictione ita proponit: furem manifeſtum aut occidiſſe, aut fregiſſe, aut effudiſſe id quod interceperat. *Concordat l. 56. §. cùm furti. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. queſtion. 2. except. 41. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi occiſum, fractum uel effuſum dominus receperit. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 10. iam propoſitis hiſce:* Et ideo Iulianus, &c.

Concordat l.8.§.ſi ex cauſa.ff.eod.tt.cuius uerba uide ȝ.queſt.4.reg.10.exc.1. Altera replicatio eſt: Niſi partem tantum dominus receperit. Quæ replicatio approbatur l.13. C.de furtis. cuius uerba uide ī.cap.3.queſt.2.exc.44.

VI. Exceptio: Niſi dominus pretium rei receperit. Hæc exceptio approbatur l.14.§.ſed ſi dominus.ff.de condictione furtiua. cuius uerba uide ȝ. queſt.4.reg.3.

VII. Exceptio: Niſi dominium rei ab actore receſſerit. Hæc exceptio approbatur l.10.§.tamdiu.ff.d.tt.his uerbis: Tamdiu condictioni locus erit, donec domini facto dominium eius rei ab eo recedat. Et ideo ſi eam rem alienauerit: condicere non poterit. Vnde Celſus lib. XII. Digeſtor. ſcribit, ſi rem furtiuã dominus purè legauerit furi: hæredem eius condicere non poſſe. Sed etſi non ipſi furi, ſed alij: idem dicendum eſt, ceſſare cõdictionem: quia dominium facto teſtatoris, id eſt domini, diſceſſit. Cõcordat l.55. in fine.ff.de action. & oblig. cuius uerba uide ī. lib.36. cap.5.reg.2.exc.1. Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi ſine ſuo facto actor dominium rei amiſerit. Quæ replicatio approbatur l.12.ff.de condictione furtiua, his uerbis: Eleganter Marcellus definit lib. VII. Ait enim: Si res mihi ſubrepta, tua remaneat: condices. Sed etſi dominiũ non facto tuo amiſeris, æquè condices. In communi igitur re eleganter ait intereſſe, utrum tu prouocaſti communi diuidũdo iudicio, an prouocatus es: ut ſi tu prouocaſti communi diuidundo iudicio, emiſeris condictionem: ſi prouocatus es, retinees. Altera replicatio eſt: Niſi dolo furis res domini eſſe deſierit. Quæ replicatio approbatur l.14.in prin.ibi: & hæc ſi res.ff.d.tt. cuius uerba uide ȝ.exc.prox.

VIII. Exceptio: Niſi dominus rei furtiuæ eam alij legauerit. Hæc exceptio ſpecies præcedentis approbatur l.10.§.tamdiu.ibi: unde Celſus.ff.d.tt.cuius uerba uide ī.exc.prox.in prin. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſub conditione eam legauerit: hoc enim caſu pendente conditione nihilominus hæredi condictio competit. Quæ replicatio approbatur l.14.in prin ff.d.tt.his uerbis: Si ſeruus furtiuus ſub conditione legatus fuerit: pendente ea hæres condictionem habebit. Et ſi lite conteſtata cõditio extiterit: abſolutio ſequi debebit, perinde ac ſi idem ſeruus ſub conditione liber eſſe iuſſus fuiſſet, & lite conteſtata conditio extitiſſet. Nam nec petitoris iam intereſt hominem recipere. Et hęc ſi res ſine dolo malo furis eius eſſe deſijt. Quòd ſi pendente conditione iudicetur: iudex æſtimare debebit quanti empto rem inuenerit. Cauere autem ex hac actione petitor ei, cum quo agitur, nõ debebit.

IX. Exceptio: Niſi res furtiua perierit. Hæc exceptio reprobatur l.7.§.cõdictio.ff.de condict.furtiua, his uerbis: Condictio rei furtiuæ, quia rei habet perſecutionem, hæredem quoq; furis obligat: nec tantùm ſi uiuat ſeruus furtiuus, ſed etiam ſi deceſſerit. Sed etſi apud furis hæredem diem ſuũ obijt ſeruus furtiuus, uel non apud ipſum, poſt mortem tamen furis: dicendum eſt, condictionem aduerſus hæredem durare. Quæ in hærede diximus, eadem erunt & in cæteris ſucceſſoribus. Ratio huius exceptionis reprobatæ proponitur l.ult. in fin. ff.eod.tt. cuius uerba uide ȝ. diſt.5. Concordat l.7.in fi.C.de condict. ob turpẽ cauſam.cuius uerba uide ȝ. lib.49.c.11.queſt.1. cauſa 1. Item concordat l.8.in prin.ff.de condict.furtiua, his uerbis: In re furtiua condictio ipſorum corporum competit. Sed utrũ tamdiu, quamdiu extẽt: an uerò etſi deſierint eſſe in rebus humanis? Et ſi quidem obtulit fur: ſine dubio nulla erit condictio. Si non obtulit: durat condictio æſtimationis eius. Corpus enim ipſum præſtari non poteſt. Concordat item l.10.§.& ideo Iulianus.ff.d.tt.cuius uerba uide ī.except.5. Concordat item l.16.ff.eod.tt.cuius uerba uide paulo ſuperius cauſſa 4. Concordat item l.47.in princ.ibi: hoc idem in condict.ff.de furtis.cuius uerba uide ī.cap.3.queſt.2.except.36. Concordat item l.69.§.fin. ff.eod.tt. cuius uerba uide ȝ.queſt.2.cauſſa 15. Concordat item l.30. in princ. ff.de action.empt.& uendit.cuius uerba uide ī.lib.42.cap.9.queſt.1.cauſa 6.except.1.repl.1. Concordat item l.2.C.de condict.furtiua.his uerbis: Ante oblationem interemptæ rei furtiuæ damnum ad furem pertinere, certiſsimi iuris eſt. Planè admittitur exceptio propoſita primùm quidem, ſi fur rem domino obtulit, eoq; accipere eam nolente, ea poſtea interijt. Quæ diſtinctio approbatur uerbis d.l.8. in princ. paulò ſuperius propoſitis hiſce: Et ſiquidem obtulit fur: ſine dubio nulla erit condictio. Concordat l.17.ff.de condict.furtiua. cuius uerba uide ȝ. diſtinct.prox. Item concordat l.72.§.idem reſponſum. ff. de ſolutionibus.cuius uerba uide ȝ.lib.48.cap.19.excep.11. repl.3.dupl.4. Deinde admittitur exceptio propoſita, ſi nouatio condictionis furtiuæ ſit facta. Quæ diſtinctio approbatur d.l.17.his uerbis: Parui refert ad tollendam condictionẽ, offeratur ſeruus furtiuus, an in aliud nomen, aliumq; ſtatum obligationis transferatur. Nec me mouet præſens homo fuerit, nec ne: cum mora, quæ ueniebat ex furto, ueluti quadã obligatione finiatur. Concordat l.29.§.fin.in fin.ff.de uerb.oblig. cuius uerba uide ī. lib.17. cap.3.exc.30.repl.5. Tertiò admitti uidetur exceptio propoſita, ſi cùm fur paratus eſſet excipere condictionem, per dominum ſtetit, quò minus ageret. Sed hæc diſtinctio reprobatur l.ult.ff.de condict.furtiua, his uerbis: Licet fur paratus fuerit excipere condictionem, & per me ſteterit, dum in rebus humanis res fuit, condicere eam:

poſtea

poſtea autem perempta eſt: tamen durare condictionem ueteres uoluerunt. quia uidetur, qui primò inuito domino rem contrectaſſet, ſemper in reſtituenda ea quá nec debuit auferre, moram facere.

X. *Exceptio: Niſi nouatio condictionis ſit facta. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 29. §. ſi à fure ff. de uerb obligat. cuius uerba uide ſ̄. lib. 37. cap. 3. exc. 30. repl. 5.*

XI. *Exceptio: Niſi furti actione actum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 7. §. 1 ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ſ̄. cap. 3 quæſt. 2. exc. 43. repl. 3. Concordat l. 56. §. cùm furti. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ̄. d. quæſt. 2. exc. 41. Concordat l. 12. C. de furtis. cuius uerba uide ſ̄. d. repl 3.*

XII. *Exceptio: Niſi cùm duobus condictio competeret, unus ex ijs egerit. Hæc exceptio approbatur l. 18. in fine. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide j. quæſt. prox. reg. 3.*

XIII. *Exceptio: Niſi ab alio ſatisfactum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. C. de condict. furtiua. cuius uerba uide ſ̄. cap. 6. reg. 19.*

XIIII. *Exceptio: Niſi uindicatione rei furtiuæ actum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 9. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ̄. cap. prox. in fine, reg. 1. exc. 1.*

XV. *Exceptio: Niſi pro furto damnum deciſum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 7. in prin. ff. de cond. furtiua. his uerbis:* Si pro furto damnum deciſum ſit, condictionem non impediri, certiſſimum eſt. Deciſione enim furti quidem actio, non autem condictio tollitur.

XVI. *Exceptio: Niſi ſeruus qui furtum commiſit, noxæ deditus ſit. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. item quæſitũ, in fine. ff. de priuatis delictis. cuius uerba uide j. lib. 48. cap. 16. exc. 5. diſt. 3.*

II. QVIBVS COMPETIT condictio furtiua?

I. *Regula: Soli domino competit hæc actio, non alij. Quæ regula approbatur l. 1. ff. de condict. furtiua, his uerbis:* In re furtiua ſoli domino condictio competit. *Concordat l. 11. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. exc. 3. Item concordat l. 14. §. qualis, in fine. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ̄. cap. 4. reg. 11. excep. 3. Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur eſſe: Niſi alij res ſit ſubrepta. Sed hæc exceptio reprobatur l. 12. in prin. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. prox. exc. 7. repl. 1. Altera exceptio eſt: Niſi tutori uel curatori domini. Hæc exceptio approbatur l. 58. §. qui tutelam, in fine. ff. de furtis, his uerbis:* Cõdicere etiam rem furtiuam tutor & curator furioſi eorum nomine poſſunt. *Tertia exceptio uidetur: Niſi ei cui dominus rem furtiuam alienauit. Sed hæc exceptio reprobatur l. 14. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ̄. cap 4. reg. 21. exc. 1. Concordat l. 11 ff. de condict. furtiua, his uerbis:* Nec legatarius condicere poteſt. ei enim competit condictio cui res ſubrepta eſt, uel heredi eius. Sed uindicare rem legatã ab eo poteſt. *Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſ̄. quæſt. prox. exc. 7.*

II. *Regula, De heredibus domini. His quoq; datur condictio furtiua. Quæ regula approbatur uerbis d. l. 11. iam propoſitis hiſce:* Vel hæredi eius. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi defunctus rem alij legauerit. Quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄. quæſt. prox. exc. 8.*

III. *Regula: Si quis pecuniam ſuam pro debitore falſo creditori ſoluerit: ſoluenti, non ei pro quo ſoluitur, condictio furtiua competit. Quæ regula approbatur l. 82. §. fin. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ̄. cap. 4. reg. 19. Concordat l. 18. ff. de condict. furtiua, his uerbis:* Quoniam furtũ fit, cùm quis indebitos numos ſciẽs acceperit: uidendũ eſt, ſi procurator ſuos numos ſoluat, an ipſi furtum fiat? Et Põponius lib. VII. Epiſt. ipſum condicere ait ex cauſa furtiua. Sed & me condicere, ſi ratum habeam, quòd indebitum datum ſit. ſed altera condictione alteram tolli. *Ait iuriſconſultus:* Sed & me condicere. *ſcilicet condictione indebiti, non furtiua: ne contradicat d. §. fin.*

IIII. *Regula: Fructibus pendentibus ſubreptis, proprietario, nõ fructuario competit cõdictio. Quæ regula approbatur l. 14. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Si fur decerpſerit uel deſecuerit fructus maturos pendentes, cui cõdictione teneatur, domino fundi, an fructuario? Et putat Iulianus, quoniam fructus non fiunt fructuarij, niſi ab eo percipiantur: ſi ab alio terra ſeparentur, magis proprietario condictionem competere: fructuario autem furti actionem: quoniam interfuit eius fructus nõ eſſe ablatos. Marcellus autem mouetur eo, &c.

III. ADVERSVS QVOS CONdictio furtiua competit?

I. *Regula: Solus fur, non alius hac condictione tenetur. Quæ regula approbatur l. 5 ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide j. excep. 2. repl. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi fure mortuo, heres eius conueniatur. Quæ exceptio approbatur d. l. 5. in fine. Concordat l. 7. §. condictio. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ̄. quæſt. 1. excep. 9. Concordat item l. 2. in prin. ibi: item condictio. ff. de priuatis delictis. cuius uerba uide ſ̄. cap. prox. reg 5. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi res furtiua interierit. Hæc replicatio reprobatur d. §. cõdictio. Altera replicatio uidetur: Niſi heres furioſus ſit, uel infans. Hæc replicatio reprobatur l. 2. ff. de condictione furtiua, his uerbis:* Condictione ex cauſa furtiua & furioſi & infantes obligantur, cùm hæredes neceſſarij extiterunt: quamuis cum eis agi non poſsit. *Tertia replicatio uidetur: Niſi nihil ad heredem peruenerit. Sed & hæc replicatio reprobatur l. 9. ff. de condictione furtiua, his uerbis:* In condictione ex cauſa furtiua non pro parte quæ peruenit, ſed in ſolidum tenemur: dum ſoli hæredes ſumus. pro parte

autem

autem hæres, pro ea parte pro qua hæres eſt, tonerur. *Quarta replicatio eſt: Niſi pro parte hæres in ſolidum conueniatur. Quæ replicatio uerbis ia n propoſitis approbatur. Altera exceptio eſt: Niſi filiusfamiliâs furtũ fecerit: hoc enim caſu pater quoque conueniri poteſt. Quæ exceptio approbatur l. 19. ff. d. tt. bis uerbis*: Iulianus ex perſona filiæ quæ res amouit, daodam in patrem condictionem in peculium reſpondit. *Concordat l. 4. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. excep. prox. Item concordat l 3. §. ex furtiua, in fine. ff. de peculio. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 11. queſt. 3. exc. 11. repl. 2. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi pater ex furto filij locupletior non ſit factus, nec peculiũ auctum. Quæ replicatio approbatur d. §. ex furtiua & d. l. 4. item l. 5. ff. eod. tt. de cõdict. furtiua, bis uerbis*: Ex furtioa cauſa filiofamiliâs condici poteſt. Nunqoam enim ea condictione alius quàm qui fecit tenetur, aut hæres eius. *Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus furtum fecerit: tunc enim dominus eius condictione tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 4. ff. de condict. furtiua, bis uerbis*: Si ſeruus uel filiusfamiliâs furtum commiſerit: condicendum eſt domino id quod ad eũ peruenit. In reſiduum autem noxæ ſeruũ dominus dedere poteſt. *Concordat d §. ex furtiua. Quarta exceptio eſt: Niſi is cuius ope & conſilio furtum factum eſt. Hæc exceptio reprobatur l. 6. ff. de condict. furtiua, bis uerbis*: Etſi ope & cooſilio alicuius furtum factum ſit: coodictione oon tenebitur, etſi furti teneatur. *Quinta exceptio eſt: Niſi is qui furi rem ſubripuit: nam & hic domino condictione tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 78. §. fin. in fine. ff. de furtis. cuius uerba uide ĩ cap. 4. reg. 1. except. 1.*

II. *Regula, De filiofamiliâs fure. Hic condictione furtiua tenetur. Quæ regula approbatur l. 3. §. ex furtiua. ff. de peculio. cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 11. queſt. 1. exc. 11. repl. 2. Concordat l. 5. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ĩ. reg. prox. exc. 2. repl. 1.*

III. *Regula, De ſeruo fure. Hic propoſita actione non tenetur: ſiquidem cum ſeruis nulla actio eſt. uerùm eius exceptio hæc eſt: Niſi ſeruus fuerit manumiſſus. Sed hæc exceptio reprobatur certa conditione l. 15 ff. de condict. furtiua, bis uerbis*: Quod ab alio ſeruus ſubripuit, eius nomine liber factus, furti tenetor: cõdici autem ei non poteſt, niſi liber cootrectauerit.

IIII. *Regula, De uno ex pluribus conueniẽdo, proponitur l. 1. C. de condict. furtiua. cuius uerba uide ĩ. cap. 6. reg. 19.*

IIII. QVID VENIAT IN ACTIONE propoſita?

I. *Regula, De ipſa re ſubrepta, proponitur l. 8. in prin. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 1. excep. 9. Concordant ea quæ propoſita ſunt ĩ. cap. prox. reg. 5.*

II. *Regula, De eo quod ex re ſubrepta factum eſt, proponitur l. 13. ff. d. tt. bis uerbis* Ex argẽto ſubrepto pocula facta cõdici poſſe, Fulcinius ait. Ergo in condictione poculorum etiam cęlaturæ æſtimatio fit, quæ impenſa furis facta eſt: quemadmodum ſi infans ſubreprus adoleuerit, æſtimatio fit adoleſcẽtis: quamuis cura & ſumpribus eius furis creuerit *Concordat l. 14. §. fin. ff. eod. tt. bis uerbis*: Idẽ iuris eſt uuis ſubreptis: nam & muſtum & uinacia condici iure poſſunt. *Concordat item l. 53. §. ſi quis maſſam. ff. de furtis. cuius uerba uide ĩ. cap. 6. reg. 13.*

III. *Regula: Boue ſubrepto & mortuo: bos, caro, corium & cornua condici poſſunt. Quæ regula approbatur d. l. 14. §. boue ſubrepto, bis uerbis*: Boue ſubrepto & occiſo: coodictio & bouis & corij & carnis domino competit, ſcilicet ſi & corium & caro cõtrectata fuerint. Cornua quoq; condicentur. Sed ſi dominus condictione bouis preciũ conſecutus fuerit, & poſtea aliqoid eorum, de quibus ſuprà dictom eſt, condicet: omnimodò exceprione ſubmouebitur. Contrà ſi coriũ condixerit, & precio eius conſecutus, bouem condicet: offerente fure precium bouis, detracto precio corij, doli mali exceptione ſubmouebitur. Idem ioris eſt uuis ſubreptis, &c. *cætera uerba uide ĩ. reg. prox.*

IIII. *Regula, De fructibus rei furtiuæ, proponitur l. 8. §. fin. ff. d. tt. bis uerbis*: Sciendum, etiam fructus in hanc actionem uenire.

V. *Regula, De partu ancillæ furtiuæ, proponitur l. 12. C. de furtis. cuius uerba uide ĩ. cap. 3. quæſt. 2. except. 43. repl. 5.*

VI. *Regula, De rebus non ablatis, proponitur l. 21. §. fin. ff. de furtis. cuius uerba uide ĩ. cap. 6. reg. 8. exc. 1. repl. 1.*

VII. *Regula, De poſſeßione condicenda, ſi quis de re ſoli ſit deiectus, proponitur l. 25. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide ĩ. cap. 3. quæſt. 2. exc. 16.*

VIII. *Regula, De eo quod intereſt, proponitur l. 3 ff. de condict. furtiua, bis uerbis*: Si condicatur ſeruus ex cauſa furtioa: id uenire io condictiõe certũ eſt, qđ interſit agenris: oeluti ſi hęres ſit inſtitutus, & periculũ ſubeat dominus hęreditatis perdendę qđ Iulianus ſcribit. Item ſi mortuum hominem condicat: conſecuturum air preciũ hæreditatis. *Concordat l. 53. §. ſi ſeruus ſubreptus. ff. de furtis. cuius uerba uide ĩ. cap. 6. reg. 7.*

IX. *Regula, De æſtimatione condicenda ſeu precio, re extincta, proponitur ĩ. quæſt. 1. exc. 9.*

X. *Regula: Aeſtimatio eius temporis quo furtũ factum eſt, facienda eſt. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 29. ff. rerum amotarũ, bis uerbis*: Rerũ amotarũ æſtimatio ad tẽpus quo amotæ ſunt res, referri debet. Nã ueritate furtũ fit, etſi leuius coërcetur mulier. Quare nec à bonæ fidei poſſeſſore ita res amotæ uſucapiũtur. Sed ſi pluris factę nõ reſtituuntur,

tuuntur, quæ amotæ ſuo: creſcit æſtimatio, at in condictione rei furtiuæ. *Concordat l.31. in prin. ff. de furtis cuius uerba uide ſ. cap.6. regul.5. Concordat item l.2. §. item quæſitum. ibi: condictio autem. ff. de priuatis delictis. cuius uerba uide J. lib.48. cap.16. exc.5. diſt.3. Concordat item l.2. C. de condict. furtiua. cuius uerba uid. ſ. quæſt.1. exc.9. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi res furtiua poſt furtum factum melior, non deterior ſit effecta. hoc enim caſu ſpectatur tempus, quo res plurimi fuerit. Quæ exceptio approbatur uerbis d.l.29. iam propoſitis hiſce:* Sed ſi pluris factæ non reſtituuntur, quæ amotę ſunt: creſcit ęſtimatio, &c. *Cui concordat l.8. §. ſi ex cauſa. ff. de condict. furtiua, his uerbis* Si ex cauſa furtiua res condicatur, cuius temporis æſtimatio fiat, quæritur? Placet tamen id tempus ſpectandum, quo res unquam plurimi fuit: maximè cũ deteriorem rem factam fur dando non liberatur. Semper enim moram facere fur uidetur. *Concordat item l.11. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg.2. Huius exceptionis replicatio hæc uidetur: Niſi ſumptibus furis res melior ſit effecta. Hæc replicatio reprobatur d.l.13.*

XI. *Regula: Si ſeruus furtiuus alij ſub conditione legatus eſt: tanti æſtimatio facienda, quanti uendi poteſt. Quæ regula approbatur l.14. in prin. ibi: quòd ſi pendente. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ſ. quæſt.1. exc.8. repl.1.*

XII. *Regula: Vnus ex pluribus in ſolidum tenetur: & uno ſoluente, cæteri liberantur. Quæ regula approbatur l.1. C. de condict. furtiua. cuius uerba uide ſ. cap.6. reg.19.*

XIII. *Regula: In quantum pater filij, uel dominus ſerui nomine teneatur? uide ſ. quæſt. prox. reg.1. exc.2. & exc.3.*

V. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua eſt actio. Quæ regula approbatur l.21. §. hæc actio. ff. rerum amotarum. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.5. quæſt.6. reg.1.

VI. EVENTVS.

Actor reo litis æſtimationem offerenti de euictione cauere nõ tenetur. Quæ regula approbatur l.14. §. cauere. ff. de condict. furtiua, his uerbis: Cauere ex hac actione petitor ei, cum quo agitur, non debebit.

VII. ADFINIA REMEDIA.

I. *Regula, De rei uendicatione, proponitur l.12. ff. de condict. furtiua. cuius uerba uide ſ. quæſt.2. reg.1. exc.1.*

II. *Regula, De incerti condictione, proponitur l.12. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Neratius libris Membranarum Ariſtonem exiſtimaſſe refert, eũ cui pignori res data eſt, incerti condictione acturum, ſi ea ſubrepta ſit.

III. *Regula: Si commodatarius uel depoſitarius re commodata uel depoſita uſus eſt: etiam commodati uel depoſiti actione tenetur. Quæ regula approbatur l.18. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt.1. cauſa 4.*

Hæc de furto, eiusq; actionibus. ſed & plures actiones ex furto competentes uide J. lib. prox.

VI BONORVM RAPTORVM.

Cap. IX.

I. *Verba edicti, quo actio propoſita approbatur, proponuntur l.2. in prin. ff. ui bonor. raptor. hæc nimirum:* Prætor ait, Si cui dolo malo hominibus coactis damni quid factum eſſe dicetur, ſiue cuius rapta bona: ei intra annũ, quo primùm de ea re experiũdi poteſtas fuerit, in quadruplum: poſt annõ in ſimplũ iudicium dabo. Item ſi ſeruos feciſſe dicetur: in dominum iudicium noxale dabo.

II. *Nomen huius actionis proponitur d.l.2. §. hæc actio, his uerbis:* Hæc actio uolgò Vi bonorũ raptorum dicitur. *Concordat Inſt. eod. tit. in prin. ibi: quæ appellatur. cuius uerba uide J. cauſ. prox.*

III. CAVSAE EX QVIBVS datur hæc actio?

I. *Cauſa: Si alicuius bona ui rapta ſunt. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti ſ. propoſitis hiſce:* Siue cuius rapta bona. *Concordat Inſt. eod. tit. in prin. his uerbis:* Qui res alienas rapit, tenetur quidem etiam furti (quis enim magis alienã rem inuito domino cõtrectat, quàm qui ui rapit? Ideoq; rectè dictũ eſt, eum improbũ furẽ eſſe) ſed tamẽ propriam actionẽ eius delicti nomine Prætor introduxit, quę appellatur Vi bonorum raptorũ: & eſt intra annum quadrupli, poſt annum ſimpli: quę actio utilis eſt, etiamſi quis unã rem, licet minimam, rapuerit. *Cõcordat item l.2. C. eod. tit. his uerbis:* Si res mobiles, quatũ in te fuerat dominium perfecta donatione translatũ, uiolenter hæres donatricis arripuit: Vi bonorum raptorum actionem intra annum quidem, quo experiũdi poteſtas fuerit, in quadruplum, poſt annum in ſimplum intendere non uetaris.

II. *Cauſa: Si cui dolo malo coactis hominibus damni quid factum eſt. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis. Concordat l.4. §. ceterũ hæc differentia ff. eod. tit. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.14. quæſt.2. Huius cauſæ exceptio prima uidetur: Niſi non is qui hominibus coactis damnum dedit, eos coegit, ſed alius. Hæc exceptio reprobatur l.2. §. dolo autẽ. ff. ui bonor. raptor. his uerbis:* Dolo malo facere poteſt (quod edictum ait) non tantùm is qui rapuit: ſed & qui prę cedẽte cõſilio ad hoc ipſũ homines collegit armatos, ut damnum det, bonáue rapiat. Siue igitur ipſe quis cogat homines, ſiue ab alio coactis utatur ad rapiendũ: dolo malo facere uidetur. *Concordat d.l.2. §. ſi quis homines. cuius uerba uide J. quæſt.5. reg.2. Secunda exceptio eſt: Niſi non eo animo homines coacti ſint, ut damnũ daretur. Hæc exceptio approbatur d.l.2. § homines, his uerbis:* Homines coactos accipere debemus, ad hoc coactos, ut

damnum

damnum daretur, neq; additur quales homines. Qualeſcunq; igitur ſiue liberos, ſiue ſeruos: ſed etſi unus homo coactus ſit, adhuc dicemus homines coactos eſſe. *Concordat l.4.§.ſi quis aduentu ibi: eriq; hæc.ff.eod.tt. cuius uerba uide ℥. lib prox. cap.14. quæſt.2. Tertia exceptio, ſumpta ex qualitate hominum coactorum, reprobatur uerbis d §.homines, iam propoſitis hiſce:* Neq; additur quales homines, &c. *Quarta exceptio eſt: Niſi homines coacti ſint inermes. Et hæc exceptio reprobatur d l.2.§.item ſi proponas. cuius uerba uide ℥.except. 6. Quinta exceptio eſt: Niſi unus tantùm ſit coactus. Et hæc exceptio reprobatur uerbis d.§.homines, in fine, paulò ſuperius except.2. propoſitis. Sexta exceptio eſt: Niſi quis ſolus, non coactis hominibus damnum dederit. Hæc exceptio reprobatur d.§.item ſi proponas, his uerbis:* Si proponas ſolum damnum dediſſe, non puto deficere uerba. hoc enim quod ait, Hominibus coactis: ſic accipere debemus, ut ſiue ſolus uim fecerit, ſiue etiam hominibus coactis, uel armatis uel inermibus, hoc edicto teneatur. *Concordat l.4.§.ſi quis aduentu.ibi: uel raptum ff.ui bonorum raptorum. cuius uerba uide ℥. lib.prox.cap.14.quæſt.2. Septima exceptio eſt: Niſi ſine ui damnum ſit datũ. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur ℥.except.gener.4. Octaua exceptio eſt: Niſi homines tantùm coacti ſint, ſed nullũ damnum datum. Hæc exceptio reprobatur l.2.§. dolo autem.ff.ui bonor.raptor. cuius uerba uide ſ̄.except.1.*

III. *Cauſa: Si homines coacti ſint ad damnum alteri dandum. Hæc cauſa approbatur d.§.dolo autem.*

IIII. *Cauſa: Si per uim pecus abductum ſit. Hæc cauſa approbatur l.2.§.ſi per uim. ff.ui bonor.rapt. his uerbis:* Si per uim pecua abductum incluſerit quis, utiq; ui bonorum raptorum cõueniri poterit.

V. *Cauſa: Ex quibuſcunq; cauſis furti actio competit in re clàm facta, ex iiſdem cauſis omnes habent hanc actionem. Hæc regula generalis approbatur Inſtit. ui bonor. raptor. §.fin. his uerbis:* Generaliter dicendum eſt, ex quibus cauſis furti actio competit in re clàm facta, ex iiſdem cauſis omnes habere hanc actionem. *Concordat iiſdem uerbis l. 2. §.& generaliter. ff. eod.tt. Plura de hac cauſa uide ℥.exc.gener.11.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIUM tium cauſarum generalea.

I. Exceptio: *Niſi impubes uim fecerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 2. §. in impuberem, his uerbis:* In impuberem qui doli mali capax non eſt, nõ dabitur: niſi ſeruus ipſius uel familia eius admiſiſſe proponatur. Et ſerui & familiæ nomine noxali ui bonorum raptorum actione tenebitur.

II. Exceptio: *Niſi colluſores inuicem rapinam fecerint. Hæc exceptio reprobatur l.1.§.1. ff.de aleatoribus, his uerbis:* Si rapinam fecerint inter ſe colluſores, ui bonorum raptorum non denegabitur actio. Suſceptorem enim duntaxat prohibuit uindicari, nõ & colluſores: quamuis & hi indigni uideantur. *Ait Iuriſconſultus:* Suſceptorem enim duntaxat prohibuit uindicari. *De hac re uide ſ̄. cap.3. quæſt. 2. except.31.*

III. Exceptio: *Niſi non coactis hominibus factum ſit. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt ſ̄.cauſa 2.exc.6.*

IIII. Exceptio: *Niſi clàm uel callidè, non ui damnum dedit, aut rapuit. Hæc exceptio approbatur l.2. §.doli mali.ff.ui bonor.raptor. his uerbis:* Doli mali mentio hîc & uim in ſe habet. nam qui uim facit, dolo malo facit: non tamen qui dolo malo facit, utique & uim facit. Et ita dolus habet in ſe & uim: & ſine ui ſi quid callidè admiſſum eſt, æquè continebitur. *Ait iuriſconſultus:* Æquè continebitur. *ſcilicet doli mentione, non autem edicto propoſito: uel dic ut ℥.repl.prox. Concordat d.l.2. §.damni, his uerbis:* Damni Prætor inquit. Omnia ergo damna continet, & clandeſtina: ſed non puto clandeſtina, ſed ea quę uiolentia permiſta ſunt. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi coactis hominibus ſit admiſſum: tunc enim quamuis ſine ui, continetur tamen edicto propoſito. Quæ replicatio approbatur d.l.2.§.etiã quis rectè, his uerbis:* Etiã quis rectè definiet, ſi quid ſolus admiſit qs non ui: non cõtineri hoc edicto. & ſi quid hominibus coactis, etiamſi ſine ui, dummodò dolo ſit admiſſum: ad hoc edictum ſpectare.

V. Exceptio: *Niſi ſine dolo malo ſit admiſſum. Hæc exceptio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Dummodò dolo ſit admiſſum. *Concordat d. l.2.§.hac actione, his uerbis:* Hac actione is demum tenetur, qui dolum malum adhibuit. Si quis igitur ſuam rem rapuit: ui quidẽ bonorum raptorum non tenebitur, ſed aliter mulctabitur. *Concordat item Inſt. eod.tt.§. ita tamen, his uerbis:* Ita competit hæc actio, ſi dolo malo quis rapuerit: nam qui aliquo errore ductus, rem ſuam eſſe exiſtimans, & imprudens iuris eo animo rapuerit, quaſi domino liceat etiam per uim rem ſuam auferre à poſſeſſoribus: abſolui debet. Cui ſcilicet conueniens eſt, nec furti teneri eum qui eodem hoc animo rapuit. Sed nedum talia excogitantur, inueniatur uia, per quam raptores impunè ſuam exerceant auaritiam: melius diualibus cõſtitutionibus pro hac parte proſpectũ eſt, ut nemini liceat ui rapere uel rem mobilẽ, uel ſe mouentem, licet ſuam eandem rem exiſtimet. Sed ſi quis contra ſtatuta principum fecerit: rei quidem ſuæ dominio cadere. Sin autem aliena res ſit: poſt reſtitutionem eius, etiam æſtimationem eiuſdẽ

rei

rei præſtare. Quod non ſolùm in mobilib. reb. quæ rapi poſſunt, conſtitutiones obtinere conſuetú: ſed etiam in inuaſionibus, quæ circa res ſoli fiunt: ut ex hac cauſa ab omni rapina homines abſtineát. *Au Imp.* Diualib. conſtitutionibus *Has conſtitutiones uide ſ. lib. 23. cap. 11 quæſt. 8. reg. 8. Propoſitæ exceptionis exemplum primum eſt, ſi quis rem ſuam, uel quam ſuam eſſe putat, rapuerit. quod uerbis iam dictis proponitur. de eo plura uide J. exc. 8. Aliud exemplũ proponitur l. 2. §. ſi publicanus. ff. ui bonor. raptor. his uerbis:* Si publicanus pecus meum abduxerit, dum putat contra legem uectigalis aliquid à me factum: quamuis errauerit, agi tamen cum eo Vi bonorum raptorum nõ poſſe, Labeo ait: ſanè ſi dolo caret. Si tamẽ ideo inclnſerit ne paſceretur, & ut fame periret: etiam utili lege Aquilia teneri.

VI. Exceptio: *Niſi una res uel minima rapta ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 2. §. quod ait. ff. ui bonor. raptor. his uerbis:* Quod ait Prætor, Bona rapta: ſic accipiemus, etiamſi una res ex bonis rapta ſit. *Concordat Inſt. eod. tt. in prin. ibi: quæ actio. cuius uerba uide ſ. cauſa 1.*

VII. Exceptio: *Niſi res immobilis ſit rapta. Hæc exceptio approbatur l. 1. C. ui bonorum raptorum, his uerbis:* Vi bonorum raptorum actionem, quæ cum pœna ſua retrahit ablata, potius ad mobilia mouentiaque, quàm ad fundos per iniuriam occupatos ſpectare, exploratì iuris eſt.

VIII. Exceptio: *Niſi rem ſuam quis rapuerit, uel quam putat ſuam eſſe. Hæc exceptio approbatur l. 2. §. hac actione. ff. ui bonorum raptorum. cuius uerba uide ſ. except. 5. Concordat d. l. 2. §. ſed & ſi quis, his uerbis:* Si quis fugitiuum ſeruũ, quem quis bona fide poſsidebat, rapuit: æquè hac actione non tenebitur: quia rem ſuam aufert. Quid ergo ſi ſibi obligatam rapuit? debebit teneri Vi bonorum raptorum actione. *Concordat item Inſt. eod. tt. §. ita tamen. cuius uerba uide ſ. exc. 1.*

IX. Exceptio: *Niſi rem ſibi obligatã rapuit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quid ergo ſi ſibi obligatam rapuit, &c. *Cõcordat l. 1. C. eod. tt. his uerbis:* Res obligatas ſibi creditorem ui rapientem non rem licitam facere, ſed crimen committere conuenit: eumque etiam Vi bonorum raptorum intra annum utilem in quadruplum, poſt ſimpli actione conueniri poſſe, non ambigitur.

X. Exceptio: *Niſi rem non eius qui rapinam patitur, ſed alienam rapuerit. Hæc exceptio reprobatur Inſt. ui bonorum raptor. §. ſanè in hac, his uerbis:* In hac actione non utique ſpectatur rẽ in bonis actoris eſſe. nam ſiue in bonis ſit, ſiue non: ſi tamen ex bonis ſit, locum hæc actio habebit. Quare ſiue locata, ſiue commodata, ſiue etiam pignorata, ſiue depoſita ſit res apud Titium, ſic ut interſit eius eam rem per uim non auferri (ueluti ſi in depoſita re culpam quoque promiſit) ſiue bona fide poſsideat, ſiue uſumfructum quis habeat in ea, uel qoid aliud iuris, ut interſit eius non rapi: dicendum eſt, ei competere hanc actionem, non ut dominiũ accipiat: ſed illud ſolum quod ex bonis eius qui rapinam paſſus eſt, id eſt, quod ex ſubſtantia eius ablatum eſſe proponatur. Et generaliter dicendum eſt, ex quibus cauſis furti actio competit in re clàm facta, ex iiſdem cauſis omnes habere hanc actionem. *Concordat iiſdem propè uerbis l. 2. §. in hac actione non utiq. ff. eod. tt. Planè admittitur exceptio propoſita, ſi nihil interſit eius qui uim paſſus eſt, rem alienam raptam eſſe. Quæ diſtinctio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Sic ut interſit eius eam rem per uim non auferri. *item hiſce:* Vt interſit eius non rapi, &c. *Concordat d. l. 2. §. in hac actione non utiq. item §. dicet aliquis. cuius uerba uide J. exc. prox. repl. 1. Concordat item d. l. 2. §. ſi in re, in fine. cuius uerba uide d. repl. 1.*

XI. Exceptio: *Niſi furti actio non competeret, ſi clàm res ſubrepta eſſet. Hæc exceptio elicitur ex uerbis Inſt iam propoſitis hiſce:* Et generaliter dicendũ eſt, ex quibus cauſis furti actio, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi depoſitario res depoſita ui rapta ſit: hic enim, quamuis furti actionem non habet, Vi tamen bonorum raptorum actionem habet. Quæ replicatio approbatur d. l. 2. §. dicet aliquis, cum ſequentib. his uerbis:* Dicet aliquis. Atquin ob rem depoſitam furti actionem non habemus. Sed ideo addidi, Si interſit noſtra non eſſe raptam. nam & furti actionem habeo. Si in re depoſita culpam quoq; repromiſi, uel precium depoſitionis non quaſi mercedem accepi: utilius dicendum eſt, etſi ceſſet actio furti ob rẽ depoſitam, eſſe tamen Vi bonorum raptorũ actionem: quia non minima differẽtia eſt inter eum qui clàm facit, & eum qui rapit: cùm ille celet ſuum delictũ, hic publicet, & crimen etiam publicũ admittat. Si quis igitur intereſſe ſua uel modicè docebit: debet habere Vi bonorum raptorũ actionẽ.

XII. Exceptio: *Niſi nihil interſit eius qui rapinam paſſus eſt, rem raptam eſſe. Hæc exceptio elicitur ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si quis igitur intereſſe ſua uel modicè docebit: debet habere Vi bonorum raptorum actionem. *Cõcordant ea quæ propoſita ſunt ſ. exc. 10. in fine.*

XIII. Exceptio: *Niſi raptor rem raptam reſtituit. Hæc exceptio reprobatur l. 5 ff. ui bonor. rapt. his uerbis:* Non prodeſt ei qui ui rapuit, ad euitandam pœnam, ſi ante iudicium reſtituat rem quam rapuit.

XIIII. Exceptio: *Niſi ſemel actum ſit. Hæc ex-*

ceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi *furti antea ſit actum, non* Vi *bonorum raptorum. Quæ replicatio approbatur l.1. ff.ui bonor. raptor. his uerbis*: Qui rem rapuit, & furti nec manifeſti tenetur in duplum, & Vi bonorum raptorum in quadruplũ. Sed ſi antè actum ſit Vi bonorum raptorum, deneganda eſt furti. Sed ſi antè furti actũ eſt, non eſt illa deneganda: ut tantùm id quod amplius in ea eſt, conſequatur. *Concordat l. 90. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 3. quæſt. 2. exc. 41. repl. 5. Altera replicatio eſt*: *Niſi cũ alio antea ſit actum. Cuius duplicatio hæc eſt: Niſi antea cum domino ſit actum: tunc enim, ſi cum ſeruo manumiſſo poſtea agatur, obſtat exceptio. Quæ duplicatio approbatur l.3. ff. ui bonor. raptor. cuius uerba uide J. quæſt. 6. reg. 1.*

IIII. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. Regula: *De omni eo cui rapina facta eſt, cuiuſq; intereſt rem raptam non eſſe, uide ſ. quæſt. prox. except. 10.*

II. Regula, *De domino cuius ſeruo rapina facta eſt, proponitur l.2. §. ſi fugitiuus. ff. ui bonor. raptor. his uerbis*: Si fugitiuus meus quaſdam res in ſtruendi ſui cauſa emerit, hæq; raptæ ſint: quia in bonis meis hæ ſunt, reſponſum eſt de his Vi bonorum raptorum poſſe me agere.

III. Regula, *De hæredibus cæteriſq; ſucceſſorib. proponitur d.l.2. §. fin. cuius uerba uide J. quæſt. proxima, reg. 1.*

V. ADVERSVS QVOS COMpetit actio propoſita?

I. Regula, *De hæredibus cæteriſq; ſucceſſoribus raptoris. Aduerſus hos non datur actio propoſita. Quæ regula approbatur d. §. fin. his uerbis*: Hæc actio hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus dabitur. Aduerſus hæredes autem, uel cæteros ſucceſſores non dabitur: quia pœnalis actio in eos non datur. An tamen in id quo locupletiores facti ſunt, dari debeat, uideamus? Et ego puto Prætorem ideo non eſſe pollicitum in hæredes in id quod ad eos peruenit, quia putauit ſufficere condictionem. *Huius regulæ exceptio uidetur: Niſi in id quod ad hæredes peruenit. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce*: An tamen in id quo locupletiores, &c.

II. Regula, *De eo qui homines coegit, & coacto qui damnum dedit. Vterq; hac actione tenetur. Quæ regula approbatur l.2. § ſi quis homines. ff. ui bonor. raptor. his uerbis*: Si quis homines non ipſe coegerit, ſed inter coactos ipſe fuerit, & quid aut rapuerit, aut damni dederit: hac actione tenetur. Sed utrum hoc ſolum cõtineat edictum, quòd dolo malo hominibus à reo coactis damnum datum ſit, uel raptum: an uerò quòd dolo malo rei raptum, uel damnum datum ſit, licet ab alio homines ſint coacti? Quare melius dicitur etiam hoc cõtineri, ut omnia hic contineantur, & quòd ex coactis ab aliquo damnum datum ſit, in id & is qui coegit, & is qui coactus eſt, teneri uideatur. *Concordat l. 4. §. ſi quis aduentu. ibi: at hic de eo. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. lib. prox. cap 14. quæſt. 2.*

III. Regula, *De domino ſerui raptoris. Aduerſus hunc quoq; actio propoſita cõpetit. Quæ regula approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis hiſce*: Item ſi ſeruus feciſſe dicetur: in dominum iudicium noxale dabo. *Concordat l.2. §. hæc actio etiam. ff. ui bonor. raptor. his uerbis*: Hæc actio etiam familiæ nomine competit, nõ impoſita neceſſitate oſtendendi, qui ſunt ex familia homines, qui rapuerunt, uel etiam damnum dederunt. Familiæ autem appellatio ſeruos continet: hoc eſt, eos qui in miniſterio ſunt, etſi liberi eſſe proponãtur, uel alieni bona fide nobis ſeruientes. *Cõcordat item l.4. C. eod. tt. his uerbis*: De his quę ſeruum alienum neſciente domino ui rapuiſſe dicis: infra annum in quadruplũ Vi bonorum raptorum, & poſt in ſimplũ dominus eius noxali actione apud competẽtem iudicem conueniri poteſt. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt*: *Niſi dominus ſit impubes. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.2. §. in impuberem. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. exc. 1. Altera exceptio eſt: Niſi dominus ſeruum noxæ dederit. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Noxali actione. *item*: Iudicium noxale dabo. *Huius exceptionis replicatio uidetur: Niſi dominus non totam familiam coactam noxæ dediderit. Hæc replicatio reprobatur d.l.2. §. ex hac actione, his uerbis*: Ex hac actione noxæ deditio non totius familiæ, ſed eorum tantùm uel eius qui doloſè feciſſe comperietur, fieri debet.

IIII. Regula, *De eo cui ſeruus raptor bona fide ſeruit. Hic quoq; actione propoſita tenetur. Quæ regula approbatur l.2. §. familiæ. ff. ui bonor. raptor. cuius uerba uide ſ. reg. prox.*

VI. QVID QVANTVM'QVE VEniat in actione propoſita?

I. Regula: *In quadruplum actio eſt. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur uerbis edicti ſ. eo. cap. in prin. propoſitis hiſce*: Intra annum, quo primùm de ea re experiundi poteſtas fuerit, in quadruplum: poſt annum, in ſimplũ iudicium dabo. *Concordat Inſt. ui bonor. raptor. in prin. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. cauſa 1. Concordat l.54. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 6. reg. 1. exc. 1. Concordat item l.2. C. ui bonor. raptor. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. cauſa 1. Concordat item l.1. C. eod. tt. cuius uerba uide d. quæſt. 3. exc. 9. Item concordat l.4. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 5. reg. 3. Cõcordat item l.5. C. eod. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 10. reg 6. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi*

annus

annus prӕteritus ſit: tunc enim non niſi in ſimplum competit actio. Quӕ exceptio approbatur legibus iã propoſitis. Cuius replicatio hæc eſt: Niſi actor experiundi poteſtatem non habuerit. Quӕ replicatio approbatur uerbis edicti ſ. propoſitis hiſce: Quo primum de ea re experiundi poteſtas fuerit. Concordat d. l. 2. 3. & 5. C. ui bonor. raptor. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi cum alio experiũdi poteſtas fuerit: tunc enim, quamuis non contra eũ qui nunc conuenitur, experiundi poteſtas fuerit, nihilominus obſtat annalis prӕſcriptio. Quӕ duplicatio approbatur exẽplo l. 3. ff. ui bonor. raptor. his uerbis: Si ſeruus rapuerit, & cum libero agatur: etiamſi cum domino experiondi poteſtas fuit, nõ rectè cum manumiſſo poſt annum agetur: quia cum quocunq; experiũdi poteſtas fuerit, excluditur actor. & ſi cũ domino intra annum actum ſit, deinde cũ manumiſſo agatur: rei iudicatæ exceptionẽ nocere, Labeo ait. Altera exceptio eſt: Niſi dominus ſerui nomine conueniatur: hic enim ſeruũ noxӕ dedendo liberatur. de qua re dictum ſ. quӕſt. prox. reg. 1. exe. 2. Tertia exceptio eſt: Niſi furti antea ſit actum: hoc enim caſu id tantùm uenit, quod minus quadruplo actor furti actiõe eſt cõſecutus. Quӕ exceptio approbatur per ea quӕ propoſita ſunt ſ. quӕſt. 3. exc 14. repl. 1.

II. Regula: In quadruplo etiam rei perſecutio cõtinetur. Quӕ regula approbatur Inſt. ui bonor. raptor. §. quadruplum autẽ, his uerbis: Quadruplũ non totum pœna eſt, ſicut in actione furti manifeſti diximus: ſed in quadruplo ineſt & rei perſecutio: ut pœna tripli ſit, ſiue cõprehẽdatur raptor in ipſo delicto, ſiue nõ. Ridiculũ enim eſſet, leuioris conditionis eſſe eũ qui ui rapit, quàm q clàm amouet.

III. Regula: Rei uerum precium quadruplicatur, non id quod intereſt. Quӕ regula approbatur l. 2. §. in hac actione. ff. ui bon. raptor. his uerbis: In hac actione intra annum utilem, uerum preciũ rei quadruplicatur, nõ etiã quod intereſt. Huius regulӕ exceptio hæc eſt: Niſi alius, non rei dominus rapinã paſſus ſit: tunc enim æſtimatur id quod eius intereſt, non uerum rei precium. Quӕ exceptio approbatur Inſt. ui bonor. raptor. §. ſanè in hac. ibi: non ut dominiũ. cuius uerba uide ſ. quӕſt. 3. exe 10. Concordat iiſdem uerbis l. 2. §. in hac actione non utiq; ibi: non ut dominium. ff. eod. tt.

IIII Regula: Si plures ſerui rapinam fecerint: dominus tantum offerendo, in quantum, ſi unus liber rapinam feciſſet, actio datur, liberatur. Quӕ regula approbatur d. l. 2. §. hac actiõe, his uerbis: Hac actione non puto poſſe actorem ſingulorũ ſeruorum nomine agere aduerſus dominum eorum: quia ſufficit dominum ſemel quadruplum offerre.

VII. QVAMDIV COMPETIT hæc actio?

Annalis eſt actio. Quӕ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quӕ propoſita ſunt ſ. quӕſt. prox. reg. 1. exe. 1. Sed & eius exceptio hæc eſt: Niſi poſt annum in ſimplum agatur. Quӕ exceptio approbatur per ea quӕ propoſita ſunt d. reg. 1. in prin.

VIII. ADIVNCTA.

Actor non habet neceſſe oſtendere, qui ex familia rapinam fecerint. Quӕ regula approbatur l. 2. §. hæc actio etiam. ff. ui bonor. raptor. cuius uerba uide ſ. quӕſt. 5. reg. 3.

IX. EVENTVS.

An prӕiudicetur hac actione legi Iuliӕ de ui publica uel priuata, definitur d. l. 2. §. hoc edicto, his uerbis: Hoc edicto contra ea quæ ui committuntur, conſulit Prætor. Nã ſi quis ſe ui mpaſſum docere poſſit, publico iudicio de ui poteſt experiri: neq; debere publico iudicio priuata actione prӕiudicari, quidam putant. Sed utilius uiſum eſt, quamuis prӕiudicium legi Iuliæ de ui priuata fiat: nihilominus tamen non eſſe denegandã actionem eligentibus priuatam perſecutionẽ.

X. ADFINIA REMEDIA.

I. Regula: Poteſt etiam quis agere iudicio publico de ui publica & priuata. Quӕ regula approbatur uerbis d. §. hoc edicto, iam propoſitis. Concordat d. l. 2. §. ſi in re depoſita. ibi: & crimen. cuius uerba uide ſ. quӕſt. 3. exc. 11. repl. 1.

II. Regula: Etiam furti actio ex rapina competit. Quӕ regula approbatur l. 2. §. rerum. ff. ui bonor. raptor. his uerbis: Rerum raptarum nomine etiam furti, uel damni iniuriæ, uel condictione agi poteſt: uel certè ſingulæ res uindicari poſſunt. Concordat d. l. 2. §. cæterùm neq; his uerbis: Neq; furti actio, neq; legis Aquiliæ contributæ ſunt in hoc edicto: licet interdum communes ſint cum hoc edicto. Nam Iulianus ſcribit, eum qui rapuit ui, furem eſſe improbiorẽ: et ſi quid damni coactis hominibus dederit, utiq; etiam Aquilia poſſe teneri. Concordat item l. 1. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quӕſt. 3. exe. 14. repl. 1. Item concordat Inſt. eod. tt. in prin. cuius uerba uide ſ. quӕſt. 3. cauſa 1. Huic regulӕ quodammodo uidetur contradicere l. 54. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 6. reg. 2. exe. 1. item l. 82. §. cum raptor. ff. eod. tt. cuius uerbá uide ſ. cap. 3. quӕſt. 2. cauſa 2.

III. Regula: Si quis per uim damnum dederit, etiam legis Aquiliӕ actio competit. Quӕ regula approbatur l. 2. §. cæterùm neq; in fine. ff. ui bon. rapt. cuius uerba uide ſ. reg prox. Concordat d. l. 2. §. ſi publicanus, in fine. cuius uerba uide ſ. quӕſt. 3. exc. 5. Concordat item d. l. 2 §. rerum. cuius uerba uide ſ. regul. prox. in prin.

IIII. Regula: Ex rapina etiam condictio rei raptӕ competit. Quӕ regula approbatur d. §. rerum. Concordat d. l. 2. §. fin. in fine. cuius uerba uide ſ. quӕſtion. 5. reg. 1. Item concordat l. 10 §. ei quoq; ff. de cõdictione furtiua. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quӕſt. 1. cauſa 2.

V. Regula: Competit etiam rei raptæ uindicatio. Quæ regula approbatur d. §. rerum.

VI. Regula: Si res rapta uendita ſit, etiam negociorum geſtorũ actione precium cõdici poteſt. Quæ regula approbatur l. 5. C. ui bonor. raptor. his uerbis: Siue negociorum geſtorum contra uouercam tuam, ſiue actione ui bonorum raptorum, quæ in quadruplum intra annum utilem, ac poſt in ſimplum conſtituta eſt, putaueris agendum: notione præſidali poteris experiri. *Alia huius actionis adfinia remedia, ut de damno in turba dato, &c. uid. J. lib. prox.*

DE ACTIONE LEGIS Aquiliæ. Cap. X.

PRimò: *Verba legis Aquiliæ, primi quidem capitis, proponuntur l. 1. in prin. ff. ad l. Aquiliã, hæc:* Lege Aquilia capite primo cauetur: Qui ſeruum ſeruámue alienum alienámue, quadrupedem uel pecudem iniuria occiderit: quanti id in eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas eſto. *Secundi capitis uerba deſunt. Tertij capitis uerba proponuntur l. 27. §. huius legis. ff. eod. tt. hæc:* Huius legis ſecundum quidem caput in deſuetudinem abijt. Tertio autem capite ait eadem lex: Cæterarum rerum, præter hominem & pecudem occiſos, ſi quis alteri dãnum faxit, quidue uſſerit, fregerit, ruperit iniuria: quanti ea res fuit in diebus triginta proximis, tantum æs domino dare damnas eſto.

II. PROPRIA HVIVS LEGIS: item genus huius actionis.

I. Regula: *l. Aquilia omnibus legibus ante ſe de damno latis derogat. Quæ regula approbatur l. 1. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Lex Aquilia omnib. legibus quæ ante ſe de damno iniuria locutę ſunt, derogauit, ſiue XII. Tabularum, ſiue aliæ quæ fuerunt: quas nunc referre non eſt neceſſe.

II. Regula: *Lex Aquilia plebiſcitum eſt. Quæ regula approbatur d. l. 1. in fine, his uerbis:* Lex Aquilia plebiſcitum eſt: cùm eam Aquilius tribunus plebis à plebe rogauerit.

III. Regula: *Pœnalis eſt actio. Quæ regula approbatur Inſt. de lege Aquilia. §. his autem. ibi: qua ratione. cuius uerba uide J. cap. 12. queſt. 3. reg. 1. Concordat l. 23. §. hanc actionem. ibi: cùm ſit. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. 12. queſt. 1. reg. 2. in prin.*

III. CAVSAE EX QVIBVS actio propoſita competit.

Prima & generalis cauſa eſt: Si damnum iniuria datum ſit. Quæ cauſa declaratur definitione iniuriæ l. 5. §. iniuriam. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis: Iniuriã hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa iniuriarum actionem, cõtumeliam quandam: ſed quod non iure factum eſt, hoc eſt, ſi contra ius & culpa quis occiderit. Et ideo interdum concurrit actio legis Aquiliæ & iniuriarum: ſed duæ erunt ęſtimationes, alia damni, alia contumelię. Igitur iniuriam hic accipiemus, damnum culpa datum etiam ab eo qui nocere noluit. *Concordat l. 49. §. quod dicitur. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. exc. 17. Concordat item l. 1. in prin. ibi: interdum. ff. de iniurijs. cuius uerba uide J. cap. 13. queſt. 1. cauſa 2. Item concordat Inſt. eod. tt. in prin. ibi: aliás culpa. cuius uerba uide d. cauſa 2.*

II. Cauſa: Si quis alienũ hominem, alienámue quadrupedem, quæ pecudum numero eſt, iniuria occiderit. Hæc cauſa approbatur uerbis legis Aquiliæ ſ. eo. cap. in prin. propoſitis. Concordat l. 3. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis: Si ſeruus ſeruáue iniuria occiſus occiſáue fuerit, lex Aquilia locum habet. Iniuria meritò adijcitur: non enim ſufficit occiſum, ſed oportet iniuria id eſſe factũ. *Concordat item Inſt. eod. tt. in prin. cuius uerba uide J. cap. 12. queſt. 3. reg. 1. Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi iure occidit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. l. 3. iam propoſitis hiſce:* Iniuria meritò adijcitur, &c. *Cõcordat Inſt. de lege Aquilia. §. iniuria. cuius uerba uide J. exc. prox. Huius exceptionis ſpecies ſunt aliquot exceptiones ſequentes.*

II. Exceptio: Niſi ſui defendẽdi cauſa occidit. Hæc exceptio approbatur Inſt. d. §. iniuria, his uerbis: Iniuria occidere intelligitur, qui nullo iure occidit. Itaq; qui latronem inſidiatorem occiderit: non tenetur, utiq; ſi aliter periculum effugere non poteſt. *Concordat l. 4. in prin ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ſ. lib. 4. cap. 4. queſt. 1. exc. 3. Concordat item l. 45. §. qui cùm aliter. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui cùm aliter tueri ſe non poſſent, damnum culpa dederint: innoxij ſunt. Vim enim ui defendere, oẽs leges omniaq; iura permittunt. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ſui defendẽdi cauſa aliũ quàm à quo uim patiebatur, caſu occiderit. Quæ replicatio approbatur d. §. qui cum, his uerbis:* Si defendẽdi mei cauſa lapidem in aduerſariũ miſero, & non eum, ſed prætereũtem percuſſero: lege Aquilia tenebor. Illum enim ſolũ qui uim infert, ferire conceditur: & hoc ſi tuẽdi duntaxat, nõ etiam ulciſcendi cauſa factum ſit. *Plura de exceptione propoſita uide J. cap. prox. exc. 15.*

III. Exceptio: Niſi ferro ſe petentẽ occiderit. Hæc exceptio approbatur l. 5. in prin. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ã. d. exc. 2.

IIII. Exceptio: Niſi ſeruum in adulterio deprehẽſum occiderit. Hæc exceptio approbatur l. 10. in principio. ff. ad l. Aquil. his uerbis: Qui occidit adulterum deprehenſum ſeruum alienum: hac lege non tenebitur.

V. Exceptio: Niſi magiſtratus aduerſus reſiſtentẽ uiolentius quid fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 29. §. pen. ff. d. tt. his uerbis: Si quid magiſtratus aduerſus reſiſtentem uiolentius fecerit: non tenebitur Aquilia. Nam etſi cum pi-

gnori

pignori ſeruum cepiſſat, ille ſa ſuſpéderit: nulla datur actio.

VI. Exceptio: Niſi caſu ſine dolo malo occiderit. Hæc exceptio approbatur inſt. de lege Aqailia. §. iniuria. ibi: ac ne is quidem, his uerbis: Ne iaquidem hac lege tenetur, qui caſu occidit. ſi modò culpa eius nulla inueniatur. nam alioqui non minus ex dolo, quàm ex culpa quiſq; hac lege tanetur. Itaq; ſi quis dum iaculis ludit, uel exercitatur, tranſauntem ſeruũ tuum traiecerit, diſtinguitur. Nam ſi id à milite in eo campo, ubi ſólitum eſt exarcitari, admiſſum eſt: nulla culpa éius intelligitur. Si alius tale quid admiſerit: culpa réus aſt. Idam iuris aſt da milita, ſi in alio loco quàm qui ad exercitaudum militibus daſtinatus eſt, id admiſerit. Huius exceptionis replicatio hac eſt: Niſi culpa rei conuenti ſit occiſus. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Sl modò culpa aius nulla inueniatur. nam alioqui nõ minus ax dolo, quàm ex culpa quiſq; hac laga tenetur. Concordat Inſt. eo. tt. §. illud palàm. cuius uerba uide J. ca. prox. exc. 18. Culpæ exempla duo proponuntur uerbis iã propoſitis: primùm quidem, ſi non miles iaculando ſeruum tranſeuntem caſu occiderit: alterum, ſi miles extra locum iaculis deſtinatum idem fecerit. de quib. exemplis cum alijs ſimilib. uide J. exceptiones & cauſas ſequentar. Sed & plura de exceptione propoſita uide J. cap. prox. exc. 18.

VII. Exceptio: Niſi dum aliũ ſui defendendi cauſa petit, ſeruũ alienũ caſu occidit. Hæc exceptio reprobatur l. 45. §. qui cum. ibi: ſed ſi defendendi. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ã. exc. 2. repl. 1.

VIII. Exceptio: Niſi ſeruum alienum quem occidit, liberum eſſe putauit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 45. §. ſi meum, his uerbis: Si meum ſeruum, cũ liberũ putaras, occideris: lege Aquilia teneberis.

IX. Exceptio: Niſi dum iaculis ludit, tranſeuntem ſeruum occidit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur Inſt. de lege Aquilia. §. itaq; ſi quis. cuius uerba uide ã. exc. 6. Concordat l. 9. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis: Si cùm alij In cãpo iacularentur, ſaruus par eum locum tranſierit: Aquilia ceſſat, quia non dabuit par campum iaculatorium itar intempeſtiuè facere. Qui taman data opara in eum iaculatus aſt, utiq; Aquilia tanebitur. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi data opera in ſeruum tranſeuntem ſit iaculatus. Quæ replicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce: Qui tamen data opera, &c. Altera replicatio eſt: Niſi non miles iaculando ſeruũ trãſeuntem occiderit. Quæ replicatio approbatur Inſt. d. §. itaq; ſi quis. ibi: ſi alius tale. Tertia replicatio eſt: Niſi miles in loco iaculis non deſtinato iaculãdo ſeruum tranſeuntem occiderit. Quæ replicatio approbatur d. §. itaq; ſi quis. ibi: idem iuris eſt.

X. Exceptio: Niſi cùm quidam pila luderet, uehementius pila percuſſa in tonſoris manum eam deiecerit, & ſic ſerui qui tõdebatur, gula præciſa ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 11. in prin. ff. d. tt. his uerbis: Mela ſcribit, ſi cùm pila quidam luderent, uehementius quis pila percuſſa, in tonſoris manum eandem deiecarit, & ſic ſerui quem tõſor radebat, gula ſit præciſa abiacto cultello: in quocunq; eorum culpa ſit, eum lege Aquilia teneri. Proculus ait, in tonſore eſſe culpam. Et ſanè ſi ibi tondebat, ubi ex conſuetudine ludabatur, ual ubi tranſitus frequens erat: eſt quod ei imputetur. Quãuis nec illud malè dicatur: ſi in loco periculoſo ſellam habenti tonſori ſe quis commiſarit, ipſum de ſa quari debere.

XI. Exceptio: Niſi putator ex arbore ramo deiecto ſeruum tranſeũtem caſu occiderit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur Inſt. de lege Aquilia. § item ſi putator, his uerbis: Si putator ax arbore deiecto ramo ſeruum tuum tranſaũtam occiderit: ſi prope uiam publicam aut uicinalem id factum eſt, neq; proclamauit, ut caſus euitári poſſet: culpæ raus eſt. Sed ſi proclamauit, nac ille curauit præcauere: axtra culpam eſt putator. Æquè extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſim à uia fortè, uel in madio fundo cędebat, licet nõ proclamauit: quia in eo loco nulli extraneo ius fuerat uerſandi. Concordat l. 31. ff. eod. tt. his uerbis: Si putator cùm ax arbore ramũ deijcaret, uel machinarius hominem prætereuntem occidit: ita tenetur, ſi is in publicum decidat, nec illa proclamauerit, ut caſus eius auitari poſsit. Sad Mutius dixit, atiamſi in priuato idam accidiſſat, poſſe de culpa agi. culpam auté aſſe, cùm quod diligenter prouideri potuerat, non eſſet prouiſum: aut tunc denunciatum eſſet, cùm periculũ euitari non poſſet. Sacundum quá rationem nõ multum rafart, per publicũ an par priuatum iter fiat: cùm plerunq; per priuata uulgò loca itar fiat. Quòd ſi nullũ iter arit: dolum dũtaxat præſtare dabet, ne immittat in aũ quem uidarit tranſeunté. Nam culpa ab eo exigenda non aſt: cùm diuinare non potuarit, an per eũ locũ aliquis tranſiturus ſit. Concordat item l. 7. ff. ad l. Corneliã, de ſicarijs. cuius uerba uide ã. lib. 4. cap. 4. quæſt. 1. exc. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi putator non proclamauit. Quæ replicatio approbatur uerbis Inſt. §. item ſi putator, ã. propoſitis hiſce: Neq; proclamauit, ut caſus auitari poſſat, &c. Concordat d. l. 31. uerbis iam propoſitis hiſce: Nec ille proclamauerit, &c. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi eo loco ramus decidat, quo iter fieri non ſolet. Quæ duplicatio approbatur uerbis Inſt. ã. propoſitis hiſce: Æquè extra culpã eſſe intelligitur, &c. Concordat d. l. 31. uerbis iã

propoſitis hiſce: Quòd ſi nullum iter erit, &c. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi putator uidens tranſeuntem non proclamauit. Quæ triplicatio approbatur d. uerſ. quòd ſi nullũ, etc. Altera replicatio eſt: Niſi eo tempore proclamauit, quo caſus euitari amplius non poſſet. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. 31. iã propoſitis hiſce:* Aut tũc denũciatũ eſſet, cùm periculũ euitari nõ poſſet.

X I I. *Exceptio: Niſi per luſum uel certamen exercendi cauſa factum, ſeruus ſit occiſus, uel damnũ paſſus. Hæc exceptio approbatur l. 52. §. fin. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Cùm pila plures luderent, quidam ex his ſeruulum, cùm pilam percipere conaretur, impulſu ſeruus cecidit, & crus fregit. quærebatur, an dominus ſerui lege Aquilia cum eo cuius impulſu ceciderat, agere poteſt? Alphenus reſpondit, non poſſe: cùm caſu magis quàm culpa uideretur factum. *Contradicit l. 9. §. fin. cum lege ſequente. ff. eod. tt. his uerbis:* Si à iaculantibus per luſum ſeruus fuerit occiſus: Aquiliæ locus eſt. Nam luſus quoq; noxius in culpa eſt. *Planè huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi talis ludus ſit, quo ſerui exerceri nõ debent. Quæ replicatio approbatur l. 7. §. ſi in conluctat. ff. eod. tt. his uerbis:* Si in conluctatione, uel in pancratio, uel pugiles dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit: ſiquidem in publico certamine, ceſſat Aquilia: quia gloriæ cauſa & uirtutis: nõ iniuriæ gratia uidetur damnum datum. Hoc autem in ſeruo non procedit: quoniam ingenui ſolent concertare, in filiofamiliâs uulnerato procedit. Planè ſi cedentem uulnerauerit, erit Aquiliæ locus, aut ſi non in certamine ſeruũ occiderit: niſi domino committente hoc factum ſit. tunc enim Aquilia ceſſat. *Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi domino permittente ſeruus luſerit. Quæ duplicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Niſi domino committente hoc factum ſit, tũc enim Aquilia ceſſat. *Huic interpretationi Accurſius contradicit. Altera replicatio eſt: Niſi cedentem, non repugnantem uulnerauerit uel occiderit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Planè ſi cedentem uulnerauerit, erit Aquiliæ locus. *Tertia replicatio eſt: Niſi ſeruum qui non colludebat, ſed adſtantem uel tranſeuntem per luſum occiderit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Aut ſi non in certamine ſeruũ occiderit. *Cui cõcordãt ea quæ propoſita ſunt ī. exc. 9. repl. 1. cũ ſequẽtib.*

X I I I. *Exceptio: Niſi cùm duo ſtramenta ardentia tranſilirent, concurrerint, amboq; ceciderint, alterq; flãma ſit cõſumptus. Hæc exceptio approbatur l. 45. §. cùm ſtramẽta. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Cũ ſtramẽta ardẽtia trãſilirẽt duo, cõcurrerũt, amboq; deciderũt, & alter flãma cõſumptus eſt: nihil eo nomine agi poteſt, ſi nõ intelligitur uter ab utro euerſus ſit.

X I I I I. *Exceptio: Niſi dum impetum equi uel muli propter imperitiam uel infirmitatem retinere non poſſet, ſeruum alterius per equũ oppreſſit. Hæc exceptio reprobatur l. 8. §. mulionem. ff. d. tt. his uerbis:* Mulionem, ſi per imperitiam impetum mularum retinere non potuerit, & eæ alienum hominem obtriuerint, uulgò dicitur culpæ nomine teneri. Idem dicetur, etſi propter infirmitatem ſuſtinere mulorum impetum non potuerit. Nec uidetur iniquum, ſi infirmitas culpæ adnumeretur: cùm adfectare quis nõ debeat, in quo uel intelligit, uel intelligere debet, infirmitatem ſuam alij periculoſam futuram. Idem iuris eſt in perſona eius qui impetũ equi quo uehebatur, propter imperitiam uel infirmitatem retinere non potuerit. *Cõcordat Inſt. eod. tt. §. impetu, his uerbis:* Impetu mularũ quas mulio propter imperitiam retinere non potuit, ſi ſeruus tuus oppreſſus fuerit: culpæ reus eſt mulio. Sed etſi propter infirmitatem eas retinere non potuerit, cum alius firmior eas retinere potuiſſet: æquè culpæ tenetur. Eadem placuerunt de eo quoq; qui cùm equo ueheretur, impetum eius aut propter infirmitatem, aut propter imperitiam ſuam retinere non potuerit.

X V. *Exceptio: Niſi per errorem uenenum pro medicamento, uel furioſo gladium dederit. Hæc exceptio approbatur l. 7. §. ſed etſi quis. ff. ad l. Aquiliã. cuius uerba uide J. cap. 12. quæſt. 5. except. 3.*

X V I. *Exceptio: Niſi non occidit, ſed mortis cauſam præbuit. Hæc exceptio approbatur d. §. ſed etſi quis. de qua re uide plura J. d. except. 3.*

X V I I. *Exceptio, ſumpta ex inſtrumẽto & modo quo occidit, reprobatur l. 7. §. 1. ff. d. tt. his uerbis:* Occiſum accipere debemus, ſiue gladio, ſiue etiã fuſte, uel alio telo, uel manibus (ſi fortè ſtrãgulauit eum, uel calce petijt) uel capite, uel qualiter qualiter. *Hactenus exceptiones, deſumptæ ex cauſſa & modo, quo ſeruũ alienũ, aut quadrupedẽ occidit, propoſitæ ſunt: ſed et plures huiuſmodi exceptiones uide J. in cauſſis proximè ſequentib. Nunc ſequũtur exceptiones deſumptæ ex perſona occiſi, & ex alijs huiuſmodi circumſtantijs.*

X V I I I. *Exceptio: Niſi infans nondum anniculus ſit occiſus. Hæc exceptio reprobatur l. 23. §. ſi infans. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si infans ſit occiſus nondum anniculus: uerius eſt, ſufficere hãc actionem, ut æſtimatio referatur ad id tempus, quod intra annum uixit.

X I X. *Exceptio: Niſi debilis & ægrotus ſeruus ſit occiſus. Hæc exceptio reprobatur l. 7. §. ſed etſi quis ſeruum. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis ſeruum ægrotum leuiter percuſſerit, & is obierit: rectè Labeo dicit, lege Aquilia eũ teneri, quia aliud alij mortiferũ eſſe ſoleat. *Cõtradicere uidetur l. 24. §. idẽ Seruius, in fine. ff. de dãno infecto. cuius uerba uide ī. li. 27. ca. 6. quæ. 1. exc. 6. repl. 1.*

X X. Ex-

XX. Exceptio: *Niſi ſeruus hæreditarius ſit occiſus. Hæc exceptio reprobatur l. 11. §. ſi ſeruus. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si ſeruus hæreditarius occidatur: quæritur quis Aquilia agat, cum dominus nullus ſit huius ſerui? Et ait Celſus, legẽ domino dãna ſalua eſſe uoluiſſe. Dominus ergo hęreditas habebitur. Quare adita hæreditate hæres poterit experiri.

XXI. Exceptio: *Niſi quadrupes quæ pecudũ numero non eſt, nec gregatim paſcitur, occiſa ſit. Hæc exceptio approbatur Inſt. de lege Aquilia. §. 1. his uerbis:* Quod nõ præciſe de quadrupede, ſed de ea tantùm quæ pecudũ numero eſt, cauetur: eò pertinet, ut neq; de feris beſtijs, neq; de canib. cautũ eſſe intelligamus: ſed de ijs tantùm quæ gregatim propriè paſci dicũtur: quales ſunt equi, muli, aſini, oues, boues, capræ. De ſuib. quoq; idẽ placet. Nã & ſues pecudũ appellatione cõtinentur: quia & hi gregatim paſcuntur. Sic deniq; & Homerus in Odyſſea ait, ſicut Aelius Martianus in ſuis Inſtitutionibus refert.

Δῆς τόνγε σύεσσι παρήμενον, αἱ δὲ νέμονται
πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ. hoc eſt:
Sectantem uideas, qui errant per paſcua, porcos
Ad Coracis ſaxum, iuxta fontemq; Arethuſam.

Concordat l. 2. §. ut igitur. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis: Vt apparet, ſeruis exæquat quadrupedes, quę pecudũ numero ſunt, & gregatim habentur: ueluti oues, capræ, boues, equi, muli, aſini. Sed an ſues pecudũ appellatione cõtineantur, quęritur? Et rectè Labeoni placet, contineri. Sed canis inter pecudes non eſt. Longè magis beſtię in eo numero non ſunt: ueluti urſi, leones, pantheræ. *Planè exceptio propoſita prodeſt ad pœnam minuendã, non ad totam actionem perimendam: ut patet ex ijs quæ proponentur J. cauſſa 17.*

XXII. Exceptio: *Niſi fera beſtia occiſa ſit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. §. ut igitur, iam propoſitis hiſce:* Lõgè magis beſtię in eo numero non ſunt, &c. *Concordat Inſt. d. §. 1. uerbis paulò ſuperius propoſitis hiſce:* Vt neq; de feris beſtijs, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi elephanti ſint uel cameli. quæ replicatio approbatur l. 2. §. fin. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Elephanti & cameli, quoniã miſti ſunt (nam & iumẽtorum operã præſtãt, & natura eorũ fera eſt) ideo primo capite contineri eos oportet.

XXIII. Exceptio: *Niſi mortiferè uulneratus, poſtea alio caſu fortuito perierit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 15. §. ſi ſeruus. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba cum concordantibus uide J. cap. 12. quæſt. 3. reg. 6.*

XXIIII. Exceptio: *Niſi non mortiferè uulneratus, poſtea negligentia perijt. Hæc exceptio approbatur l. 30. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide d. reg. 6. Plures propoſitæ cauſſæ exceptiones uide ꝰ. lib. 4. cap. 4. quæſt. 1. item J. cap. prox. Hæc de ſecunda propoſitæ actionis cauſſa. Sed & eius ſpecies ſunt cauſſæ aliquot proximè ſequentes.*

III. Cauſſa: *Si obſtetrix medicamentũ dederit, quo ancilla perierit. Hæc cauſſa approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 9. in prin. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si obſtetrix medicamentum dederit, & inde mulier perierit: Labeo diſtinguit, ut ſi quidẽ ſuis manib. ſuppoſuit, uideatur occidiſſe: ſi uerò dedit, ut illi mulier offerret, in factũ actionẽ dandã. Quæ ſententia uera eſt. Magis enim cauſſã mortis pſtitit, quã occidit.

IIII. Cauſſa: *Si per uim, uel perſuaſum alicui medicamentum infudit: uel eum malo ueneno unxit. Hæc cauſſa approbatur d. l. 9. §. ſi quis per, his uerbis:* Si quis per uim, uel perſuaſum alicui medicamentũ infudit uel ore, uel clyſtere, uel ſi eum unxit malo ueneno: lege Aquilia, quẽadmodum obſtetrix ſupponens, tenetur.

V. Cauſſa: *Si medicus ſeruum imperitè ſecuit, unde mortuus eſt. Hæc cauſſa approbatur l. 7. §. fin. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ꝰ. lib. 41. cap. 6. quæſt. 1. cauſſa 9. except. 1. repl. 2.*

VI. Cauſſa: *Si medicus medicamento perperam ſit uſus, unde ſeruus mortuus eſt. Hæc cauſſa approbatur l. 8. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Idem iuris eſt, ſi medicamento perperam uſus fuerit.

VII. Cauſſa: *Si medicus curationem ſerui reliquit, unde ſeruus mortuus eſt. Hæc cauſſa approbatur d. l. 8. in prin. his uerbis:* Etſi bene ſecuit, ſed dereliquit curationem: ſecurus non erit, ſed culpæ reus intelligitur. *Cõcordat Inſt. eod. tt. §. præterea ſi medicus, his uerbis:* Si medicus qui ſeruum tuum ſecuit, dereliquerit curationem eius, & ob id mortuus fuerit ſeruus: culpæ reus erit.

VIII. Cauſſa: *Si quis id quod ſuſtinet dimittit, eoq; ſeruus alienus uel quadrupes occidatur. Hæc cauſſa approbatur l. 52. §. in cliuo. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide J. cap. 12. quæſt. 2. reg. 4.*

IX. Cauſſa: *Si de ponte uel ripa ſeruum alienum uel pecudem præcipitauit. Hæc cauſſa approbatur l. 7. §. ſed ſi quis de ponte. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis de ponte aliquem pręcipitauit: Celſus ait, ſiue ipſo ictu perierit, aut cõtinuò ſubmerſus eſt, aut laſſatus ui fluminis uictus perierit: lege Aquilia teneri, quemadmodum ſi quis puerum ſaxo illiſiſſet. *Concordat Inſt. eod. tt. §. penult. his uerbis:* Si quis alienum ſeruum aut de ponte, aut de ripa in flumen deiecerit, & is ſuffocatus fuerit: eo quòd proiecit, corpore ſuo damnum dediſſe non difficulter intelligi poteſt: ideoq; ipſa lege Aquilia tenetur.

X. Cauſſa. *Si foueas ferarũ beſtiarũ capiendarum cauſſa quis fecerit, in quas ſeruus alienus uel pecus incidit atq; perijt. Hæc cauſſa approbatur ſimul & diſtinguitur l. 28. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Qui foueas urſorum ceruorumq; capiendorũ cauſſa faciunt: ſi in itineribus fecerint, eoq;

aliquid deciderit, factũq; ſit deterius: lege Aquilia obligari ſunt. At ſi in alijs locis, ubi ſolent fieri, fecerunt: nihil tenentur. Hęc tamẽ actio ex cauſſa danda eſt: Id eſt, ſi neq; denũciatum eſt, neq; ſcierit, aut prouidere potuerit. Et multa huiuſmodi deprehendũtur, quib. ſubmouetur petitor, ſi euitare periculũ potuerit. *Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi eo loco foueam fecerit, quo fieri ſolet. quæ exceptio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* At ſi in alijs locis, ubi ſolent fieri, fecerũt: nihil tenentur. *Altera exceptio eſt: Niſi denunciatũ ſit ſeruo, ut præcaueret. Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus qui incidit, ſciuit foueã ibi eſſe. Quarta exceptio eſt: Niſi ſeruus qui incidit, facilè ſcire potuit & prouidere. Hæ tres exceptiones approbantur uerbis iam propoſitis hiſce:* Hæc tamẽ actio ex cauſſa dãda eſt, &c. *Aliæ huiuſmodi exceptiones permittuntur cauſſæ cognitioni iudicis, uerbis iã propoſitis hiſce:* Et multa huiuſmodi deprehẽdũtur, &c.

XI. *Cauſſa: Si laqueos poſuit, in quos uicini pecus incidit. Hæc cauſſa approbatur l. 29. in prin. ff. d. tit. hiſce:* Quemadmodum ſi laqueos eo loci poſuiſſes, quo ius ponendi non haberes, & pecus uicini in eos incidiſſet.

XII. *Cauſſa: Si quis pecus alienũ fugauit, ut præcipitaretur. Hæc cauſſa approbatur l. 52. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap. 7. reg. 2. exc. 5. Cõcordat Inſt. de lege Aquilia. §. cæterùm. cuius uerba uide j. cap. 12. quæſt. 5. except. 1.*

XIII. *Cauſſa: Si pecus alienũ plus iuſto onerauit, ut rũperetur. Hæc cauſſa approbatur l. 27. §. etſi mulum. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si mulum plus iuſto onerauerit, & aliquid membri ruperit: Aquiliæ locum fore, Brutus ait.

XIIII. *Cauſſa: Si quis plus iuſto oneratus, onus reiecit, & ſeruum alienum occidit: uel lapſus ſeruum onere preſsit. Hæc cauſſa approbatur l. 7. §. ſed etſi quis. ff. d. tit. his uerbis:* Si quis plus iuſto oneratus, deiecerit onus, & ſeruũ occiderit: Aquiliæ locũ habet. Fuit enim in ipſius arbitrio ita ſe non onerare. Nam etſi lapſus aliquis ſeruum alienum onere preſſerit: Pegaſus ait, lege Aquilia eum teneri: ita demũ, ſi uel plus iuſto ſe onerauerit, uel negligentius per lubricum tranſierit.

XV. *Cauſſa: Si ſeruus pignori datus apud creditorẽ ſe ſuſpenderit. Hæc cauſſa reprobatur l. 29. §. penult. ff. d. tit cuius uerba uide ſ. cauſſa 2. except. 5.*

XVI. *Cauſſa: Si tegula ex tecto cadens alterius ſeruum uel quadrupedem occiderit. Hæc cauſſa reprobatur l. 5. §. & ideo quærimus. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide j. cap. prox. except. 1. Hactenus cauſſæ primi capitis legis Aquiliæ propoſitæ ſunt: quarum exceptiones generales uide ſ. cauſſa 2. ſequũtur nunc cauſſæ tertij eiuſdẽ legis capitis: & primum de damno in ſeruo alieno uel quadrupede dato.*

XVII. *Cauſſa: Si quis ſeruũ alienum, uel quadrupedem quæ pecudum numero eſt, uulnerauerit: aut eam quadrupedem quæ pecudũ numero non eſt, uulnerauerit aut occiderit: tertio legis Aquiliæ capite actio conſtituitur. quæ cauſſa approbatur inſt. de lege Aquilia. §. capite tertio, his uerbis:* Capite tertio de omni cætero damno cauetur. Itaque ſi quis ſeruum uel eam quadrupedem quæ pecudum numero non eſt, ueluti canem aut feram beſtiam, uulnerauerit aut occiderit: hoc capite actio conſtituitur. In cæteris quoq; omnibus animalibus, item in omnibus rebus quæ anima carent, damnum per iniuriam datum hac parte uindicatur. *Ait Imper.* Capite tertio. *Huius capitis uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Concordat l. 29. §. ex hoc. ff. eod. tit. his uerbis:* Ex hoc legis capite de omnibus animalibus læſis, & quæ pecudes non ſunt, agendum eſt: utputa de cane. Sed & de apro, & leone, cæteriſq; feris, & auibus idem erit dicendum.

XVIII. *Cauſſa: Si quis ſeruum alienũ uſſerit, fregerit, ruperit. Hæc cauſſa approbatur l. 27. §. ſi quis igitur. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si quis nõ occiderit hominẽ uel pecudẽ, ſed uſſerit, fregerit, ruperit: ſine dubio ex his uerbis legis agendũ erit. Proinde ſi facem ſeruo meo obieceris, & eũ aduſſeris: teneberis mihi.

XIX. *Cauſſa: Si ancillam immaturam ſtuprauit. Hæc cauſſa approbatur l. 25. in fine. ff. de iniurijs, cuius uerba uide j. cap. 13. quæſt. 3. cauſſa 8.*

XX. *Cauſſa: Si ancillæ pugno, uel equæ ictu percuſſa eiecerit. Hæc cauſſa approbatur l. 27. §. ſi mulier. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Si mulier pugno, uel equa ictu à te percuſſa eiecerit: Brutus ait, Aquilia teneri quaſi ruperis.

XXI. *Cauſſa: Si boues alienos in anguſtum coegiſti, eoq; effectum eſt ut eijcerent. Hæc cauſſa approbatur l. 53. ff. d. tit. his uerbis:* Si boues alienos in anguſtum locum coegiſti, eoq; effectum eſt ut eijcerent: datur in te ad exemplũ legis Aquiliæ in factũ actio. *Concordat l. 39. ff. eod. tit. cuius uerba uide j. cap. prox. except. 14. repl. 2. Concordat item Inſt. eod. tit. §. cæterùm. cuius uerba uide j. cap. 12. quæſt. 5. except. 1.*

XXII. *Cauſſa: Si puerum alienum ſaxo illiſit. Hæc cauſſa approbatur l. 7. §. ſed ſi quis de ponte. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ſ. cauſſa 9.*

XXIII. *Cauſſa: Si canem irritauit, ut aliquem morderet. Hæc cauſſa approbatur l. 11. §. itẽ cum eo. ff. d. tit. his uerbis:* Cum eo qui canem irritauerat, & effecerat ut aliquem morderet: quamuis eum non tenuit, Proculus reſpõdit, Aquiliæ actionem eſſe. Sed Iulianus eũ demum Aquiliæ teneri, qui tenuit & effecit, ut aliquem morderet: cæterùm ſi non tenuit, in factum agendum.

De damno in ædibus, pariete, & uilla dato.

XXIIII. *Cauſſa: Si domũ uel uillã alienã incẽderit. Hæc cauſſa approbatur l. 2. C. de lege Aquilia.*

his

bis uerbis: Legis Aquiliæ actione expertus aduerſus eũ quẽ domũ tuã depoſuiſſe, uel incendio cõcremaſſe, damnoq; te aſſlixiſſe proponis: ut id damnum ſarciatur, competentis iudicis authoritate conſequeris. Quin etiam ſi aqua per iniuriam aliò deriuata ſit: ut in priorẽ ſtatũ reſtituatur, eiuſdẽ judicis cura impetrabit. *Concordat l.27.§.itẽ ſi arbuſtum.ff. eod.tt. bis uerbis*: Si arbuſtũ meũ uel uillam meã incenderis, Aquiliæ actionẽ habebo. *Concordat d.l.27.§.ſi quis inſulã, bis uerbis*: Si quis inſulã meam uoluerit exurere, & ignis etiam ad uicini inſulã peruenerit: Aquilia tenebitur etiã uicino: nõ minus etiã inquilinis tenebitur ob res eorũ exuſtas. *Concordat item l.30.§.in hac actione.ff. eod. tt. cuius uerba uide j.cap.prox.except.18.repl.1.*

XXV. *Cauſſa: Si quis ædificij fores fregerit, aut ipſum ædificiũ diruerit. Hæc cauſſa approbatur l.27. §.ſi quis ædif.ff.ad l.Aquiliam, bis uerbis*: Si quis ædificij mei fores refregerit, aut ipſum ædificium diruerit: lege Aquilia tenetur. *Cõcordat l.50.ff.eod.tt.bis uerbis*: Qui domũ alienam inuito domino demolitur, & eo loco balnea extruxit: præter naturale ius, quo ſuperficies ad dominũ ſoli pertinet, etiam dãni dati nomine actioni ſubijcitur. *Cõcordat itẽ l.2. C.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cauſſa prox.*

XXVI. *Cauſſa: Si perquirendis metallis uel marmoribus alienarũ ædium fundamenta labefactat. Hæc cauſſa approbatur l.6.C.de metallarijs, bis uerbis*: Quoſdã operta humo eſſe ſaxa dicentes, id agere cognouimus, ut defoſsis in altum cuniculis, alienarum ædium fundamenta labefactent. Qua de re ſi quãdo huiuſmodi marmora ſub ædificijs latẽre dicantur, perquirẽdi eadẽ copia denegetor.

XXVII. *Cauſſa: Si uicini ædes ruinoſæ in meas ædes ceciderint. Hæc cauſſa reprobatur l.6.ff.de damno infecto. cuius uerba uide ſ.lib.27.cap.3.quæſt.2. Concordat l.7.§.hoc edictum.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.quæſt.2.*

XXVIII. *Cauſſa: Si parietem domus ſuſtulit. Hæc cauſſa approbatur l.45.§ fin.ff. ad l. Aquil. bis uerbis*: Qui idoneum parietem ſuſtulit, damni iniuriæ domino eius tenetur.

De damno in fundo, ſylua & ſegete dato.

XXIX. *Cauſſa: Si in ſyluã alienam ignem immiſit, uel excidit eam. Hæc cauſſa approbatur l.1.C.de lege Aquilia, bis uerbis*: Damnũ per iniuriã datũ immiſſo in ſyluã igne, uel exciſa ea, ſi probare potes: actione legis Aquiliæ utere.

XXX. *Cauſſa: Si arbuſtum alienum incenderit. Hæc cauſſa approbatur l.27.§.item ſi arbuſtum.ff. ad l.Aquil. cuius uerba uide ſ.cauſſa 24.*

XXXI. *Cauſſa: Si lolium uel auenam in ſegetẽ iniecit. quo eam inquinaret. Hæc cauſſa approbatur d.l.27.§.inquit lex. cuius uerba uide j.cauſſa 47.*

XXXII. *Cauſſa: Si oliuã decerpſerit, ſegetem uel ſyluã deſecuerit, uel alios fructus arboreſue. Hæc cauſſa approbatur. ſimul & diſtinguitur d.l.27.§.ſi oliuam. bis uerbis*: Si oliuam immaturam decerpſerit, uel ſegetem deſecuerit immaturam, uel uuas crudas: Aquilia tenebitur. Quòd ſi iam maturas, ceſſat Aquilia: nulla enim iniuria eſt, cum tibi etiam impenſas donauerit, quæ in collectione huiuſmodi fructuum impenduntur. At ſi collecta hæc intercepetit, furti tenetur. Octauenus in uuis adijcit, niſi (inquit) in terram uuas proiecerit, ut effunderentur. Idem in ſylua cædua ſcribit: ut ſi immaturam, Aquilia: quòd ſi maturam interceperit, furti teneri eum, & arborum furtim cæſarum. *Concordat l.1.C.eod.tt.cuius uerba uide ſ cauſſa 29. Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi fructus maturos uel ſyluam maturam deſecuerit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce*: Quòd ſi iam maturas, &c. *Concordat d.l.27.§.ſi ſalictum, bis uerbis*: Si ſalictum maturum, ita ne ſtirpes læderes, tuleris: ceſſare Aquiliã, Octauenus ſcribit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi uuas maturas in terram proiecerit. quæ replicatio approbatur uerbis d.§.ſi oliuã, ſ. propoſitis hiſce*: Niſi in terram uuas proiecerit, ut effunderẽtur.

XXXIII. *Cauſſa: Si fructus alienos depauit. Hæc cauſſa approbatur l. ult. C. de lege Aquilia, bis uerbis*: De ijs quæ per iniuriam depaſta contendis, ex ſententia legis Aquiliæ agere minimè prohiberis. *Planè hoc caſu non legis Aquiliæ, ſed in factum actio competit. quæ exceptio approbatur l.14.§.fin.ff. de præſcriptis uerbis, in hæc uerba*: Si glans ex arbore tua in meum fundum cadet, eamq; ego immiſſo pecore depaſcam: Ariſtò ſcribit, nõ ſibi occurrere legitimam actionem, qua experiri poſsit. nam neq; ex lege XII. Tabularum de paſtu pecoris, quia non in tuo paſcitur: neq; de pauperie, neq; damni iniuriæ agi poſſe. In factum itaq; erit agendum. *Sed & ad exhibendum actio competit. quod approbatur l.9.§.glans.ff.ad exhibendum. cuius uerba uide ſ.lib.11.cap.10.quæſt.4.cauſſa 3.*

De damno in frumento & uino dato.

XXXIIII. *Cauſſa: Si uinum alienum ſpurcauit, effudit, uel acetum fecit, aut alio modo uiciauit, Hæc cauſſa approbatur l.27.§.cum eo planè.ff. ad l. Aquiliam, bis uerbis*: Cum eo qui uinũ ſpurcauit, uel effudit, uel acetum fecit, uel alio modo uiciauit: agi poſſe Aquilia, Celſus ait: quia & effuſum uel acetum factum corrupti appellatione continentur. *Ait Iuriſcõſultus*: Agi poſſe Aquilia. *Huic cõtradicit d. l.27.§.fin. ubi in factũ actio dicitur competere. cuius uerba uide ſ.lib.41.cap.2.quæſt.7.reg.1.except.3.*

XXXV. *Cauſſa: Si quis miliũ uel frumentũ alienũ in flumẽ effuderit. Hæc cauſſa approbatur d.l.27. §.item*

§.item ſi quis milium,his uerbis: Si quia milium uel frumentum meum effuderit in flumé, ſufficit Aquiliæ actio.

XXXVI. *Cauſſa: Si quis in uinum aut oleũ id miſcuit, quo naturalis eius bonitas corrumperetur. Hæc cauſſa approbatur uerbis d. §. cum eo planè, s̃. cauſſa 34. propoſitis. Concordat Inſt. eod. tt. §. capite tertio, in fine, his uerbis:* Reſpõſum eſt, ſi quis in alienum uinum aut oleum id miſcuerit, quo naturalis bonitaa nini aut olei corrũperetur: ex hac parte legia Aqliæ eũ teneri.

XXXVII. *Cauſſa: Si quis frumento alieno arenam uel quid aliud miſcuit. Hæc cauſſa approbatur d. l. 27. §. item ſi quis frumento, his uerbis:* Si quis frumento arenam uel aliud miſcuerit, ut difficilis ſeparatio ſit: quaſi de corrupto agi poterir.

XXXVIII. *Cauſſa: Si quis uinum uel frumentum alienum conſumpſerit. Hæc cauſſa approbatur l. 30. §. ſi quis alienum. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Si quia alienum uinum uel frumentum conſumpſerit, non uidetur damnum iniuria dare: ideoq; utilis danda eſt actio.

De damno in naue, aqua & aquæductu dato.

XXXIX. *Cauſſa: Si aquam aliò deriuauerit. Hæc cauſſa approbatur l. 2. in fine. C. de lege Aquilia. cuius uerba uide s̃. cauſſa 24.*

XL. *Cauſſa: Si aquæ ductũ alienum diruerit. Hæc cauſſa approbatur l. 27. §. ſi quis aquæductum. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si quis aquæductum meum diruerit: licet cæmenta mea ſunt, quæ diruta ſunt: tamen quia terra mea non ſit, qua aquam duco: melius eſt dicere, actionem utilem dandam.

XLI. *Cauſſa: Si funem quo religata nauis erat, præciderit. Hæc cauſſa approbatur l. 29. §. ſi funem. ff. d. tt. his uerbis:* Si funem quia, quo religata erat nauia, præciderit: de naue quæ periijt, in factum agendum. *Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi aliter ſe explicare non potuit, niſi præciſis funibus. Hæc exceptio approbatur d. l. 29. §. item Labeo, his uerbis:* Labeo ſcribit, ſi cùm ui uentorum nauis impulſa eſſet in funea anchorarum alterius, nautæ funes præcidiſſent: ſi nullo alio modo, niſi præciſis funibua, explicare ſe potuiſſent, nullã actioné dandã. Idemq; Labeo & Proculus & circa retia piſcatorum, in quæ nauis inciderat, exiſtimauerunt. Planè ſi culpa nautarũ id factũ ſit, lege Aquilia agendũ. Sed ubi dãni iniuriæ agitur ob retia, non piſcium qui ideo capti non ſunt, fieri æſtimationé: cum incertum fuerit, an caperentur. Idemq; & in uenatoribus & aucupibus probandum.

XLII. *Cauſſa: Si nauis nauem contra ſe uenientem obruit. Hæc cauſſa approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 29. §. ſi nauis, hiſce uerbis:* Si nauis alteram contra ſe nenientem obruiſſet: aut in gubernatorem aut in ductorem actionem competere damni iniuriæ, Alfenua ait. Sed ſi tanta uis naui facta ſit, quæ tempetari non potuerit: nullam in dominum dandam actionem. Si autem culpa nautarũ id actũ ſit: puto Aquiliæ ſufficere.

XLIII. *Cauſſa: Si nauis in ſcapham alterius impacta, damnum illi dederit. Hæc cauſſa approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 29. §. ſi nauis, hiſce uerbis:* Si nauia rua impacta in meam ſcaphã, damnum mihi dedit: qnæſitũ eſt, quæ actio mihi cõpetat? Et ait Proculus, ſi in poteſtare nautarũ fuerit, ut id acciderer, & culpa eorum factũ ſit: lege Aquilia cum nautia agẽdum, qnia parui referret, nauem immirtendo, aut uerriculũ ad nauẽ ducendo, an tua manu damnũ dederia: qnia omnibus modia hia per te damno afficior. Sed ſi funo rupro, aut cum à nullo regeretur, nauis incurriſſet: cum domino agendum non eſſe.

XLIIII. *Cauſſa: Si nauem perforauit. Hæc cauſſa approbatur l. 27. §. ſi nauem. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si nauem uenaliciarum mercium perforaſſet quis: Aquiliæ actioné eſſe quaſi ruperit, Viuianus ſcribit.

De damno in tabulis & inſtrumentis dato.

XLV. *Cauſſa: Si teſtamentum deleuit. Hæc cauſſa approbatur l. 41. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si qa teſtamentũ deleuerit: an dãni iniuriæ actio cõperat, uideamus? Et Marcellus lib. V. Digeſtorũ dubitana, negat cõpetere. quéadmodum enim (inqnit) æſtimatio inibitur? Vlpianus. Ego apud eũ notaui, in teſtarore qni dẽ hoc eſſe uerũ: qa quod eiua intereſt, æſtimari non poteſt. Veruntamẽ in hęrede uel legatarija diuerſum: quibus teſtaméta penè chirographa ſunt. Ibidẽ aũt Marcellus ſcribit, chirographo deleto cõperere legis Aqniliæ actioné. *Concordat l. 42. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. lib. 39. c. 4. 7. quæſt. 1. exc. 10. repl. 4.*

XLVI. *Cauſſa: Si chirographũ alicuius aut aliã cautioné deleuit aut corrupit. Hæc cauſſa approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Ibidẽ aũt Marcellus ſcribit, &c. *Concordat l. 27. §. fin. cum quatuor legib. ſequentib. ff. de furtis. cuius uerba uide s̃. cap. 3. quæſt. 2. cauſſa 32. Concordat item l. 12. §. de lege Aquilia. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̃. cap. 6. reg. 4. except. 3. Item concordat l. 10. §. fin. ff. de edendo. cuius uerba uide s̃. lib. 6. cap. 4 in fine, quæſt. 3. Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi conditio debiti, de quo chirographum acceptum eſt, defecerit. quæ exceptio approbatur l. 40. ff. ad legem Aquiliam, his uerbis:* In lege Aquilia, ſi deletum chirographum mihi eſſe dicam, in quo ſub conditione mihi pecunia debita fuerat, & interim teſtib. quinq; id probare poſſim, qui eſſe nõ poſſint eo tẽpore quo conditio exiſtat: & ſummatim re expoſita, ad ſuſpicioné iudicé adducam:

ducam: debebo quidem uincera, ſed condemnationis tunc competet, cum debiri conditio extitit. Quòd ſi defecerit: cōdemnatio nullas uires habebit.

De teliquis damui ſpecisbus.

XLVII. *Cauſſa: Si aliquid uſtum, ruptum uel fractum ſit, aut alio modo deterius factum. Hæc cauſſa approbatur Inſt. de lege Aquilia. §. capite tertio. ibi: ſi quid enim, his uerbis:* Si quid uſtum, aut ruptum, aut fractum fuerit: actio ex hoc capite cōſtituitur. quanquā poterat ſola rupti appellatio in omnea iſtas cauſſas ſufficere. Ruptum enim intelligitur, quod quo quo modo corruptum eſt. Vnde non ſolùm fracta aut uſta, ſed etiam ſciſſa, & colliſa, & effuſa, & quoquo modo perēpta atq; deteriora facta, hoc uerbo continentur. Ait Imper. Ex hoc capite. *Scilicet tertio legis Aquiliæ. cuius uerba proponuntur l. 27. §. tertio autem, ff. eod. tt. quæ uide ſ. eod. cap. in prin. Ait inſuper:* Ruptum enim intelligitur, &c. *Huic concordat d. l. 27. §. inquit lex, his uerbis:* Inquit lex, Ruperit. Quod uerbum ferè omnes ueteres ſic intellexerunt, Corruperit. Etideo Celſus quærit, ſi lolium uel auenam in ſegetem alienam inieceris, quo eam inquinares: nō ſolùm Quod ui aut clàm, dominum poſſe agere, ual (ſi locatus fundus ſit) colonum: ſed eriam in factum agendū. Et ſi colonus eam exercuit, cauete eum debere Amplius non agi: ſcilicet ne dominus amplius inquietet. Nam alia quædam ſpecies damni eſt, ipſum quid corrumpere & mutare, ut lex Aquilia locum habeat: alia, nulla ipſius mutatione adplicare aliud, cu ius moleſta ſeparatio ſit. *Concordat item d. l. 27. §. cum eo planè. ibi: nec negat, his uerbis:* Non negat Celſus, fractum & uſtum contineri corrupti appellatione: ſed non eſſe nouū, ut lex ſpecialiter quibuſdam enumeratis generale ſubijciat uerbum, quo ſpecialia complectatur. Quæ ſententia uera eſt: *Definitur inſuper Rupti uocabulum d. l. 27. §. rupiſſe, his uerbis:* Rupiſſa eum utiq; accipiemus, qui uulnerauerit: ual uirgis, uel loris, uel pugnis cęciderit: uel telo, uel quo alio ſciderit alicui corpus: uel tumorē fecerit. Sed ita demum, ſi damnum iniuria datum eſt.

XLVIII. *Cauſſa: Si ueſtimenta aliena ſciderit, uel inquinauerit. Hæc cauſſa approbatur d. l. 27. §. ſi quis ueſtimenta, his uerbis:* Si quia ueſtimenta ſciderit, uel inquinauerit: Aquilia quaſi rupit tenetur.

XLIX. *Cauſſa: Si quis alicui de manu numos excuſſerit, ut perirent. Hæc cauſſa approbatur d. l. 27. §. ſi quis de manu, his uerbis:* Si quis de manu mihi numos excuſsit: Sabinus exiſtimat, damni iniuriæ eſſe actionem, ſi ita perierint, ne ad aliquem peruenirent: puta ſi in flumen, uel in mare, uel in cloacam ceciderunt. Quòd ſi ad aliquem peruenerint ope & conſilio, furti quidem agendū eſt: quod & antiquis placuit. Idem tamen & in factum dari poſſe actionem, ait.

L. *Cauſſa: Si alienas merces in mare proiecit. Hæc cauſſa approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 14. in prin. ff. de præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Qui ſeruandarum marcium cauſſa alienas merces in mare proiecit, nulla tenetur actione. Si ſine cauſſa id fecit, in factum: ſi dolo, de dolo.

LI. *Cauſſa: Si calicem argēteum alienum in profundum abiecerit. Hæc cauſſa approbatur d. l. 14. §. ſed etſi calicem, his uerbis:* Si calicem argenteū quia alienum in profundū abiecerit, idq; damni dādi cauſſa, non lucri faciendi: Pōponius lib. XVI. ad Sabinum ſcribit, neq; furti, neq; damni iniuriæ actionem eſſe: in factum tamen eſſe agendum.

LII. *Cauſſa: Si cùm plauſtrarius malè lapides cōpoſuiſſet, lapis ex ploſtro cadens ruperit aliquid uel fregerit. Hæc cauſſa approbatur l. 27. §. ſi ex plauſtro. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si ex plauſtro lapis ceciderit, & quid ruperit uel fregerit: Aquilia plauſtrariū teneri placet, ſi malè cōpoſuerit lapides, & ideo lapſi ſint. *Hactenus cauſſæ Aquiliæ actionis ſunt enumeratæ.*

LIII. *Cauſſa: Si cauſſam & occaſionē dāni dedit. Hæc cauſſa approbatur l. 10. §. in hac actione. ibi: nā & qui. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ȷ. cap. prox. except. 18. repl. 1. Concordat l. 4. §. ſi cum ſeruū. ibi: uerum eſt. ff. ui bonor. raptor. cuius uerba uide ȷ. lib. prox. cap. 14. quæſt. 4. except. 3. Sed et plures huiuſmodi cauſſas, ex quibus utilis legis Aquiliæ uel in factum actio competit, uide ȷ. cap. 12. quæſt. 5. except. 1. 2 & 3.*

DE EXCEPTIONIBVS PRAEcedentium cauſſarum generalibus. Cap. XI.

PRima exceptio: *Niſi furioſus damnum dederit. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. & ideo. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Quæritur, ſi furioſus dānum dederit, an legis Aquiliæ actio ſit? Et Pegaſus negauit: quæ enim in eo culpa ſit, qui ſuæ mentis nō eſt? Et hoc ueriſsimum eſt. Ceſſabit igitur Aquiliæ actio: quemad modum ſi quadrupes damnum dederit, aut tegula ceciderit. Sed et ſi infans damnum dederit, idem erit dicendum.

II. Exceptio: *Niſi infans damnū dederit. Hæc exceptio approbatur uerbis iā propoſitis hiſce:* Sed & ſi infans damnū dederit, idē erit dicēdum.

III. Exceptio: *Niſi impubes damnū dederit. Hæc exceptio reprobatur ibidem, his uerbis:* Quòd ſi impubes id fecerit: Labeo ait, quia furti tenetur, teneri & Aquilia eum. Et hoc puto uerum, ſi ſit iam iniuriæ capax.

IIII. EX-

IIII. Exceptio: *Niſi quadrupes damnum dederit. Hæc exceptio approbatur uerbis d. §. & ideo, ī. except. 1. propoſitis hiſce:* Quemadmodum ſi quadrupes damnum dederit. *Planè hoc caſu alia datur actio, de qua uide* J. *lib. prox. cap. 1.*

V. Exceptio *Niſi magiſtratus alicui damnum dederit. Hæc exceptio reprobatur l. 29. §. municipales. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Municipales magiſtratus ſi damnum iniuria dederint, poſſunt Aquilia teneri. Nam & cum pecudes aliquis pignori cepiſſet, & fame eas necaſſet, dum non patitur eis cibaria adferri: in factum actio danda eſt. Item ſi dum putat ſe ex lege capere pignus, non ex lege ceperit, & res tritas corruptasq́; reddat: dicitur legem Aquiliam locum habere. Quod dicendum eſt, etſi ex lege pignus ceperit. Si quid tamen magiſtratus, &c. *Reliqua uerba uide ī. cap. prox. cauſſa 2. except. 5. Sed & plura de exceptione propoſita uide ī. lib. 56. cap. 14. reg. 8.*

VI. Exceptio: *Niſi dominus ſeruo ſuo damnum dederit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: quoniam inter dominum & ſeruum actio non datur. uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi alius in ſeruo uſumfructum habeat. quæ replicatio approbatur l. 12. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si proprietatis dominus uulnerauerit ſeruum, uel occiderit, in quo uſusfructus meus eſt: danda eſt mihi ad exemplum legis Aquiliæ actio in eum pro proportione uſusfructus, ut etiam ea pars anni in æſtimationem ueniat, qua nondum uſusfructus meus fuit. *Altera replicatio eſt: Niſi alius ſeruum bona fide poßideat. Tertia replicatio eſt: Niſi alius ſeruum pignori acceperit. Hæ duæ replicationes approbantur l. 17. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si dominus ſeruum ſuum occiderit: bonæ fidei poſſeſſori, uel ei qui pignori accepit, in factum actione tenebitur. *Quarta replicatio eſt: Niſi heres ſeruum alij legatum occiderit. Hæc replicatio approbatur l. 14. ff. d. tt. his uerbis:* Si hæres ſeruum legatum occiderit: dicendum eſt, dandam in eum legatario actionem. *Quinta replicatio eſt: Niſi pars in ſeruo alterius ſit. Hæc replicatio approbatur l. 19. cum l. ſequente. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si communem ſeruum occiderit quis, Aquilia teneri eum Celſus ait. Idē eſt, etſi uulnerauerit, ſcilicet pro ea parte, pro qua dominus eſt qui agit.

VII. Exceptio: *Niſi creditor in re ſibi debita damnum dederit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur exemplo l. 54. ff. d. tt. his uerbis:* Legis Aquiliæ actio competit debitori, cum reus ſtipulandi ante moram promiſſam animal uulnerauerit. Idem eſt, & ſi occiderit animal. Quòd ſi poſt moram promiſſoris is qui ſtipulatus fuerat, occiderit: debitor quidem liberatur, lege autem Aquilia hoc caſu non rectè experietur. nam creditor ipſe ſibi potius quàm alij iniuriam feciſſe uidetur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ante moram factam creditor in re debita damnum dederit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Legis Aquiliæ actio, &c. *Concordat l. 55. ff. eod. tt. cuius uerba uide* J. *cap. prox. quæſt. 3. reg. 1.*

VIII. Exceptio: *Niſi ſeruus communis uni dominorum damnum dederit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 27. §. 1. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si ſeruus communis, id eſt meus & tuus, ſeruum tuum occiderit: legi Aquiliæ locus eſt aduerſus te, ſi tua uoluntate fecit. Et ita Proculū exiſtimaſſe Vrſeium refert. Quòd ſi non uoluntate tua fecit, ceſſare noxalem actionem: ne ſit in poteſtate ſerui, ut tibi ſoli ſeruiat. Quod puto uerum eſſe.

IX. Exceptio: *Niſi liber homo qui bona fide poſſidetur, ei à quo poßidetur, damnum dederit. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. Iulianus. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Iulianus ſcribit, Si homo liber bona fide mihi ſeruiat: ipſum lege Aquilia mihi teneri. *Concordat l. 54. §. item promittendo. ibi: ſed & damnum. ff. de adq. rer. dominio. cuius uerba uide ī. lib. 36. cap. 9. except. 6. repl. 9.*

X. Exceptio: *Niſi in eo ſeruo qui bona fide à non domino poßidetur, à ſeruo bonæ fidei poſſeſſoris damnum ſit datum. Hæc exceptio reprobatur l. 38. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si eo tempore quo tibi ſeruus meus, quem bona fide emiſti, ſeruiebat, ipſe à ſeruo tuo uulneratus eſt: placuit omnino me tecum rectè lege Aquilia experiri.

XI. Exceptio: *Niſi in re mariti uxor damnum dederit. Et hæc exceptio reprobatur l. 56. ff. d. tt. his uerbis:* Mulier ſi in re mariti damnum dederit: pro tenore legis Aquiliæ conuenitur. *Concordat l. 27. §. ſi cum maritus. ff. eod. tt. his uerbis:* Si cum maritus uxori margaritas extricatas dediſſet in uſum, eas inuito uel inſcio uiro perforaſſet, ut pertuſis in linea uteretur: Vlpianus ait, teneri eam lege Aquilia, ſiue diuerterit, ſiue nupta eſt adhuc. *Concordat item l. 2. in fine. C. rerum amotarum. cuius uerba uide* J. *lib. prox. cap. 5. quæſt. 3. cauſſa 1.*

XII. Exceptio: *Niſi in ſua re quis damnum dederit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur exemplo ſerui ī. except. 6.*

XIII. Exceptio: *Niſi iure factum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 1. in fine. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ī. cap. prox. quæſt. 3. cauſſa 2. in prin. Concordat l. 191. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Nemo damnum facit, niſi qui id facit quod facere ius non habet. *Huius exceptionis ſpecies ſunt exceptiones aliquot ſequentes. Planè ſi quis in ſuo ignē habuerit, ex quo damnum datur alteri, quamuis iure ignem habeat: tamen in factum actione tenetur. quæ*

replicatio

replicatio approbatur l.27.§.ſi furnū.ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ȷ.cap.prox.quæſt.5.exc.1.exēplo 7.

XIIII. Exceptio: *Niſi in re aliena, in ſuo loco non iure conſtituta, quis damnum dederit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.29.§.1.ff.ad l.Aquil.his uerbis:* Si protectū meum, quod ſupra domum tuam nullo iure habebam, recidiſſes: poſſe me tecum damni iniuriæ agere, Proculus ſcribit. Debuiſti enim me cum ius mihi non eſſe protectum ita habere, agere: nec æquū eſſe, damnū me pati reſciſsis à te meis tignis. Aliud eſt dicendū ex reſcripto Imperatoris Seueri, qui ei per cuius domum traiectus erat aquæductus citra ſeruitutē, reſcripſit, ſuo iure poſſe eū intercidere: & meritò. Intereſt enim, quod hic in ſuo protexit, ille in alieno fecit. *Ait Iuriſconſultus:* Aliud eſt dicendū ex reſcripto, &c. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, cuius replicatio prima hæc eſt: Niſi protectum alienū ſupra ſuam domū extenſum reciderit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si protectum meum, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi quis in pecore alieno, quod in ſuo loco deprehendit, damnum dederit. quæ replicatio approbatur l.39.ff. d.tt.his uerbis:* Quintus Mutius ſcribit. Equa cum in alieno paſceretur, in cogēdo (quod prægnans erat) eiecit: quærebatur, dominus eius poſſet'ne cum eo qui egiſſet, lege Aquilia agere: quia equā eijciēdo ruperat? Si percuſsiſſet, aut conſultò uehementius egiſſet: uiſum eſt agere poſſe. Pomponius. Quamuis alienum pecus in agro ſuo quis deprehendit: ſic tamen illud expellere debet, quomodo ſi ſuū deprehendiſſet: quoniam ſi quid ex ea re damni ceperit, habet proprias actiones. Itaq; qui pecus alienū in agro ſuo deprehēdit, nō iure id includit: nec agere illud aliter debet, quā (ut ſuprà diximus) quaſi ſuum: ſed uel abigere debet ſine damno, uel admonere dominū ut ſuum recipiat. *Quod dictum de pecore, idē de apibus cauetur l.27.§.ſi cum apes.ff.eod.tt.his uerbis:* Si cum apes meæ ad tuas aduolaſſent, tu eas exuſſeris: legis Aquiliæ actionem competere, Celſus ait.

XV. Exceptio: *Niſi ſui defendendi cauſſa damnum alteri dedit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ī.cap.prox.quæſt.3.cauſſa 2.except.2.eiusq; exemplum proponitur l.52.§.1.ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Tabernarius in ſemita noctu ſupra lapidem lucernā poſuerat, & quidam præteriens eā ſuſtulerat: tabernarius eum conſecutus lucernā repoſcebat, & fugientē retinebat. Ille flagello quod in manu habebat, in quo dolo inerat, uerberare tabernariū cœperat, ut ſe dimitteret: & ex eo maiore rixa facta, tabernarius ei qui lucernam ſuſtulerat, oculum effoderat. Conſulebat, num damnum iniuria uideretur dediſſe: quoniam prior flagello percuſſus eſſet? Alfenus reſpondit, niſi data ad hoc opera effodiſſet oculum, nō uideri damnū iniuria feciſſe. Culpam enim penes eū qui prior flagello percuſsit, reſidere. Sed ſi ab eo non prior uapulaſſet, ſed cum ei lucernam eripere uellet, rixatus eſſet: tabernarij culpa factū uideri. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi reus prior cœperit percutere. quæ replicatio approbatur uerbis iā propoſitis. Cōcordat l.1.§.cū arietes.ff.ſi quadrupes paupiē feciſſe. cuius uerba uide ȷ. lib.px.cap.1. quæſt.2.exc.3. Aliā replicationē uide ī.cap.prox.quæſt.3.cauſſa 2.exc.2.*

XVI. Exceptio: *Niſi ulciſcēdi ſui cauſſa alteri dānum dederit. Hæc exceptio reprobatur l.45.§.qui cū, in fine.ff.ad l.Aquil. cuius uerba uide d.exc.2.repl.1.*

XVII. Exceptio: *Niſi arcendi incendij gratia uicinas ædes intercidit. Hæc exceptio approbatur l.49.§.quod dicitur.ff.d.tt.his uerbis:* Quod dicitur, damnū iniuria datum Aquilia perſequi: ſic erit accipiendū, ut uideatur damnū iniuria datū, quod cum damno iniuriā attulerit: niſi magna ui cogente fuerit factū: ut Celſus ſcribit circa eum qui incendij arcendi gratia uicinas ædes intercidit. Nā hoc ſcribit, ceſſare legis Aquiliæ actionē. Iuſto enim metu ductus ne ad ſe ignis perueniret, uicinas ædes intercidit. Et ſiue peruenit ignis, ſiue antè extinctus eſt: exiſtimat legis Aquiliæ actionem ceſſare. *Cōcordat l.3.§.quod ait prætor, in fine.ff. de incendio, ruina, &c. cuius uerba uide ȷ.lib.prox.cap.15.quæſt.3.cauſſa 4.exc.1. Cōcordat itē l.7.§.eſt aūt et alia.ff.quod ui aut clàm. cuius uerba uide ī.lib.13.cap.12.quæſt.3.exc.17.*

XVIII. Exceptio: *Niſi ſine dolo malo damnū datum ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur Inſt.de lege Aquilia.§.illud palàm, his uerbis:* Illud palàm eſt, ſicut ex primo capite ita demū quiſq; tenetur, ſi dolo aut culpa eius homo aut quadrupes occiſus occiſaue fuerit: ita ex hoc capite de dolo aut culpa, & de cætero dāno quanq; teneri. *Ait Imperator:* Sicut ex primo capite, &c. *De hac re uide ī. cap.prox.quæſt.3.cauſſa 2.except.6. Huius exemplū proponitur l.49.§.quod dicitur.ff.ad l.Aquiliā. cuius uerba uide ī.except.prox. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi culpa rei coauentis damnū datum ſit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Dolo aut culpa, &c. *Cōcordat l.30.§.in hac actione.ff.d.tt.his uerbis:* In hac actione quæ ex hoc capitulo oritur, & dolus & culpa punitur. Ideoq; ſi quis in ſtipulam ſuā uel ſpinam comburendæ eius cauſſa ignē immiſerit, & ulterius euagatus & progreſſus ignis, alienam ſegetem uel uineā læſerit: requiramus nū imperitia eius aut negligentia id acciderit. nam ſi die uētoſo id fecit, culpæ reus eſt: nā & qui occaſionē

prę ſtat, ipſe damnũ feciſſe uidetur. In eodẽ crimine eſt & qui non obſeruauit, ne ignis longius procederet. At ſi omnia quæ oportuit, obſeruauit, uel ſubita uis uẽti lõgius produxit ignẽ: caret culpa. *Cõcordant ea quæ propoſita ſunt ſ. cap. prox. quæſt.3. cauſſa 2. exc.6. Huius exemplũ proponitur l.52.§. in cliuo. ibi: nam nihilominus. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt.2. reg.4. Sanè propoſitæ replicatiõis ſpecies & exempla ſunt replicationes proximè ſequẽtes. Huius replicationis duplicatio hæc uidetur eſſe: Niſi leuiſſima fuerit culpa. Sed hæc duplicatio reprobatur l.44. in prin. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* In lege Aquilia etiã leuiſsima culpa uenit. *Planè admittitur duplicatio propoſita in dãno dato à libero homine, bona fide poſſeſſo, ei à quo poßidetur, l.54.§. itẽ promittẽdo. ibi: ut tamen culpã ff. de adq. rer. dom. cuius uerba uide ſ. lib.36. cap.3. except.6. repl.9. Altera replicatio eſt: Niſi imperitia damnũ datũ ſit. quæ replicatio approbatur uerbis d.§. in hac actione, ſ. propoſitis hiſce:* Requiramus num imperitia, &c. *Concordat l.6.§. ſicut medico. ff. de officio præſidis. cuius uerba uide ſ. lib.4. cap.4. quæſt.1. except.1. Sed & concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. lib.36. cap.3. exc.8. repl.1. dupl.3. tripl.2. item lib.43. cap.6. quæſt.2. cauſſa 9. except.1. repl.2. Tertia replicatio eſt: Niſi propter infirmitatem damnũ dederit. Hæc replicatio approbatur l.8.§. mulionẽ. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt.5. cauſſa 2. except.14. Quarta replicatio eſt: Niſi nimia ſæuitia præceptor in diſciplina diſcipulo damnũ dederit. Hæc replicatio approbatur l.5.§. fin. cum legib. ſequẽtib. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Si magiſter in diſciplina uulneraverit ſeruũ, uel occiderit: an Aquilia teneatur, quaſi damnũ iniuria dederit? Et Iulianus ſcribit, Aquilia teneri eũ qui eluſcauit diſcipulũ in diſciplina. Multo magis igitur in occiſo idẽ erit dicẽdũ. Proponitur aũt apud eũ ſpecies talis. Sutor (inquit) puero diſcenti ingenuo filiofamilias, parũ bene facienti quod demonſtratũ erat, forma calcei ceruicẽ ita percuſsit, ut oculus puero perfunderetur. Dicit igitur Iulianus, iniuriarũ quidẽ actionẽ non cõpetere: quia non faciẽdæ iniuriæ cauſſa percuſſerit, ſed monendi & docendi cauſſa. An ex locato, dubitat: quia leuis duntaxat caſtigatio cõceſſa eſt docẽti. Sed lege Aquilia poſſe agi, non dubito. Præceptoris enim nimia ſæuitia culpæ adſignatur. Qua actione patrẽ cõſecuturum ait, quo minus ex operis filij ſui propter uitiatũ oculũ ſit habiturus. & impendia quæ pro eius curatione fecerit. *Concordat l.13.§. itẽ Iulianus. ff. locati. cuius uerba uide ſ. lib.41. cap.6. quæſt.2. cauſſa 9. except.1. repl.3. Plura de exceptione propoſita uide ſ. lib.36. cap.3. exc.6.*

XIX. Exceptio: *Niſi impulſu alterius dãnum dederit. Hæc exceptio approbatur l.7.§. proinde ſi qs. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Si qs alterius impulſu damnũ dederit: Proculus ſcribit, neq; eũ q impulit, teneri (quia nõ occidit) neq; eum qui impulſus eſt: quia dãnũ nõ iniuria dedit. Secundũ qđ in factũ actio erit dãda in eũ qui impulit. *Cõcordat l.52.§. in cliuo, in fine ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt.2. reg.4.*

XX. Exceptio: *Niſi non corpore ſuo, ſed alio modo quis damnum dederit. hoc enim caſu non directa, ſed utilis Aquiliæ actio competit. quæ exceptio approbatur Inſt. de lege Aquilia. §. cæterùm placuit. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt.5. except.1.*

XXI. Exceptio: *Niſi ei damnum datum ſit, apud quem in alea luſum eſſe dicitur. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. ff. de aleatoribus. cuius uerba uide ſ. cap.3. quæſt.2. exc.31. Huius exceptionis replicatio, ſumpta ex tẽpore & loco dãni dati, reprobatur d.l.1.§. item notandum. cuius uerba uide d. exc.31. repl.1.*

XXII. Exceptio: *Niſi res non ſit facta deterior. Hæc exceptio approbatur l.27.§. rupiſſe. ibi: cæterùm. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Si nullo ſeruũ pretio uilio rẽ deteriorẽue fecerit: Aquilia ceſſat, iniuriarũq; erit agẽdũ duntaxat. Aquilia enim eas ruptiones quæ dãna dãt, perſequitur. Ergo etſi precio quidẽ nõ ſit deterior ſeruus factus, uerùm ſumptus in ſalutẽ eius & ſanitatẽ facti ſunt: in hæc mihi uidebitur damnũ datũ, atq; ideo lege Aquilia agi poſſe. *Concordat d.l.27.§. ſi oliuam. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt.3. cauſſa 32. Concordat item d.l.27.§. etſi puerum, his uerbis:* Si puerum quis caſtrauerit, & precioſiorem fecerit: Vinianus ſcribit, ceſſare Aquiliã: ſed iniuriarum erit agendũ, aut ex edicto ædiliũ, aut in quadruplũ. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſumptus in reficienda re ſint facti. Hæc replicatio approbatur uerbis d.§. rupiſſe, iam propoſitis hiſce:* Ergo etſi precio quidem, &c.

XXIII. Exceptio: *Niſi ſeruus qui uulneratus fuit, rurſus ſit ſanatus. Hæc exceptio reprobatur l.45.§. lege. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Lege Aquilia agi poteſt & ſanato uulnerato ſeruo.

XXIIII. Exceptio: *Niſi actor periculum & dãnũ euitare potuit. Hæc exceptio approbatur l.203. ff. de reg. iuris, hiſce uerbis:* Quod quis ex culpa ſua damnum ſentit, non intelligitur dãnũ ſentire. *Concordat l.28. in fine. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt.5. cauſſa 10. uide item J. lib. prox. cap.1. quæſt.2. except.2.*

XXV. Exceptio: *Niſi res in qua damnũ datũ eſt, poſtea ſine culpa rei conuenti perierit. Hæc exceptio reprobatur l.27.§. ſi homo, in fine. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ſ. lib.21. cap.7. reg.3. except.2.*

XXVI. Exceptio: *Niſi ſeruus mortiferè uulneratus, liber hereſq; eſſe iuſſus, deceſſerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.36.§. ſi dominus. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si dominus ſeruũ quem Titius mortiferè uulnerauerat, liberum & hæredẽ eſſe iuſſerit, eiq; poſtea Mæuius extiterit hæres: non habebit Mæuius

cum

cum Titio legis Aquiliæ actioné, ſcilicet ſecundũ Sabini opinioné, qui putabat ad hæredẽ actionem non tranſmitti, quæ defuncto cõpetere non potuiſſet. Nã ſanè ab ſurdũ accideret, ut hęres preciũ quaſi occiſi conſequeretur eius cui hæres extitit. Quòd ſi ex parte eũ dominus hęredẽ cum libertate eſſe iuſſerit: cohęres eius, mortuo eo, aget lege Aquilia. *Concordat l.15.§.fin.cum lege ſequente.ff.eod.tt.his uerbis:* SI uulneratum mortiferè liberũ & hæredem eſſe iuſſerit, deinde deceſſerit: hæredem eius agere Aquilia non poſſe, Vlpianus ait. Quia in eũ caſum res peruenit, à quo incipere nõ poteſt. *Concordat item l.23.§.1.ff. eod.tt. his uerbis:* Iulianus ait, Si ſeruus liber & hęres eſſe iuſſus, occiſus fuerit: neq; ſubſtitutũ neq; legitimũ actione legis Aquiliæ hæreditatis æſtimationem conſecuturum, quæ ſeruo competere non potuit. Quæ ſententia uera eſt. Precij igitur ſolummodo fieri æſtimationem: quia hoc intereſſe ſolummodo ſubſtituti uideatur. Ego auté puto nec precij fieri æſtimationem: quia ſi hæres eſſet, & liber eſſet.

XXVII. *Exceptio: Niſi ſemel ſit actũ. Hæc exceptio approbatur quidẽ ipſo iure, uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi alius antea egerit. quæ replicatio approbatur exemplo l.27.§. inquit lex. ibi: & ſi colonus.ff.ad l.Aquiliã.cuius uerba uide ĩ.cap.prox. quæſt.3.cauſſa 47. Altera replicatio eſt: Niſi cum alio antea ſit actum. quæ replicatio approbatur l.11. § ſed ſi plures. ibi: et ſi cum uno.ff.d.tt.cuius uerba uide ĩ.cap.12.quæſt.3.reg.6.in fine. Tertia replicatio eſt: Niſi ex alia cauſſa uel facto antea ſit actũ. Hæc replicatio approbatur l.32.§.fin.ff.d.tt.his uerbis:* Si idem eundẽ ſeruum uulnerauerit, poſtea deinde etiã occiderit: tenebitur & de uulnerato, & de occiſo: duo enim ſunt delicta. Aliter atq; ſi quis uno impetu pluribus uulneribus aliquẽ occiderit. tũc enim una erit actio de occiſo. *Concordat l.46. cum lege ſequẽte.ff.eod.tt.cuius uerba uide ĩ.cap.prox.quæſt.2.reg.9. Concordat item l.48.ff.eod.tt.cuius uerba uide ĩ.lib.prox.cap.4.quæſt.7.reg 3. Quarta replicatio uidetur: Niſi alia actione antea ſit actũ. Hæc replicatio reprobatur l.18.ff.ad l Aquiliã, his uerbis:* Si is qui pignori ſeruũ accepit, occiderit eũ uel uulnerauerit: lege Aquilia & pignoraticia cõueniri poteſt. Sed alterutra cõtẽtus eſſe debebit actor. *Cõcordat l.27.§.Proculus.ff. eod.tt.cuius uerba uide ĩ.lib.41.cap.2 quæſt.1.cauſſa 12.exc.7. Planè admittitur replicatio propoſita primùm quidẽ, ſi ex diuerſis cauſſis actiones cõpetant. quæ diſtinctio approbatur l.15. §. ſi quis ſeruo.ff. de iniurijs, his uerbis:* Si quis ſeruo uerberato iniuriarũ egerit, deinde poſtea damni iniuriæ agat: Labeo ſcribit, eandẽ rem nõ eſſe: quia altera actio ad damnũ pertinet culpa datũ, altera ad contumeliã. *Concordat l.17.§. ſeruus meus.ff eod.tt.his uerbis:* Seruus meus opera uel querela tua flagellis cæſus eſt à magiſtratu noſtro. Mela putat, dandã mihi iniuriarũ actionem aduerſus te, in quantũ ob eam rem æquum iudici uidebitur. Et ſi ſeruus deceſſerit, dominũ eius agere poſſe Labeo ait: quia de dãno quod per iniuriã factũ eſt, agitur. Et ita Trebatio placuit. *Concordat item l.2.§.item quæſitũ.ff.de priuatis delictis: cuius uerba uide ĩ.lib.48.cap.16.except.5.diſtinct.2. Deinde admittitur replicatio propoſita, ſi aliquid amplius ſit in legis Aquiliæ actione, quàm fuit in priore. quæ diſtinctio approbatur l.33.in prin.ibi: rationabilius.ff.de action. & obligat. cuius uerba uide ĩ. cap.14.except.17.repl.4. Hactenus exceptiones cõtra cauſſas actionis Aquiliæ. Sed & plures huiuſmodi exceptiones uide ĩ.cap.prox.quæſt.3.cauſſa 2.*

DE RELIQVO AQVILIAE actionis iure. Cap. XII.

I. QVIBVS ACTIO LEGIS Aquiliæ competit?

P*Rima regula, De hæredib.eius qui damnũ paſſus eſt. His quoq; eadẽ competit actio. quæ regula approbatur l.23.§.hanc actionẽ.ff. ad l.Aquiliã, his uerbis:* Hanc actionẽ & hæredi cæterisq; ſucceſſorib. dari cõſtat: ſed in hæredẽ uel cæteros hæc actio non dabitur, cum ſit pœnalis: niſi fortè ex dãno locupletior hęres factus ſit. *Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Niſi poſt mortem defuncti ante aditam hæreditatẽ damnũ datũ ſit. Sed hæc exceptio reprobatur l.13.§.ſi ſeruum.ff. d. tt. cuius uerba uide ĩ. cap.10. quæſt.3.cauſſa 2.except.20. Concordat l.43.ff.eod.tt. his uerbis:* Ob id quòd antequã hęreditatẽ adires, dãnũ admiſſum in res hæreditarias eſt, legis Aquiliæ actionẽ habes, quòd poſt mortẽ eius cui hæres ſis, acciderit. dominũ enim lex Aquilia appellat nõ utiq; eũ qui fuerit tunc, cum damnũ daretur. Nam iſto modo ne ab eo quidẽ, cui hæres quis erit, tranſire ad eũ actio ea poterit: neq; ob id quod tunc cõmiſſum fuerit, cum in hoſtiũ poteſtate eſſes, agere poſtliminio reuerſus poteris. Et hoc aliter cõſtitui ſine magna captione poſthumorũ liberorũ, qui parentibus hæredes erunt, non poterit. Eadem dicemus & de arboribus eodẽ tẽpore furtim cæſis. Puto eadẽ dici poſſe & de actione Quod ui aut clàm: ſi modò quis aut prohibitus fecerit, aut apparuerit eũ intelligere debuiſſe, ab eis ſe, ad quos ea hæreditas pertineret, ſi reſciſſent, prohibitũ iri. *Altera exceptio eſt: Niſi in re alij legata damnũ ſit datum. hoc enim caſu legatario, non hæredi competit actio. quæ exceptio approbatur, ſimul et diſtinguitur d.l.13.§.fin.his uerbis:* Si ſeruus legatus poſt aditam hæreditatem ſit occiſus: competere legis Aquiliæ actionem legatario, ſi mo

dò poſt mortẽ ſerui agnouit legatũ. Quod ſi repudiauit: conſequens eſſe ait Iulianus, dicere hæredi cómpetere. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi legatarius legatum repudiauerit. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quod ſi repudiauit, &c. *Concordat l.36. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ʒ dupl. prox. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi res in qua damnũ datum eſt, duob. fuerit legata. hoc enim caſu uno repudiante, alteri in ſolidum competit actio, non hæredi. quæ duplicatio approbatur l.17. ff. d. tt. his uerbis:* Si coniunctim duob. legetur Stichus, & alter eorũ occiſum répudiauerit: puto coniunctũ ſolum poſſe Aquilia agere: quia retrò adcreuiſſe dominiũ ei uidetur. *Concordat l.14. cum duab. ll. ſequentib. ff. eod. tt. his uerbis:* Titio & Seio Stichũ legaui. deliberante Seio, cum Titius uindicaſſet legatũ, Stichus occiſus eſt, deinde Seius repũdiauit legatũ. Perinde Titius agere poterit, ac ſi ſoli legatus eſſet: quia retrò adcreuiſſe dominiũ ei uidetur. Nã ſicut repudiãte legatario, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi ante aditam hæreditatem damnum in re legata ſit datum. Hæc replicatió approbatur l. 15. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si ante aditã hæreditaté occidatur legatus ſeruus, apud hęredé remanet Aquiliæ actio per hęreditaté adquiſita. Quòd ſi uulneratus ſit ante aditã hæreditaté: in hæreditate quidé actio remãſit, ſed cedere eã legatario hæredem oportet. *Tertia exceptio eſt: Niſi in corpore defuncti adhuc uiui damnũ ſit datum. Hæc exceptio approbatur l.5. §. hæc autẽ, in fine. ff. de his qui deiecerint. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.16. queſt.5. reg.1. except.2.*

I I. *Regula: Domino rei in qua damnũ datum eſt, Aquiliæ actio cõpetit, non alij. quæ regula approbatur l.11. §. legis. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Legis Aquiliæ actio hero cópetit, hoc eſt domino. *Concordat l.13. §. fugitiui. ff. eod. tt. his uerbis:* Fugitiui nomine dominus actioné habet. *Huius regulæ exceptio prima uidetur: Niſi in re cõmodata dãnũ datũ ſit. hoc enim caſu cõmodatario, nõ domino actio uidetur competere. uerùm exceptio hæc reprobatur l.11. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Eum cui ueſtimenta commodata ſunt, non poſſe, ſi ſciſſa fuerint, lege Aquilia agere. Iulianus ait: ſed domino eã cõpetere. *Altera exceptio eſt: Niſi alius uſumfructũ uel uſum in re habeat. nam & huic utilis datur actio. quæ exceptio approbatur d. §. fin. his uerbis:* An fructuarius uel uſuarius legis Aqliæ actioné haberet, Iulianus tractabat. Et ego puto melius, utile iudicium ex hac cauſſa dandum. *Concordat l.12. ff. eod. tt. cuius uerba uide ʒ. cap. prox. except.6. repl.1. Cõcordat itẽ l.21. §. fin. ff. de uſufructu & quemad. his uerbis:* Si quis ſeruũ occiderit, utilé actioné exéplo Aquiliæ fructuario dandã, nunquã dubitaui. *Tertia exceptio eſt: Niſi res ab alio bona fide poſsideatur. hoc enim caſu bonæ fidei poſſeſſori datur actio. quæ exceptio approbatur d.l. 11. §. ſed etſi ſeruus, his uerbis:* Si ſeruus bona fide alicui ſeruiat, an ei cõpetat Aquiliæ actio? & magis in factum erit danda. *Concordat l.17. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ʒ. cap. prox. except. 6. repl. 3. Quarta exceptio eſt: Niſi inſula exuſta alij locata fuerit inhabitanda. hoc enim caſu etiam inquilino datur actio Aquiliæ. quæ exceptio approbatur l.27. §. ſi quis inſulam. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ʒ. cap.10. queſt.3. cauſſa 20. Quinta exceptio eſt: Niſi fundus in quo damnum datum eſt, alij fuerit locatus. hoc enim caſu colono etiam cõpetit actio. quæ exceptio approbatur d.l.27. §. inquit lex. cuius uerba uide ʒ. d. queſt. 3. cauſſa 47. Sexta exceptio eſt: Niſi res alij pignori fuerit obligata. hoc enim caſu etiam creditori actio datur. quæ exceptio approbatur l.30. §.1. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Pignori datus ſeruus ſi occiſus ſit, debitori actio competit. Sed an & creditori danda ſit utilis: quia poſsit intereſſe eius, quòd debitor ſoluendo non ſit, aut quòd lité tempore amiſerit, quæritur? Sed iniquum fuerit, & domino & creditori eum teneri: niſi quis putauerit nullam in ea re debitorem iniuriam paſſurũ, cum proſit ei ad debiti quantitaté, & quod amplius cõſecuturus ſit ab eo, uel ab initio in id quod amplius ſit quàm in debito, debitori dandam eſſe actionem. Et ideo in his caſibus, in quibus creditori danda eſt actio propter inopiã debitoris, uel quòd litem amiſerit: creditor quidem uſq; ad modum debiti habebit Aquiliæ actioné, ut proſit hoc debitori: ipſi autem debitori in id quod debitũ excedit, competet Aquiliæ actio. *Ex his patet, creditori purè quidé ſeu regulariter actionem propoſitam non competere, ſed ſub duabus hiſce conditionibus, ſi debitor non ſit ſoluendo, uel à principali actione tempore ſit excluſus. Tertia conditio eſt, ſi debitor ipſe dãnũ in re pignori obligata dederit. quæ proponitur l.17. in prin. ff. eod. tt.: cuius uerba uide ʒ. cap. prox. exc. 6. repl. 3. Septima exceptio eſt: Niſi res in qua dãnũ datũ eſt, alij à domino debebatur. hoc enim caſu non domino, ſed ei cui res debetur, actio uidetur cõpetere. quæ exceptio reprobatur l.18. §. fin. ff. de dolo malo. cuius uerba uide ʒ. lib.18. cap.10. reg.3. Octaua exceptio eſt: Niſi res ſit redhibenda uenditori. hoc enim caſu non emptori domino, ſed uenditori potius Aquiliæ actio uidetur danda. Sed & hæc exceptio reprobatur l.11. §. ſi in eo. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ʒ. lib. 42. cap. 5. reg. 2.*

II. ADVERSVS QVOS Actio legis Aquiliæ competit?

I. Regula, De hæredibus & cæteris ſucceſſoribus. Aduerſus hos actio propoſita non competit. quæ regula approbatur l.23. §. hanc actionem. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ʒ. queſt. prox. reg. 1. in prin. Concordat Inſt. eod tt. §. his autẽ uerbis. ibi: ideoq; conſtat.

Cuius

cuius uerba uide ȷ.quæſt.prox. reg.1. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi de eo quo ex damno locupletiores facti ſunt. quæ exceptio approbatur d.§. hanc actionem.

II. Regula: Is ſolùm qui damnũ dedit, non alius hac actione tenetur. quæ regula ipſo quidè iure ſubſiſtit, uerùm eius exceptio prima hæc eſt: Niſi impulſu alterius damnum dedit. hoc enim caſu non is qui dedit damnum, ſed is qui impulit, tenetur. quæ exceptio approbatur l.7. §. proinde ſi quis. ff. ad l. Aquiliam. cuius uerba uide ſ.cap.prox. except.19. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi culpa eius qui impulſus eſt, præceſſerit. quæ replicatio approbatur exemplo l.11.in prin. ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap.10. quæſt.3.cauſſa 2. except.11. Secunda exceptio eſt: Niſi iuſſu uel mandato alterius damnum dederit. hoc enim caſu is qui iuſſ t.tenetur. quæ exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.37.in prin. ff. ad l. Aquil. his uerbis: Liber homo ſi iuſſu alterius damnum iniuria dedit: actio legis Aquiliæ cum eo eſt qui iuſſit, ſi modò ius imperandi adfuit: quod ſi non adfuit, cum eo agendum eſt qui fecit. Concordat l.130. in prin. ff. de reg. iuris. cuius uerba cum alijs ad propoſitam exceptionẽ pertinentibus uide ſ.lib.3.cap.2. except.4. Tertia exceptio eſt: Niſi ope alterius damnũ dederit. hoc enim caſu uterq; tenetur. quæ exceptio approbatur l.11.§.ſi alius. ff.ad l.Aquiliam, his uerbis: Si alius tenuit, alius interemit: is qui tenuit quaſi mortis cauſſam præbuit, in factũ actione tenetur. Quarta exceptio eſt: Niſi ſeruus damnũ dederit. hoc enim caſu in dominũ eius datur actio. quæ exceptio approbatur l.44. cum l. ſequente. ff.d.tt. his uerbis: Quoties ſciente domino ſeruus uulnerauerit, uel occiderit: Aquilia dominũ teneri, dubiũ non eſt. Sciẽtiã hic pro patientia accipimus: ut qui prohibere potuit, teneatur, ſi non fecerit. Concordat l.27.§.1.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. ca.prox. except.8. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ignorante uel inuito domino ſeruus fecit. quæ replicatio approbatur d.§.1. Altera replicatio eſt: Niſi ſeruus ab alio bona fide poßideatur. Sed hæc replicatio reprobatur d.l.27.§.ſerui autẽ, his uerbis: Serui occidentis nomine dominus tenetur: is uerò cui bona fide ſeruit, non tenetur. Tertia replicatio uidetur: Niſi ſeruus in fuga ſit. Hæc replicatio reprobatur d. §. ſerui autem, his uerbis: An is qui ſeruum in fuga habet, teneatur nomine eius actione Aquiliæ, quæritur? Et ait Iulianus, teneri: & uerißimum eſt, cum & Marcellus conſentiat.

III. Regula, De eo qui ignem ſubiecit, & eo qui ignem malè cuſtodiuit, inſula exuſta: uter teneatur, definitur d.l.27.§.ſi fornacarius. cuius uerba uide ſ. lib.41.cap.2.quæſt.1.cauſſa 12.except.1.repl.3.

IIII. Regula, De domino plauſtri prioris, & domino plauſtri poſterioris, et de mulione, ſi prius plauſtrum poſterius impulit, quo ſeruo alicuius damnum eſt datum: quis ex iis teneatur, definitur l.52.§.in cliuo. ff.ad l.Aquiliam, his uerbis: In cliuo Capitolino duo plauſtra onuſta mulæ ducebant: prioris plauſtri muliones conuerſum plauſtrũ ſubleuabant, quo facilè mulæ ducerẽt. Interim ſuperius plauſtrũ ceſſim ire cœpit, & cũ muliones qui inter duo plauſtra fuerãt, è medio exiſſent, poſterius plauſtrũ à priore percuſſum retrò redierat, & puerũ cuiuſdã obtriuerat: dominus pueri cõſulebat, cum quo ſe agere oporteret? Iulianus reſpondit, in cauſſa ius eſſe poſitũ. Nam ſi muliones qui ſuperius plauſtrũ ſuſtinuiſſent, ſua ſponte ſe ſubduxiſſent, & ideo factũ eſſet, ut mulæ plauſtrũ retinere nõ poſſent, atq; ipſo onere retraherẽtur: cum domino mularũ nullam eſſe actionẽ, ſed cum hominib. qui cõuerſum plauſtrũ ſuſtinuiſſent, lege Aquilia agi poſſe. Nã nihilominus eum damnũ dare, qui quod ſuſtineret, dimitteret ſua uoluntate, ut id aliquẽ feriret: ueluti ſi quis aſellũ, cum agitaſſet, non retinuiſſet. Aequè ſi quis ex manu telũ aut aliud quid immiſiſſet, damnũ iniuria dari. Sed ſi mulæ, quia aliquid reformidaſſent, & muliones timore permoti ne opprimerentur, plauſtrum reliquiſſent: cum hominibus actionem nullam eſſe, cum domino mularũ eſſe. Quòd ſi neq; mulæ neq; homines in ea cauſſa eſſent, ſed mulæ retinere onus nequiſſent, aut cum conarentur, lapſæ cõcidiſſent, & ideo plauſtrũ ceſſim redijſſet, atq; id cõuerſum fuiſſet, & onus ſuſtinere nequiſſent: neq; cum domino mularum, neq; cum hominibus eſſe actionẽ. Illud quidẽ certum eſt, quoquomodo res ſeſe haberet. cum domino poſteriorũ mularum agi non poſſe: quoniã non ſua ſponte, ſed percuſſæ retrò redijſſent.

V. Regula, De pluribus ſimul damnũ dãtibus. Omnes tenentur. quæ regula approbatur l.11.§.ſi plures. ff.ad l. Aquiliam, his uerbis: Si plures trabem deiecerint, & hominem oppreſſerint: ueteribus placet, omnes lege Aquilia teneri. Concordat d.l.11.§.ſed ſi plures. cuius uerba uide ȷ. quæſt.prox.reg.6.in fine. Concordat l.51.ff.eod.tt. cuius uerba uide ȷ.quæſt.prox.reg.6.caſu 2.

III. QVID QVANTVMQVE VEniat in actione propoſita?

I. Regula: Si ſeruus uel quadrupes quæ pecudũ numero eſt, occiſus occiſaue fuerit: tenetur reus quanti ea res in eo anno plurimi fuerit. quæ regula approbatur uerbis edicti prætoris, ſ.cap 10.in princip. propoſitis. Concordat Inſt.de lege Aquilia, in prin. his uerbis: Damni iniuriæ actio conſtituitur per legẽ Aquiliam: cuius primo capite cautũ eſt, ut ſi quis alienum hominẽ, alienamúe quadrupedem, quæ pecudum numero ſit, iniuria occiderit: quanti ea res in eo anno

plurimi fuerit, tantùm domino dare dánetur. *Declaratur regula propoſita definitione horũ uerborũ, Quanti ea res in eo anno, &c. Inſt. d. tt. §. his autẽ, hoc modo:* His uerbis legis, Quáti id in eo anno plurimi fuerit: illa ſententia exprimitur, ut ſi quis hominẽ tuũ, q hodie claudus, aut mancus, aut luſcus erit, occiderit, qui in eo anno integer aut precioſus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit, ſed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditũ eſt, pœnalẽ eſſe huius legis actionem: quia non ſolùm tanti quiſq; obligatur, quantũ damni dederit, ſed aliquádo longè pluris. Ideoq; cõſtat, in hęredem eá actionẽ non tranſire: quæ tráſitura fuiſſet, ſi ultra damnũ nunquá lis ęſtimaretur. *Concordat l. 23. §. idem Iulianus. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Iulianus ſcribit, æſtimationẽ hominis occiſi ad id tempus referri, quo plurimi in eo anno fuit. Et ideo ſi precioſo pictori pollex fuerit pręciſus, & intra annum quo præcideretur, fuerit occiſus: poſſe Aquilia agi, eoq; precio æſtimandũ, quanti fuit priuſquam artem cum pollice amiſiſſet. *Concordat item d. l. 23. §. ſed etſi bonæ, his uerbis:* Si bonæ frugi ſeruus intra annum mutatis moribus occiſus ſit: preciũ id æſtimabitur, quáto ualeret prius quàm mores mutaret. *Sanè ex quo tempore annus ſit numerandus, definitur l. 21. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Ait lex, Quanti in eo anno plurimi fuit. Quæ clauſula æſtimationẽ habet damni quod datũ eſt. Annus aũt retrorſum cõputatur, ex quo quis occiſus eſt. Quòd ſi mortiferè fuerit uulneratus, & poſtea poſt longũ interuallũ mortuus ſit: inde annũ numerabimus ſecundũ Iulianũ, ex quo uulneratus eſt: licet Celſus contrà ſcribat. *Planè propoſitæ regulæ exceptiones uide ſ̄. cap. 10. quæſt. 1. cauſſa 2. item infrà in regulis ſequentibus.*

II. *Regula: Si alio modo, uel in alia re quàm ſ̄. reg. prox. dictũ eſt, damnũ ſit datũ: tanti tenetur reus, quãti ea res in dieb. triginta proximis fuerit. quæ regula approbatur tertio legis Aquiliæ capite. cuius uerba uide ſ̄. cap. 10. in prin. Cõcordat Inſt. de lege Aquilia. §. ex hoc tamen, his uerbis:* Ex hoc capite non quanti in eo, ſed quanti in dieb. 30. proximis res fuerit, obligatur is qui damnũ dederit. *Declaratur hæc regula Inſt. d. §. ex hoc, his uerbis:* At nec plurimi quidẽ uerbũ adijcitur. Sed Sabino rectè placuit, perinde, &c. *Cõcordat l. 29. §. fin. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Hęc uerba, Quáti in triginta dieb. ꝓximis fuit: etſi non habent uerbũ Plurimi, ſic tamẽ accipienda conſtat. *Cõcordát deniq; regulæ propoſitæ ea quæ habentur ſ̄. cap. 10. quæſt. 3. cauſſa 17.*

III. *Regula: Aeſtimatio in actione propoſita non ſolùm perempti corporis, ſed etiam eius quod intereſt habẽda. quæ regula approbatur Inſt. de lege Aquilia. §. illud non, his uerbis:* Illud nõ ex uerbis legis, ſed ex interpretatione placuit: non ſolùm perempti corporis æſtimationẽ habendá eſſe ſecundum ea quæ diximus: ſed eo amplius, quidquid pręterea perempto eo corpore dáni uobis illatũ fuerit: ueluti ſi ſeruũ tuum hęredẽ ab aliquo inſtitutũ antè quis occiderit, quàm is iuſſu tuo hæreditatẽ adierit: ná hęreditatis quoq; amiſſę rationẽ eſſe habendá cõſtat. Item ſi ex pari mularũ unam, uel ex quadrigis equorũ unum quis occiderit, uel ex comœdis unus ſeruus occiſus fuerit: non ſolùm occiſi fit æſtimatio, ſed eo amplius id quoq; cõputatur, quáti depreciati ſunt qui ſuperſunt. *Cõcordat l. 22. in fine, cum lege ſequente. ff. eod. tt. his uerbis:* Verũ corpus occiſi ſolùm æſtimamus, quáti fuerit cum occideretur: an potius quanti interfuit noſtra nõ eſſe occiſum? Et hoc iure utimur, ut eius quod intereſt fiat æſtimatio. Proinde ſi ſeruũ occidiſti, quem ſub pœna tradendũ promiſi: utilitas uenit in hoc iudiciũ. Item cauſſæ corpori cohærentes ęſtimantur: ueluti ſi quis ex comœdis, aut ſymphoniacis, aut gemellis, aut quadriga, aut pari mularũ unũ uel uná occiderit: non ſolùm enim perempti corporis æſtimatio facienda eſt, ſed & eius ratio haberi debet, quo cætera corpora depreciata ſunt. *Concordat itẽ l. 23. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Neratius ſcribit, ſi ſeruus hæres inſtitutus occiſus ſit, etiá hæreditatis æſtimationem uenire. *Aliud exemplũ proponitur d. l. 23. §. idẽ Iulianus, his uerbis:* Iulianus ſcribit, ſi inſtitutus fuero ſub cõditione, Si manumiſero Stichum: & Stichus ſit occiſus poſt mortẽ teſtatoris, in æſtimationẽ hæreditatis precium etiá me conſecuturũ. propter occiſionẽ enim defecit cõditio. Quòd ſi uiuo teſtatore occiſus ſit, hæreditatis ęſtimationẽ ceſſare: quia retrorſum quáti plurimi fuit, inſpicitur. *Aliud exemplũ proponitur d. l. 23. §. ſed etſi ſeruum, his uerbis:* Si ſeruus qui magnas fraudes in meis rationib. cõmiſerat, fuerit occiſus, de quo quæſtionẽ habere deſtinaueram, ut fraudũ particeps erueretur: rectiſsimè Labeo ſcribit, tanti æſtimandũ, quanti mea intererat fraudes ſerui per eũ cõmiſſas detegi, non quáti noxa ipſius ſerui ualeat. *Cõcordat inſuper propoſitæ regulæ d. l. 23. §. in ſumma, his uerbis:* In ſumma, omnia cõmoda quę intra annũ, quo interfectus eſt, precioſiorẽ ſeruũ facerent: hæc accedere ad æſtimationem eius dicendũ eſt. *Aliud exemplũ proponitur l. 27. §. ſi quadrupes. ff. ad l. Aquiliã, his uerbis:* Si quadrupes, cuius nomine cõteſtata actio eſſet cũ domino, quòd paupiẽ feciſſet, ab alio occiſa eſt, & cũ eo lege Aqlia agitur: æſtimatio non ad corpus quadrupedis, ſed ad cauſſá

eius

eius in quo de pauperie actio eſt, referri debet:& tãti dãnãdus eſt is q occidir, iudicio legis Aquiliæ, quáti actoris intereſt noxæ potius deditione fungi, quàm litis ęſtimatione. *Concordat item l.52.§.æſtimatio autem.ibi: in quo precium.ff.eod.tt. cuius uerba uide 3.reg.6.ca ſu 2.Concordat item l.1.§.pen.ff.ſi quadrupes paup. fecaſſe.cuius uerba uide 3.lib.prox.cap.1.quæſt.2.except.9.repl.1. Aliud exemplum proponitur l.55.ff.d.tt.bis uerbis:*Srichum aut Pamphilum promiſi Titio, cùm Stichus eſſet decem milium, Pamphilus uiginti milium: ſtipulator Stichnm ante moram occidit. quæſitum eſt de actione legis Aquiliæ? Paulua reſpondit: Cùm uilioré occidiſſe proponitur, in hoc tractatu nibil differt ab extraneo creditor. Quanti igitur fiet æſtimatio, ntrum decem milium quanti fuit occiſus: an quáti eſt quam neceſſe babeo dare, id eſt, quãti mea intereſt? Er quid dicemus, ſi Pãphilns deceſſerit ſine mora? iam precium Stichi minuetnr? quoniam liberatus eſt promiſſor. Et ſufficiet fuiſſe pluris cùm occideretur, uel intra annum. hac quidem ratione, etiamſi poſt mortem Pãphili intra annum occidatur, pluria uidebitur fuiſſe: *Planè propoſitæ regulæ exceptio hac eſt: Niſi id quod intereſt, ſit incertiſſimum. Quæ exceptio approbatur exemplo piſcium rete rupto, l.29.§.item Labeo, in fine.ff. ad l. Aquiliam, cuius uerba uide ſ. cap.10. quæſt.3. cauſa 41.*

IIII.*Regula: Affectionis non fit æſtimatio in hac actione. Quę regula approbatur l.11.ff.d.tt.bis uerbis:*Si ſeruum meum occidiſti, non affectiònem æſtimandam eſſe puto: ueluri ſi filiũ tunm naturalem quia occiderit, quem tù magno emptum uelles: ſed quanti omnibua ualet. Sextus quoq; Pedius ait, precia terum non ex affectione, nec utilitate ſingulorum, ſed communiter fungi. Iraq; eũ qui fillum naturalẽ poſaider, nec locupletiorẽ eſſe quòd eum plurimo, ſi aliua poſſideret, redempturus eſſet: nec illum qui filium alienũ poſsidet, tãtum babere, quáti eum patri uendere poſſet. In lege enim Aqnilia conſequimur & amiſiſſe dicimur, qnod aut conſequi potuimus, aut erogare cogimur.

V.*Regula: Si reus factum negauerit, conuictus in duplum tenetur. Quę regula approbatur l.2.§.1.ff. ad l.Aquil.bis uerbis:* Lege Aquilia cauetur, ut aduerſus inficiantem in duplum actio ſit. *Concordat l.23 §.hæc actio.ff.eod.tt.bis uerbis:* Hęc actio aduerſus confitentem competit in ſimplum, aduerſus negantem in duplum. *Concordat itẽ l.4.C.de lege Aquilia, bis uerbis:* Cõtra negantem ex lege Aquilia, ſi damnum per iniuriam dediſſe probetur, dupli procedit condemnatio. *Concordat l.5.C.eod tt.bis uerbis:* De pecoribua tuis, quę per iniuriam inclnſa, fame necata ſunt uel interfecta, legis Aquiliæ actione in duplũ agere potes.

VI.*Regula: Vtrũ de occiſo, an de uulnerato quis teneatur? primùm, ſi ſeruus mortiferè uulneratus, poſtea caſu maturius pereat, definitur l.15.§.ſi ſeruus. ff.ad l.Aquiliã, bis uerbis:* Si ſeruus uulneratus mortiferè, poſtea ruina uel naufragio, uel alio ictu maturius perijt: non quaſi de occiſo agi poſſe, ſed quaſi de uulnerato. Sed ſi manumiſſua uel alienatus ex uulnere perijt: de occiſo agi poſſe. & Iulianus ait. Hęc ita tam uariè: quia uerum eſt, eum à te occiſum túc cùm nulnerabas, quòd mortuo eo demum apparuit: at in ſuperiore nõ eſt paſſa ruina apparere, an ſit occiſua. *Deinde, ſi ſeruus mortiferè uulneratus, poſtea ab alio maturius occidatur, definitur l.11.§.Celſus.ff.d.tt.bis uerbis:* Celſus ſcribit, ſi alius mortifero uulnere percuſſerit, alius poſtea exanimauerit: priorem quidem non teneri quaſi occiderit, ſed quaſi uulneraverit (quia ex alio uulnere perijt) ſed poſteriorẽ teneri quaſi occiderit. quod & Marcello uidetur: & eſt probabilius. *Cõtradicit l.51.ff.d.tt.bis uerbis:* Ita uulneratus eſt ſeruus, ut eo ictu certum eſſet eum moriturum: medio deinde tempore hæres inſtitutus eſt, & poſtea ab alio ictus deceſsit. quæro, an cum utroq; de occiſo lege Aqnilia agi poſsit? Iulianus reſpõdit: Occidiſſe uidetur uulgò quidem, qui mortis cauſam quolibet modo præbuit. Sed lege Aquilia is demum teneri uiſua eſt, qui adhibita ui & quaſi manu cauſam mortis prębuiſſet: tracta uidelicet interpretatione uocis à cædendo & à cæde. Rurſus Aquilia lege teneri exiſtimati ſunt non ſolùm qui ita uulneraſſent, ut confeſtim uita priuarent: ſed & hi quorum ex uulnere certũ eſſet aliquem uita exceſſurũ. Igitur ſi quis ſeruo mortiferum uulnus inflixerit, eundemq; alius ex interuallo ita percuſſerit, ut maturius interficeretur, quàm ex priore uulnere moriturus fuerat: ſtatuẽdum eſt, utrunq; eorum lege Aquilia teneri. idq́ue eſt conſequens authoritati ueterum, qui, cùm à pluribus idem ſeruus uulneratus eſſet, ut non appareret cuius ictu perijſſet, omnes lege Aquilia teneri iudicauarunt. Æſtimatio autem perempti corporis non eadem in utriuſque perſona fiet: nam qui prior uulnerauerit, tantum pręſtabit, quáti in anno proximo homo plurimi fuerit, repetitis ex die uulneris trecentis ſexaginta quinq; diebus: & poſterior in id tenebitur, qnanti homo plurimi uenire poterit in anno proximo, quo uita exceſsit: in quo preciũ quoq; hæreditatis erit. Eiuſdẽ ergo ſerui occiſi nomine alius minorẽ,

aliua maiorem æſtimationem præſtabit: nec mirum, cùm uterq; eorum ex diuerſa ceuſa & diuerſia temporibua occidiſſe hominem intelligatur. Quòd ſi quis abſurdè à nobis hoc conſtitui putauerit, cogitet lõgè ebſurdina conſtitui, neutrum lege Aquilie teneri, aut alterum potius: cùm neq; impunita maleficia eſſe oporteat, nec facilè conſtitui poſsit, uter potiue lege Aquilie teneatur. Multa autem in iure ciuili cõtra ſtrictam diſputandi rationem pro ntilitate communi recepta eſſe, innumerabilibua rebus probari poteſt. Vnum interim propoſuiſſe contentue ero. Cùm pluree trabẽ elienã furandi cauſa ſuſtulerint, quam ſinguli ferre nõ poſſent: furti actione omnes teneri exiſtimantur: quáuia ſnbtili ratione dici poſsit, neminẽ eorum teneri: quia neminam uerum ſit eam ſnſtuliſſe. *Tertiò, ſi ſeruus non mortiferè uulneratus, negligẽtia perierit: de uulnerato, non de occiſo actio eſt. Quæ regula approbatur l. 30. §. fin. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si uulneratus fuerit ſeruus non mortiferè, negligentia antem perierit: de unlnerato actio erit, non de occiſo. *Cõcordat l. 52. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si ex plagis ſeruua mortnna eſſet, neq; id medici inſcieuria, aut domini negligentia accidiſſet: rectè de ininria occiſo eo egitur. *Quartò, ſi idẽ eundem ſeruũ prius uulnerauerit, deinde occiderit: tã de uulnerato quàm de occiſo tenetur. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 32. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide ẽ. cap. prox. exc. 27. repl. 3. Poſtremò, ſi plures eundem ſeruum percuſſerint, ex quo mortuus eſt: omnes de occiſo tenentur. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 11. §. ſed ſi plures. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si plures ſeruum percnſſerint, utrum omnes quaſi occiderint teneantur, uideamus? Et ſiquidem apparet cuiua ictu perierit, ille quaſi occiderit tenetur: quod ſi non apparet, omnea quaſi occiderint teneri, Iulianus ait. Etſi cum nno agatur, cæteri non liberanrur. Nem ex lage Aqnilie quod alius præſtitit, alium non liberat, cùm ſit pœna. *Concordat l. 51. ibi: idq; eſt conſequens. ff. eod. tt. cuius uerba uide ẽ. caſu 2. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi conſtet cuius ictu perierit: tunc enim hic ſolus de occiſo tenetur. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et ſiquidem apparet cuiua ictn perierit, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi non ſimul plures ſeruum percuſſerint, ſed ex interuallo. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. d. caſu 2.*

VII. *Regula: Si uſufructuarius agat actione propoſita, quid ueniat, definitur l. 12. in fin. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ſ. cap. prox. exc. 6. repl. 1.*

VIII. *Regula: Si ſocius communem ſeruum occiderit: alteri ſocio nõ niſi pro ea parte, qua dominus eſt, actio competit. Quæ regula approbatur l. 20. ff. d. tt cuius uerba uide ſ. d. exc. 6. repl. 5.*

IX. *Regula: Si cùm antea de uulnerato ſeruo actum eſſet, poſtea mortuo eo rurſus agatur: quid ueniat, definitur l. 46. cum lege ſequente. ff d. tt. his uerbis:* Si uulnerato ſeruo lege Aquilia actum ſit: poſtea mortuo eo ex uulnere egi lege Aquilia nihilominua poteſt. Sed ſi priore iudicio æſtimarione facta, poſtee mortuo ſeruo de occiſo agere dominua inſtituerit: exceptione doli mali oppoſita compelletur, ut ex utroq; iudicio nihil empliue conſequatur, quàm conſeqni deberet, ſi in initio de occiſo homine egiſſet. *Huius exceptio eſt: Niſi idem ſeruus à diuerſis diuerſo tempore uulneratus & occiſus eſſet. Quæ exceptio approbatur l. 51. §. æſtimatio autem. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. regul. 6. caſu 2.*

X. *Regula: Si in corpore liberi hominis damnũ datũ ſit, æſtimatio ſit operarũ quas præſtare amplius nõ poteſt, item impẽſarum quæ in curatione fiunt. Quæ regula approbatur l. 7. ff. de his qui deiecerint, his uerbis:* Cùm liberi hominie corpue ex eo q. deiectum effuſũmue quid erit, læſum fuerit: iudex cõpntat mercedee medicie præſtites, cæteraq; impendie quæ in curetiõe facta ſunt: præterea operarum qnibne caruit & cariturua eſt ob id, quòd inutilia factua eſt. Cicatricum autem & deformitatie nulla fit æſtimatio: quie liberũ corpue nullam recipit æſtimationem. *Cõcordat Inſt. de oblig. quæ quaſi ex delicto. §. ob hominem uerò. cuius uerba uide J. lib. prox. cap. 16. quæſt. 7. reg. 1. exc. 1. Item concordat l. 3. ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur. cuius uerba uide J. lib. prox. ca. 1. quæſt. 2. exc. 8. Concordat item l. 7. in prin. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ã. cap. prox. exc. 18. repl. 4.*

XI. *Regula: Dominus ſerui qui damnũ dedit, noxæ dedendo ſeruum liberatur. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 27. §. Proculus. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ſ. lib. 41. cap. 2. quæſt. 1. cauſa 12. except. 1. repl. 3.*

XII. *Regula: Si familia damnum feciſſe dicatur: in tantum dominus familiæ tenetur, in quantum, ſi unus liber damnum dediſſet, actio daretur. Quæ regula approbatur l. 32. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Illud qnæſitum eſt, an qnod proconſul in furto obſeruet, quod à familia factum ſit, id eſt, ut nõ in ſingulos detur pœnæ perſecutio, ſed ſufficiet id prȩſtari, quod prȩſtandnm foret, ſi id furtum unue liber feciſſet: debeet & in actione damni iniuriæ obſeruari? Sed magis uiſum eſt idem eſſe obſeruandũ: & meritò. Cùm enim circa furti actionem hæc ratio ſit, ne ex uno delicto tote familia dominus careat, eaq; ratio ſimiliter in hac actione damni ininriæ interueniat: ſequitur ut idem debeet exiſtimeri, prȩſertim cùm interdum ſit leuior hic cauſa delicti: uelnti ſi culpa & non dolo damnum detur.

detur. *Concordat l.1. §. ſi plures. ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.3. quæſt.1. repl.1.*

XIII. *Regula: Vni ex pluribus rei communis nomine agenti non niſi pro parte competit actio. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 17. §. itē ſi ſeruus. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si ſeruus communis meus & tuus ſit occiſus à ſeruo Titij: Celſus ſcribit, alterutrū ex dominis agentem, aut litis æſtimationem conſecuturum pro parte, aut noxæ dedi ei in ſolidum oportere: quia hęc res diuiſionē non recipiat.

XIIII. *Regula: Hoc loco etiam notandum, quòd damna interdum extra ordinem puniantur: ut incendia. de quare uide J. lib. prox. cap.19. reg.12.*

IIII. ADIVNCTA OFFICIA huius actionis.

I. *Regula: Nullæ partes iudicis in confitentem reū ſunt rei iudicandæ, ſed tantùm æſtimandæ. Quæ regula approbatur l.25. in fine, cum lege ſequente. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ſ. lib.7. cap.5. quæſt.7. regul.1.*

II. *Regula. De cautione ab actore præſtanda, reū aduerſus alium defenſum iri, proponitur l.27. §. inquit lex. ibi: & ſi colonus. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. cap.10. quæſt.3. cauſa 47.*

V. ADFINIA PROPOSITAE actionis remedia.

Regulariter ex damno dato legis Aquiliæ, non alias datur actio. Quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. cap.10. quæſt.2. reg.1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi quis nō corpore ſuo, ſed alio modo damnum dederit: tunc enim non directa, ſed utilis legis Aquiliæ uel in factū actio datur. Quæ exceptio approbatur ſimul & exemplis declaratur Inſt. de lege Aquilia. §. cæterùm placuit, his uerbis: Placuit ita demum directam ex hac lege actionē eſſe, ſi quis præcipuè corpore ſuo damnum dederit. Ideoq́; in eum qui alio modo damnū dederit, utiles actiones dari ſolent: ueluti ſi quis hominem alienum aut pecus ita incluſerit, ut fame necaretur: aut iumentum ita uehementer egerit, ut rumperetur: aut pecus in tantum exagitauerit, ut præcipitaretur: aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, ut in arborem aſcenderet, uel in puteum deſcenderet, & is aſcendendo uel deſcendendo aut mortuus, aut aliqua parte corporis læſus fuerit: utilis actio in eum datur. *Ait Imp.* Veluti ſi quis hominem alienum aut pecus ita incluſerit, ut fame necaretur. *Hoc eſt primum propoſitæ exceptionis exemplum. Cui concordat l.9. §. ſi quis hominem. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si quis hominē fame necauerit, in factum actione teneri, Neratius ait. *Concordat item l.29. §. municipales. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap prox. exc.5. Item cōcordat l.5. C. de l. Aquilia. cuius uerba uide ſ. quæſt.3. reg.5. Ait inſuper Imp.* Aut iumentum ita uehementer egerit, ut rumperetur. *Hoc eſt alterum propoſitæ exceptionis exemplum. Cui concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. cap.10. quæſt.1. cauſa 21. Ait inſuper Imp.* Aut pecus in tantum exagitauerit, ut præcipitaretur. *Hoc eſt tertium exemplum. Cui concordat l.52. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. cap.7. reg.1. exc.5. Ait deniq; Imp.* Aut ſi quis alieno ſeruo perſuaſerit, ut in arborē aſcenderet, aut in puteum deſcēderet, &c. *Hoc eſt quartum propoſitæ exceptionis exemplum: Cui concordat l.1. cum lege ſequente. ff. de ſeruo corrupto. cuius uerba uide J. lib. prox. cap.9. quæſt.2. except.12. Quintum exemplum eſt, ſi quis ſeruum ueſtimentis ſpoliauerit, unde frigore perierit. Quod exēplum proponitur l.14. §. 1. ff. præſcriptis uerbis, in hæc uerba:* Si ſeruum quis alienum ſpoliauerit, isq́; frigore mortuus ſit: de ueſtimentis quidem furti agi poterit, de ſeruo uerò in factum: criminali ſcilicet pœna aduerſus eum ſecuta. *Sextum exemplū eſt, ſi quis ſeruum equitantem concitato equo effecerit in flumen præcipitari, uel eum in inſidias deduxerit, unde perierit. Quod proponitur l.9. §. ſi ſeruū. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si ſeruum meum equitantem cōcitato equo effeceris in flumen pręcipitari, atq; ideò homo perierit: in factum eſſe dandam actionem, Ofilius ſcribit: quemadmodum ſi ſeruus meus ab alio in inſidias deductus, ab alio occiſus eſſet. *Septimū exemplum proponitur l.27. §. ſi ſeruum. ff. eod. tt. his uerbis:* Si furnum ſecundum parietem communem habeas: an damni iniuria tenearis? Et ait Proculus, agi non poſſe: quia nec cum eo qui focum haberet. Et ideo ęquius puto, in factum actionem dandam. ſcilicet ſi paries exuſtus ſit. Sin autem nōdum mihi damnum dederis, ſed ita ignē habeas, ut metuam ne mihi damnum des: damni infecti puto ſufficere cautionem. *Plura propoſitæ exceptionis exempla uide ſ. cap.10. quæſt.3. inter cauſas huius actionis. item J. lib. prox. cap.1. quæſt.2. exc.1.*

II. *Exceptio: Niſi non in corpore rei, ſed alio modo damnum datum ſit: hoc enim caſu non directò legis Aquiliæ, ſed in factum actio competit. Quæ exceptio approbatur, ſimul & exemplo declaratur Inſt. de lege Aquil. §. fin. his uerbis:* Si nō corpore dānum fuerit datum, neq; corpus læſum fuerit, ſed alio modo alicui damnum contigerit: cùm non ſufficiat neq; directa, neq; utilis legis Aquiliæ actio: placuit eum qui obnoxius fuerit, in factū actione teneri: ueluti ſi quia miſericordia ductus alienū ſeruū cōpeditū ſoluerit, ut fugeret. *Cōcordat l.7. §. idē Labeo. ff. de dolo malo, his uerbis:* Labeo quærit, ſi cōpeditū ſeruū meū, ut fugeret, ſolueris: an de dolo actio danda ſit? & ait Quintus apud eū notās: Si nō miſericordia ductus

feciſti,

feciſti, furti teneris: ſi miſericordia, in factum actio dari debet.

III. *Exceptio: Niſi non occiderit reus, ſed mortis cauſam præbuit: hoc enim caſu in factum actione tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 7. §. ſed etſi, uit. ff ad l. Aquil. his uerbis:* Si quis ſeruum ægrotum leuiter percuſſerit, & is obierit: rectè Labeo dicit, lege Aquilia eum teneri: quia aliud alij mortiferũ eſſe ſoleat. Celſus autem multum intereſſe dicit, occiderit, an mortis cauſſam præſtiterit: ut qui mortis cauſſam p̄ſtitit, nõ Aquilia, ſed in factum actione teneatur. Vnde aſſerit, eũ qui uenenũ pro medicamẽto dedit, cauſſam mortis præſtitiſſe: quemadmodum & qui furenti gladium porrexerit. Nam neque hũc lege Aquilia teneri, ſed in factum. *Concordat l. 9. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 10. quæſt. 3. cauſſa 3. Aliud exemplum proponitur l. 49. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis fumo facto apes alienas fugauerit, uel etiam necauerit: magis cauſſam mortis præſtitiſſe uidetur, quàm occidiſſe: & ideo in factum actione tenebitur. *Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſ. d. quæſt. 3. cauſſa 53.*

IIII. *Exceptio: Niſi in libero corpore damnum datum ſit: hoc enim caſu non directa, ſed utilis legis Aquiliæ actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 13. in prin. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Liber homo ſuo nomine utilem Aquiliæ habet actionem. directam enim non habet: quoniam dominus membrorum ſuorum non uidetur. *Sanè quid ueniat hoc caſu in actionẽ iam dictam, uide ſ. quæſt. 3. reg. 10.*

V. *Exceptio: Niſi ceſſantibus uerbis legis Aquiliæ, ex mente eius iuſta interpretatione competat actio. hoc enim caſu in factum actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 33. §. fin. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* In damnis quæ lege Aquilia non tenentur, in factum actio datur. *Concordãt ea quæ propoſita ſunt ſ. lib. 1. cap. 5. quæſt. 3. reg. 2. Huius exceptionis ſpecies & exempla ſunt exceptiones quatuor præcedentes: itẽ aliquot cauſſæ ſ. cap. 10. quæſt. 3. propoſitæ.*

VI. *Exceptio: Niſi ex eo quòd ſeruus alienus occiſus eſt, agatur: hoc enim caſu etiã publicum iudicium ex lege Cornelia competit. Quæ exceptio approbatur l. 23. §. ſi dolo. ff. ad l. Aquil. his uerbis:* Si dolo ſeruus occiſus ſit, & lege Cornelia agere dominum poſſe conſtat: & ſi lege Aquilia egerit, præiudicium non debere fieri. *Concordat l. 3. C. eod. tt. his uerbis:* Ex morte ancillæ quam cæſam conqueſtus es, tam legis Aquiliæ damni ſarciendi gratia actionem, quàm criminalem accuſationem aduerſus obnoxium competere poſſe, nõ ambigitur. *Item concordat Inſt. eod. tt. §. liberum, his uerbis:* Liberum eſt ei cuius ſeruus occiſus fuerit, & ex iudicio priuato legis Aquiliæ damnum perſequi, & capitalis criminis eum reum facere. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi actione legis Aquiliæ ſit actum. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et ſi lege Aquilia egerit, &c. *Concordat l. 2. §. 1. ff. ui bonor. raptor. cuius uerba uide ſ. cap. 9. quæſt. 9. Contradicit l. 7. §. 1. ff. de iniurijs. cuius uerba uide J. cap. 18. quæſt. 4. reg. 4.*

VII. *Exceptio: Niſi in re hereditaria damnum ſit datum. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponuntur ſ. quæſt. 1. reg. 1. except. 1.*

VIII. *Exceptio: Niſi coniunx in re coniugis damnum dederit. Et hæc exceptio reprobatur ã. cap. prox. except. 11.*

IX. *Exceptio: Niſi conductor in re conducta damnũ dederit: hoc enim caſu etiam ex locato actio eſt. Quæ exceptio approbatur l. 7. §. fin. ff. ad. l. Aquil. cuius uerba uide ã. lib. 43. cap. 6. quæſt. 1. cauſſa 9. exc. 1. repl. 2. Cõcordat l. 5. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. d. exc. 1. repl. 3. Itẽ cõcordat l. 27. §. ſi fornacarius. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. li. 41. ca. 2. quæſt. 1. cauſſa 12. except. 1. repl. 3. Cõcordat d. l. 27. §. Proculus. cuius uerba uide d. repl. 3. Concordat item d. l. 27. §. penult. cuius uerba uide li. 43. ca. 2. quæſt. 1. cauſ. 11.*

X. *Exceptio: Niſi ſeruus conductus conductori damnum dederit: hoc enim caſu ex conducto actio eſt. Quæ exceptio approbatur d. §. penult.*

XI. *Exceptio: Niſi creditor in pignore damnũ dederit: hoc enim caſu etiam pigneraticia competit actio. Quæ exceptio approbatur l. 18. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ſ. cap. prox. exc. 27. repl. 4.*

XII. *Exceptio: Niſi depoſitarius in re depoſita damnum dederit: hoc enim caſu etiam depoſiti & ad exhibendum actio eſt. Quæ exceptio approbatur l. 42. ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ſ. lib. 39. cap. 7. quæſt. 3. excepl. 10. repl. 4.*

XIII. *Exceptio: Niſi in arboribus damnum ſit datum. hoc enim caſu etiam furti & arborum furtim cæſarum actio eſt. Quæ exceptio approbatur l. 27. §. ſi oliuam, in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 10. quæſt. 2. cauſſa 32.*

XIIII. *Exceptio: Niſi ex eo quòd lolium uel auenam in ſegetem alienã iniecerit, agatur: hoc enim caſu etiam interdictũ Quod ui aut clàm cõpetit. Quæ exceptio approbatur d. l. 27. §. inquit lex. cuius uerba uide ſ. d. quæſt. 3. cauſſa 47.*

XV. *Exceptio: Niſi ex eo quòd puer caſtratus ſit, agatur: hoc enim caſu etiã iniuriarũ actio cõpetit, et ex edicto ædilium, et in quadruplum. Quæ exceptio approbatur d. l. 27. §. etſi puerũ. cuius uerba uide ſ. cap. prox. except. 22.*

XVI. *Exceptio: Niſi ex eo quòd incẽdiũ factũ eſt, agatur: hoc enim caſu etiã extra ordinẽ crimẽ coercetur. de qua re uide J. lib. prox. cap. 19. reg. 12.*

XVII. *Exceptio: Niſi ex eo quòd alienos fructus immiſſo pecore depauit: hoc enim caſu etiã de paſtu pecoris actio eſt. Quæ exceptio approbatur l. 14. §. fin. ff. de præſcriptis uerbis. cuius uerba uide ſ. cap. 10. quæſt. 3. cauſſa 13.*

XVIII.

X V I I I.Exceptio:Niſi de damno nondum ſacto agatur: hoc enim caſu de dãno infecto actio eſt. Quæ exceptio approbatur l.27.§.ſi furnum,in fine. ff.ad l.Aquil.cuius uerba uide ſ.exc.1. exemplo 7.

X I X. Exceptio:Niſi iniuriandi animo damnũ ſit datum:hoc enim caſu etiam iniuriarum actio eſt. Quæ exceptio approbatur l.5.§.iniuriam.ff.d.tt. cuius uerba uide ſ. cap.10.queſt.3.cauſa 1. Concordat l.41. §. penult. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ.lib. 39. cap.8.queſt.9.except.10.

X X.Exceptio: Niſi res nõ ſit deterior facta:hoc enim caſu iniuriarum actio competit, ceſſante legis Aquiliæ actione. Quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.cap.prox. except.22.

X X I. Exceptio:Niſi quis rem alienam ſubripuit,& in ea damnum dedit: hoc enim caſu etiam furti actio competit. Quæ exceptio approbatur l. 27. in prin.ff.ad l.Aquil.his uerbis: Si ſeruus ſeruum alienum ſubripuerit,& occiderit:Iulianus & Celſua ſcribunt,& furti & damni iniuriæ actionem competere. Concordat d.l.27. §.ſi quis de manu. cuius uerba uide ſ.ca.50 queſt.1. cauſſa 49.Item concordat l.2.§.fin ff.de priuatis delictis,hiſce uerbis: Si quis ſeruum uulnerauit, quẽ ſubripuerat:duæ actiones locũ habebunt,Aquiliæ & furti. Concordat item d.l.2.in prin.cuius uerba uide ỉ.lib.48.cap.16. except.5. diſtinct.3. Plures propoſitæ regulæ exceptiones,& Aquiliæ actionis adfinia remedia, uide ỉ. lib. prox. cap.1.

DE INIVRIARVM Actione. Cap. XIII.

I. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

PRima regula:Priuatum,non publicum iudiciũ eſt.Quæ regula approbatur l.7.C.de iniurijs, hiſce uerbis: Iniuriarum cauſſa non publici iudicij,ſed priuati continet querelam. Cõcordat l.ult.in prin.C.eod.tt.cuius uerba uide ſ. lib. 9.cap.2.queſt.7.reg.1.except.1.

I I. Regula: Ex bono et æquo eſt hæc actio.Quæ regula approbatur l.11.§.1.ff.de iniurijs.cuius uerba uide ỉ.cap.prox.except.33.

I I I.Regula:Iniuriarum actio in bonis actoris nõ computatur.Quæ regula approbatur ſub conditione l.28.ff.d. tt. his uerbis: Iniuriarum actio in bonis noſtris non computatur,antequam litem conteſtemur.

I I. Differentia huius actionis & ſuperioris legis Aquiliæ,proponitur l.7.§.ſi dicatur.ibi:quid ergo de lege.ff.de iniurijs.cuius uerba uide ỉ.cap. 18. queſt. 4.reg.4.Concordat l.15.§.ſi quis ſeruo.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cap.11.except.27.repl.4.

III. CAVSSAE HVIVS Actionis.

Prima & generalis cauſſa huius actionis eſt,ſi alicui iniuria ſit facta.Hæc cauſſa declaratur definitione iniuriæ,& diſtinctione ſignificatorum,Inſt.de iniurijs,in prin.his uerbis: Generaliter iniuria dicitur omne quod non iure fit. Specialiter aliàs contumelia, quæ à contemnendo dicta eſt,quam Græci ὕβριν appellant:aliàs culpa,quam Græci ἀδίκημα dicunt, ſicut in lege Aquilia damnum iniuria datum accipitur:aliàs iniquitas & iniuſticia,quã Græci ἀνομίαν καὶ ἀδικίαν uocant. Cum enim prætor uel iudex non iure cõtra quẽ pronunciat,iniuriam accepiſſe dicitur. Concordat l.1.in prin.ff.eod.tt.his uerbis: Iniuria ex eo dicta eſt,quòd non iure fiat. Omne enim quod non iure fit, iniuria fieri dicitur. hoc generaliter.Specialiter autem iniuria dicitur contumelia.Interdum iniuriæ appellatione damnum culpa datum ſignificatur, ut in lege Aquilia dicere ſolemus.Interdũ iniquitatem iniuriam dicimus. Nam cum quis iniquè uel iniuſtè ſentẽtiam dixerit: ex eo iniuriam dicam, quòd iure & iuſticia caret, quaſi non iuriam. Contumeliam autem à contemnendo. Hæc de definitione iniuriæ. Diuiſio eius prima,ſumpta ex modo quo fit,proponitur d.l.1.§.iniuriam,his uerbis: Iniuriam fieri Labeo ait, aut re, aut uerbis. Re, quoties manus inferuntur: uerbis autem, quoties non manus inferuntur,ſed conuicium fit. Altera iniuriæ diuiſio, ſumpta ex re in qua fit iniuria,proponitur d.l.1.§.omnemq;.his uerbis: Labeo ait, omnem iniuriã aut in corpus inferri,aut ad dignitatem,aut ad infamiam pertinere.In corpus fit,cũ quis pulſatur:ad dignitatem,cum comes matronę abducitur:ad infamiam,cùm pudicitia attentatur. Tertia iniuriæ diuiſio,ſumpta ex perſonis per quas nobis iniuria fit, proponitur d.l.1.§. item aut per. his uerbis: Aut per ſemetipſum alicui fit iniuria,aut per alias perſonas.Per ſemet, cum directò ipſi patrifamiliàs uel matrifamiliàs fit iniuria.per alias,cum per conſequentiàs fit: ut cum fit liberis meis, uel ſeruis meis, uel uxori nurui'ue. Spectat enim ad nos iniuria, quæ his fit, qui uel poteſtati noſtræ, uel adfectui ſubiecti ſunt.Et ſi fortè cadaueri defuncti fiat iniuria,cui hęredes bonorũ'ue poſſeſſores extitimus:iniuriarum noſtro nomine actionẽ habebimus.Spectat enim ad exiſtimationẽ noſtrã,ſi qua ei fiat iniuria. Idemq; eſt & ſi fama eius cui hæredes extitimus, laceſſatur. Concordat inſt.de iniurijs, hiſce uerbis: Patitur quis iniuriam non ſolùm per ſemetipſum,ſed etiã ꝑ liberos ſuos, quos in poteſtate habet: item per uxorem ſuã. Id enim magis pręualuit. Itaq; ſi filię alicuius,quę Titio nupta eſt, iniuriam feceris: nõ ſolùm filię nomine tecũ iniuriarũ agi poteſt,ſed etiã patris quoq; & mariti nomine. Hæc de iniuria in genere:nũc iniuriæ ſpecies & cauſſæ ſpeciales huius actionis enumerandæ.

I I.Cauſſæ

II. *Cauſa: Si quis pugno pulſatus, fuſtibus cæſus uel uerberatus eſt. Hæc cauſa cum alijs quibuſdã approbatur Inſt. de iniurijs. §. iniuria autem, his uerbis:* Iniuria committitur non ſolùm, cùm quis pugno pulſatus, aut fuſtibus cæſus, uel etiam uerberatus erit: ſed etſi cui conuiciũ factum fuerit, ſiue cuius bona quaſi debitoris, qui nihil deberet, poſſeſſa fuerit ab eo qui intelligebat nihil eum ſibi debere: uel ſi quis ad infamiam alicuius libellum, aut carmen, aut hiſtoriam ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóue malo fecerit: quo quid eorum fieret: ſiue quis matremfamiliâs, aut prætextatum prętextatámue adſectatus fuerit: ſiue cuius pudicitia atté tata eſſe dicetur: & denique alijs plurimis modis admitti iniuriam, manifeſtum eſt. *Concordat cauſæ propoſitæ l. 1. §. iniuriam. ibi: omnemq́; ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa prox. diuiſ. 2. Concordat item l. 15. §. prætor ait. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cauſa 9. Item concordat l. 33. in prin. ff. de action. & obligat. cuius uerba uide J. cap. prox. except. 37. repl. 4. Declaratur cauſa propoſita d. l. 15. §. uerberaſſe, his uerbis:* Verberaſſe dicitur abuſiuè, & qui pugnis ceciderit. *Plura de cauſa propoſita uide J. cap. 19.*

III. *Cauſa: Si aduerſus aliquem manus leuatæ ſunt, & ſæpe territus ſit, quaſi uapulaturus. Hæc cauſa approbatur d. l. 15. §. 1. his uerbis:* Si quis pulſatus quidem non eſt, uerùm manus aduerſus eum leuatę, & ſępe territus eſt quaſi uapulaturus, non tamen percuſſit: utili iniuriarum actione tenetur.

IIII. *Cauſa: Si matremfamiliâs, aut prætextatum prætextatámue adſectatus fuerit, ſiue cuius pudicitia attentata. Hæc cauſa approbatur l. 9. §. fin. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Si quis tam fœminam, quàm maſculum, ſiue ingenuos, ſiue libertinos, impudicos facere attentauerit: iniuriarũ tenebitur. Sed etſi ſerui pudicitia attentata fuerit: iniuriarum actio locum habet. *Concordat Inſt. eod. tt. §. iniuria. ibi: ſiue quis matrẽfamiliâs. cuius uerba uide ſ. cauſa 2. Item concordat l. 1. §. iniuriam. ibi: omnemq́; ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. diuiſ. 2. Concordat item l. 15. §. tenetur. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cauſa prox. Declaratur cauſa propoſita definitione uerbi Attentari, l. 10. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Attentari pudicitia dicitur, cùm id agitur, ut ex pudico impudicus fiat. *Definitur uocabulum Adſectari l. 15. §. aliud eſt. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cauſa prox. Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi non contra bonos mores, ſed officij gratia fuerit adſectatus. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. meminiſſe. cuius uerba uide J. cauſa prox. exc. 2.*

V. *Cauſa: Si quem quámue appellauit. Hæc cauſa approbatur d. l. 15. §. tenetur hoc, his uerbis:* Tenetur hoc edicto non tantùm qui comitem abduxit, uerùm etiam ſi quem eorum appellauit adſectatuſúe eſt. *Declaratur cauſa propoſita d. l. 15. §. appellare, his uerbis:* Appellare eſt, blãda oratione alterius pudicitiã attentare. hoc enim non eſt conuiciũ facere, ſed aduerſus bonos mores attentare. *Concordat d. l. 15. §. aliud, his uerbis:* Aliud eſt appellare, aliud adſectari. Appellat enim, qui ſermone pudicitiam attentat: adſectatur, qui tacitus frequenter ſequitur. Aſsidua enim frequẽtia quaſi præbet nonnullã infamiã. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non matronali habitu ueſtitam appellauit. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. ſi quis uirgines, his uerbis:* Si quis uirgines appellaſſet, ſi tamen ancillari ueſte ueſtitas: minus peccare uidetur. Multò minus, ſi meretricia ueſte fœminæ, nõ matrum familiarum ueſtitæ fuiſſent. Si igitur non matronali habitu fœmina fuerit, & quis eam appellauerit, uel ei comitem abduxerit: iniuriarum non tenetur. *Altera exceptio eſt: Niſi colludendi animo, non contra bonos mores appellauerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. meminiſſe, his uerbis:* Meminiſſe oportebit, non omnem qui adſectatus eſt, nec omnẽ qui appellauit, hoc edicto cõueniri poſſe: neq; enim ſi quis colludendi, ſi quis officij honeſtè faciẽdi gratia id fecerit, ſtatim in edictum incidit: ſed qui contra bonos mores id fecit.

VI. *Cauſa: Si turpibus uerbis quis apud aliquam utatur. Hæc cauſa approbatur d. l. 15. §. qui turpib. his uerbis:* Qui turpibus uerbis utitur, non tentat pudicitiam, ſed iniuriarum tenetur.

VII. *Cauſa: Si quis comitem alicuius abduxerit. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. iniuriam. ibi: omnemq́; ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ. cauſa 1. diuiſ. 2. Huius cauſæ exceptio prima, ſumpta ex perſona comitis abducti, reprobatur l. 15. §. comitem. ff. eod. tt. his uerbis:* Comitem accipere debemus eum qui comitetur & ſequatur: & (ut ait Labeo) ſiue liberum, ſiue ſeruum, ſiue maſculum, ſiue fœminam. Et ita comitem Labeo definit, qui frequentandi cuiuſq; cauſa ut ſequeretur deſtinatus in publico priuatóue abductus fuerit. Inter comites utique & pædagogi erunt. *Altera exceptio eſt: Niſi conatus non habuerit euentum. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. abduxiſſe, his uerbis:* Abduxiſſe uidetur (ut Labeo ait) non qui abducere comitem cœperit: ſed qui perfecerit, ut comes cum ea non eſſet. *Tertia exceptio uidetur: Niſi non ui abduxerit, ſed perſuadendo. Hæc exceptio reprobatur ibidem his uerbis:* Abduxiſſe non tantùm is uidetur, qui per uim abduxit: uerũ is quoq;, qui perſuaſit comiti ut eam deſereret. *Quarta exceptio eſt: Niſi fœmina cui comes abductus eſt, nõ matronali habitu fuerit ueſtita. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. ſi quis uirgines. cuius*

uerba

uerba uide ſ.cauſa 5.except.1.

VIII. *Cauſa: Si ſtuprum ſerua paſſa eſt. Hæc cauſa approbatur l.25.ff.de iniurijs, hiſce uerbis:* Si ſtuprum ſerua paſſa ſit: iniuriarum actio dabitur. at ſi celauit mancipium, uel quid aliud animo furandi fecit: etiam furti. uel ſi uirginem immaturam ſtuprauerit: etiam legis Aquiliæ actionem competere putant.

IX. *Cauſa: Si quis de ſeruo alieno iniuſſu domini quæſtionem habuerit. Hæc cauſa approbatur edicto Prætoris l.15. § prætor ait. ff.de iniurijs, hiſce uerbis:* Prætor ait: Qui ſeruum alienum aduerſus bonos mores uerberauiſſe, de'ue eo iniuſſu domini quæſtionem habuiſſe dicetur: in eum iudicium dabo. Item ſi quid aliud factum eſſe dicetur: cauſa cognita iudicium dabo. *Declaratur cauſa propoſita d.l.15. §.quæſtionem, his uerbis.* Quæſtionem intelligere debemus & tormēta, & corporis dolorem ad eruendam ueritatem. Nuda ergo interrogatio, uel leuis territio non pertinet ad hoc edictum. Quæſtionis uerbo etiam ea quam malam manſionem Græci dicunt, cōtinebitur. Cùm igitur per uim & tormenta habita quæſtio eſt: tunc quæſtio intelligitur. Sed etſi iuſſu domini quis quæſtionem habuerit, modum tamen exceſſerit: teneri eum debere Labeo ait. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſine tormētis de ſeruo habita ſit quæſtio. Quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis. Altera exceptio eſt: Niſi iuſſu domini de ſeruo quæſtio habita ſit. Quæ exceptio elicitur ex uerbis edicti ſ. propoſitis hiſce:* Iniuſſu domini. *Cuius replicatio prima eſt: Niſi modū in quæſtione habenda exceſſerit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed etſi iuſſu domini, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi cùm ſeruus plurium eſſet, unius tantùm iuſſu quæſtio habita ſit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.17 in prin. ff de iniurijs, hiſce uerbis:* Si unius permiſſu id fecero: ſiquidem ſolius eius eſſe putaui, nulli competit iniuriarū actio. Planè ſi ſciui eſſe plurium: ei quidem qui permiſit, iniuriarum actio non competit: cæteris competit. *Tertia exceptio eſt: Niſi iuſſu tutoris, curatoris uel procuratoris domini de ſeruo quæſtio habita ſit. Hæc exceptio approbatur d.l.17. §.1 his uerbis:* Si iuſſu tutoris, &c. *Quarta exceptio uidetur: Niſi cauſa non cognita detur actio. Sed hæc exceptio reprobatur d l.15. §. prætor ait, ſi quid. cuius uerba uide ſ.cap.18.quæſt.3.reg.5.*

X. *Cauſa: Si quis re uel iure ſuo aut publico loco uti prohibeatur. Hæc cauſa approbatur l 13. §. ſi quis me. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si quis me prohibeat in mari piſcari, uel euerriculū, quod Græci σαγήνην dicunt, ducere: an iniuriarum iudicio poſsim eum conuenire? Sunt qui putant iniuriarum me poſſe agere. Et ita Pomponius. & pleriq; eſſe huic ſimilē eum qui in publico lauare, uel in cauea publica ſedere, uel in quo alio loco agere, ſedere, conuerſari non patiatur: aut ſi quia re mea uti me non permittat. Nam & hic iniuriarum conueniri poteſt. Conductori autem ueteres interdictum dederunt, ſi forte publicè hoc cōduxiſſet. Nam uis ei prohibēda eſt. quo minus cōditione ſua fruatur. Si quem tamen ante ædes meas, uel ante prætorium meum piſcari prohibeā: quid dicendū eſt? me iniuriarū iudicio teneri, an non? Et quidem mare commune omniū eſt, & littora, ſicut aër. Et ſæpiſsime reſcriptum eſt, non poſſe quem piſcari prohiberi, ſed nec aucupari: niſi quòd ingredi quis agrum alienum prohiberi poteſt. Vſurpatum tamen & hoc eſt (tametſi nullo iure) ut quis prohiberi poſsit ante ædes meas uel prætorium meum piſcari. Quare ſi quis prohibeatur: adhuc etiam iniuriarum agi poteſt. In lacu tamen, qui mei dominij eſt, utique piſcari aliquem prohibere poſſum. *Concordat l.24. ff. eod.tt. his uerbis:* Si quis proprium ſeruum diſtrahere prohibeatur à quolibet: iniuriarum experiri poteſt. *Concordat item l.2. §. ſi quis in mari. ff. ne quid in loco uel itinere publico. cuius uerba uide ſ. lib.16. cap.6. quæſt.5. reg.7. Huius cauſæ exceptio uidetur talis: Niſi ante prohibentis ædes quis publico loco uti prohibeatur. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Si quem tamen ante ædes meas, &c.

XI. *Cauſa: Si quis uexandi alicuius cauſa eum ad tribunal interpellauerit. Hæc cauſa approbatur l.13. §. ſi quis per. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si quis per iniuriam ad tribunal alicuius me interpellauerit, mei uexandi cauſa: potero iniuriarum experiri.

XII. *Cauſa: Si cùm debitor paratus eſſet ſoluere, creditor nihilominus fideiuſſores interpellauerit. Hæc cauſa approbatur l.19 ff. d.tt. his uerbis:* Si creditor meus, cui paratus ſum ſoluere, per iniuriam meā fideiuſſores meos interpellauerit: iniuriarum tenetur.

XIII. *Cauſa: Si creditor propria authoritate domum debitoris abſentis ſignauit. Hæc cauſa approbatur l.20. ff. d.tt. his uerbis:* Si iniuriæ faciendæ gratia Seia domum abſentis debitoris ſignaſſet ſine authoritate eius, qui concedēdi ius poteſtatem'ue habuit: iniuriarum actionem intendi poſſe, Paulus reſpondit.

XIIII. *Cauſa: Si quis creditor pignus proſcripſerit, tanquam à debitore acceptum. Hæc cauſa approbatur l.15. §. item ſi quis pignus. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si quis pignus proſcripſerit uenditurus, tanquam à me acceperit, infamandi mei cauſa: Seruius ait, iniuriarū agi poſſe.

X V. *Cauſa: Si quis bona alicuius tanquam debitoris ſui, qui debitor nō eſt, ſciens poßideat. Hæc cauſa approbatur Inſt. de iniurijs. §. iniuria. ibi: ſiue cuius bona. cuius uerba uide ē. cauſa 2.*

X VI. *Cauſa: Si quis bona alicuius, uel rem aliquam per iniuriam occupauerit. Hæc cauſa approbatur l. 15. §. ſi quis bona. ff. eod. tt. his uerbis:* Si quis bona alicuius uel rem unem per iniuriam occupauerit: iniurierum ection e tenetur.

X V I I. *Cauſa: Si alicui onus quod ad alium pertinet, à magiſtratu ſit indictum. Hæc cauſa reprobatur l. 13. §. idem Labeo. ff. d. tt. his uerbis:* Labeo ſcribit, ſi cum elium contingeret locatio, alij hoc onus duumuir indixerit: non poſſe egi iniurierum ob leborem indictum. Aliud enim eſſe laborem indicere, aliud iniuriam facere. Idem ergo erit probandom & in cæteris muneribue atq; honoribus, quæ per iniuriem indicuntur. Ergo & ſi quis per iniuriam ſententiam dixerit, idem erit probendum.

X V I I I. *Cauſa: Si per iniuriam ſententia dicta ſit. Et hæc cauſa reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Ergo & ſi quis per iniuriam, &c.

X I X. *Cauſa: Si quis euentum ſententiæ uendiderit. Hæc cauſa approbatur l. 15. §. idem ait. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Pomponius eit, eum qui euentum ſententiæ, uelut laturus pecuniā, uendiderit, fuſtibus à præſide ob hoc caſtigatum, iniuriarū demnetum uideri. Vtiq; autem apparer hunc iniuriem ei feciſſe, cuius ſententiam uenditauit.

X X. *Cauſa: Si quis mentem alicuius medicamento aliòue qua alienauerit. Hæc cauſa approbatur d. l. 15. in prin. his uerbis:* Apud Lebeonem quæritur, ſi quis mentem alicuius medicamento alióne quo elienauerit: an iniuriarū actio locum habeet? & eit, iniuriarū aduerſus eum egi poſſe.

X X I. *Cauſa: Si quis in honorem alicuius quid fieri non patiatur. Hæc cauſa reprobatur l. 13. §. ſi quis de. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis de honoribus decernēdis elicui peſſus non ſit decerni: utputa imaginem alicui, uel quid aliud tale: en iniuriarum tenestur? Et eit Labeo, nō teneri, quāuis hoc cōtumelię cauſe fiat. Etenim multū intereſt (inquit) contumeliæ cauſe quid fiat, an uerò fieri quid in honorem elicuius quis non patietur.

X X I I. *Cauſa: Si infamandi alicuius cauſa quid factum ſit: ueluti, ſi quis ad inuidiam alicuius ueſte lugubri utatur, aut ſqualida: aut ſi barbā demittat, uel capillos ſubmittat. Hæc cauſa approbatur l. 15. §. ait prætor, cum ſequentibus. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Ait prætor: Ne quid infamendi eius ceuſe fiat. Si quis eduerſus ea fecerit: prout quęque res erit, enimaduertam. Hoc edictum ſuperuecuum eſſe Labeo eit: quippe cum ex generali clauſula agere poſſumus. Sed uidetur & ipſi Lebeoni, & ita ſe habet, prætorem eandem cauſam ſecutum, uoluiſſe & ſpecialiter de ea teloqui. Ea enim quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter notentur, uidentur queſi neglecta. Generaliter uetuit Prætor ad infemiam alicuius quid fieri. Proinde quodcunque quis fecerit, uel dixerit, ut aliquem infamerer: erit actio iniurierum. Hæc eutem ferè ſunt quæ ed infamiam alicuius fiunt: utputa ſi ad inuidiem elicuius ueſte lugubri utetur, aut ſqualida: aut ſi barbem demittat, uel capillos ſubmittat: aut ſi carmen conſcribat, uel proponat, uel cētet aliquid, quod pudorē alicuius lędat. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi is qui ueſtem ſordidā gerit, uel capillum ſubmittit, ita coniunctus ſit, ut inuitus in reum teſtimonium dicere cogi non poßit. Hæc exceptio approbatur l. 39. ff. d. tt. his uerbis:* Veſtem ſordidam rei nomine in publico hebare, capillúmue ſubmittere nulli licet, niſi ita coniunctus ſit edfinitate, ut inuitus in reum teſtimonium dicere cogi non poſsit. *Altera exceptio hæc eſt: Niſi iudici cauſa cognita aliter uideatur. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. quod ait, his uerbis:* Quod ait prætor, Si quis aduerſus ea fecerit, prout quæque res erit, animaduertam: ſic intelligendum eſt, ut plenior ſit prætoris enimeduerſio: id eſt, ut qoidque eum mouerit, uel in perſone eius qui egit iniuriarum actione, uel eius eduerſue quem egitur, uel etiem in re ipſa, id eſt qualitate iniuriæ: non eudiat eum qui agit.

X X I I I. *Cauſa: Si imaginem Imperatoris ad inuidiā alicuius portet. Hæc cauſa approbatur l. 38. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Senatuſconſulto cauetur, ne quis imeginem Imperetoris in inuidiam elterius portet: & qui contrà fecerit, in uincula publica mittetur. *Concordat l. 28. §. ad ſtatuas. ff. de pœnis. cuius uerba uide ē. lib. 2. cap. 7. reg. 7.*

X X I I I I. *Cauſa: Si cadaueri defuncti iniuria ſit facta. Hæc cauſa approbatur J. cap. 15. reg. 13. except. 2.*

X X V. *Cauſa: Si ſtatua defuncti in monumento poſita, ſaxis caſa ſit. Hæc cauſa approbatur l. 27. ff. de iniurijs. cuius uerba uide J. lib. 26. cap. 3. quaeſt. 1. reg. 4.*

X X V I. *Cauſa: Si quis ſeruum uel filium alicuius ludibrio habuerit, cum in popinam duxerit, uel cum eo alea luſerit. Hæc cauſa approbatur l. 26. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si quis ſeruum meum uel filium meum ludibrio habeet, licet conſentientem: tamen ego iniuriam iam uideor accipere: ueluti ſi in popinam duxerit illum, ſi alea luſerit. Sed hoc utrumque tunc locum habere poteſt, quoties ille qui ſuadet, animum iniuriæ faciendæ habet.

Atquin

Atquin poteſt malum conſilium dare, uel qui dominum ignoret. Et ideo incipit ſerui corrupti actio neceſſaria eſſe. *Huius cauſa exceptio uidetur: Niſi filius uel ſeruus conſentiat. Sed hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis biſce:* Licet conſentiētem. *de qua re uide* ꝭ.*cap. prox.except.21.repl.1.*

XXVII. *Cauſa: Si fumum fecerit ſuperioris uicini fumigandi cauſa: uel ſuperior uicinus in inferiores ædes quid proiecerit, aut infuderit. Hæc duplex cauſa approbatur l. 44. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Si inferiorum ædium dominus ſuperioris uicini fumigandi cauſa fumum faceret: aut ſi ſuperior uicinus in inferiores ædes quid aut proiecerit, aut infuderit: negat Labeo iniuriarum agi poſſe. quod falſum puto: ſi tamen iniuriæ faciendæ cauſa immittitur.

XXVIII *Cauſa: Si quis fimo corrupto aliquē perfuderit: cœno, luto oblinerit: aquas ſpurcauerit: fiſtulas, lacus quid'ue aliud ad iniuriam publicam cōtaminauerit. Hæc cauſa approbatur l. 1 ꝭ. fit iniuria. ff. de extraord. criminib. his uerbis:* Fit iniuria cōtra bonos mores, ueluti ſi quis fimo corrupto aliquem perfuderit: cœno, luto oblinierit: aquas ſpurcauerit: fiſtulas, lacus, quid'ue aliud ad iniuriam publicam contaminauerit: in quos grauiter animaduerti ſolet.

XXIX. *Cauſa: Si quis alicui contumeliam fecerit. Hæc cauſa approbatur l. 1. in prin. ff. de iniurijs. cuius uerba uide* ꝭ. *cauſ. 1. Declaratur etymologia cōtumeliæ d. l. 1. in prin. ibi: contumeliam autē. cuius uerba uide d. cauſa 1.*

XXX. *Cauſa: Si alicui conuicium factum ſit. Hæc cauſa approbatur edicto prætoris, l. 15. ꝭ. ait prætor. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Ait prætor: Qui aduerſus bonos mores conuicium cui feciſſe, cuius'ue opera quid factum eſſe dicetur, quo aduerſus bonos mores conuiciū fieret: in eum iudicium dabo. *Concordat l. 1. ꝭ. iniuriam. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝭ. *cauſa 1. diuiſ. 1. Concordat item l 42. ff. eod. tt. cuius uerba uide* ꝭ. *cap. 17. reg. 9. Concordat item Inſt. eod. tt. ꝭ. iniuria autem. cuius uerba uide* ꝭ. *cauſa 2. Declaratur cauſa propoſita conuicij definitione, l. 15. ꝭ. conuiciū. ff. d. tt. his uerbis:* Conuicium iniuriam eſſe Labeo ait. Conuicium dicitur uel à concitatione, uel à conuentu, hoc eſt à collatione uocum. Cùm enim in unum complures uoces conferuntur, cōuicium appellatur, quaſi conuocium. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non contra bonos mores factum ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. ꝭ. ſed quod, his uerbis:* Quod adijcitur à prætore, Aduerſus bonos mores: oſtendit nō omnem in unum collatam uociferationem prætorem notare: ſed eam quæ bonis moribus improbetur, quæque ad infamiam uel ad inuidiam alicuius ſpectet. *Declaratur ibidem his uerbis:* Idem Prætor ait, Aduerſus bonos mores: ſic accipiendum, non eius qui fecit, ſed generaliter accipiendum aduerſus bonos mores huius ciuitatis. *Altera exceptio uidetur: Niſi non præſenti, ſed abſenti conuicium ſit factum. Hæc exceptio reprobatur d. l. 15. ꝭ. conuicium non, his uerbis:* Conuicium non tātùm præſenti, uerùm abſenti quoque fieri poſſe, Labeo ſcribit. Proinde ſi quis ad domum tuam uenerit te abſente: conuicium factum eſſe dicit. Idem etſi ad ſtationem uel tabernam uentum ſit, probari oportere. *Tertia exceptio uidetur: Niſi non per ſe, ſed per alios factum ſit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 15. ꝭ. feciſſe, his uerbis:* Feciſſe conuicium non tantùm is uidetur, qui uociferatus eſt: uerùm is quoque qui concitauit ad uociferationem alios, uel qui ſubmiſit ut uociferentur. *Quarta exceptio eſt: Niſi incertæ perſonæ conuicium ſit factum. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. ꝭ. cui, his uerbis:* Cui non ſine cauſa adiectum eſt. Nam ſi incertæ perſonæ conuiciū fiat: nulla executio eſt. *Quinta exceptio eſt: Niſi conatus non habuerit euentum. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. ꝭ. ſi curauerit, his uerbis:* Si curauerit quis conuicium alicui fieri, non tamen factum ſit: non tenebitur. *Sexta exceptio eſt: Niſi ſine uociferatione & non in cœtu factum ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. ꝭ. ex his apparet, his uerbis:* Ex his apparet, non omne maledictum conuicium eſſe: ſed illud ſolum, quod cū uociferatione dictum eſt, ſiue unus ſiue plures dixerint, & quod in cœtu dictū eſt conuicium. Quod autem non in cœtu, nec cum uociferatione dicitur: conuiciū non propriè dicitur, ſed infamandi cauſa dictum eſt.

XXXI. *Cauſa: Si quis aliquem delatorem dixit. Hæc cauſa approbatur l. 1. C. de iniurijs, biſce uerbis:* Si non es nunciator: uereri non debes, ne ea propter quòd iniuriæ faciendæ gratia quidam te ueluti delatorem eſſe dixerūt, opinio tua maculata ſit. Quinimò aduerſus eos qui minuendæ opinionis tuæ cauſa aliquid confeciſſe comperiētur, more ſolito iniuriarum iudicio experiri potes.

XXXII. *Cauſa: Si aſtrologus uel alius diuinator conſultus, aliquem furem dixit. Hæc cauſa reprobatur l. 15. ꝭ. ſi quis aſtrologus. ff. d. tt. his uerbis:* Si quis aſtrologus, uel qui aliquam illicitam diuinationem pollicetur, conſultus, aliquem furem dixiſſet, qui non erat: iniuriarum cum eo agi non poteſt, ſed conſtitutiones eum tenent.

XXXIII. *Cauſa: Si quis aliquem debitorem ſuum, cùm non eſſet, dixerit. Hæc cauſa approbatur d. l. 15. ꝭ. ſi quis non, his uerbis.* Si quis non debi-

torem quaſi debitorem appellauerit iniuriæ faciendæ cauſa: iniuriarum tenetur. *Concordat Inſt. eod. tt. §. iniuria. ibi: ſiue cuius. cuius uerba uide ſ. cauſa 2.*

XXXIIII. *Cauſa: Si liberum ſeruum dixerit. Hæc cauſa approbatur l. 9. C. de iniurijs, biſce uerbis:* Qui liberos infamandi gratia dixerunt ſeruos: iniuriarum conueniri poſſe, non ambigitur. *Concordat l. 10. C. eod. tt. cuius uerba uide j. cap. 18. queſt. 1. reg. 2. Concordat itē l. 11. §. fin. ff. eod. tt. bis uerbis:* Ei qui ſeruus dicitur, ſeq; adſerit in libertatem: iniuriarū actiooem aduerſus dicentem ſe dominū competere, nulla dubitatio eſt. Et hoc eſt uerum, ſiue ex libertate in ſeruitutem petatur, ſiue ex ſeruitute in libertatem proclamat: nam hoc iure indiſtinctè utimur. *Concordat item l. 12. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si quis de libertate aliquem in ſeruitutem petat, quem ſciat liberum eſſe, neque id propter euictionem, ut eam ſibi conſeruet, faciat: iniuriarum actione tenetur.

XXXV. *Cauſa: Si liber pro fugitiuo ſit apprehenſus. Approbatur hæc cauſſa l. 22. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Si liber pro fugitiuo adprehenſus erit: iniuriarum cum eo agit.

XXXVI. *Cauſſa: Si libellum, carmen, aut hiſtoriam ad alicuius infamiam ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolóue malo fecerit, quo quid eorum fieret. Hæc cauſſa approbatur l. 5. §. ſi quis librum. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Si quis librum ad infamiam alicuius pertinentem ſcripſit, compoſuit, edidit, dolóue malo fecit, quo quid eorum fieret: etiamſi alterius nomine ediderit, uel ſine nomine: uti de ea re agere liceat: & ſi condemnatus ſit qui id fecit, inteſtabilis ex lege eſſe iubetur. *Concordat Inſt. eod. tt. §. iniuria autem. ibi: uel ſi quis. cuius uerba uide ſ. cauſſa 2. Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nomen eius in quem factum eſt, non ſit adiectum. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. eod. tt. bis uerbis:* Cum nomē adiectum non eſt eius, in quem factum eſt: tunc ei, quia difficilis probatio eſt, uoluit ſenatus publica quæſtione rem uindicare. Cæterùm ſi nomen adiectum: & iure communi iniuriarum agi poteſt. nec enim prohibendus eſt priuato agere iudiclo, quòd publico iudicio præiudicetur: quia ad priuatam cauſſam pertinet. *Altera exceptio eſt: Niſi publico iudicio ſit actum. Hæc exceptio approbatur d. l. 6. in fine, bis uerbis:* Planè ſi actum ſit publico iudicio: denegandum eſt priuatum. Similiter ex diuerſo.

XXXVII. *Cauſſa: Si libellum famoſum inuentum non corruperit, ſed manifeſtauerit, & alij inuentum confiteatur. Hæc cauſſa approbatur l. unica. C. de famoſis libellis, biſce uerbis:* Si quis famoſum libellum ſiue domi, ſiue in publico, uel quocunque loco ignarus repeterit: aut corrumpat priuſquam alter inueniat, aut nulli confiteatur inuentum. Sin uerò non ſtatim eaſdem chartulas uel corruperit, uel igne conſumpſerit, ſed uim earum manifeſtauerit: ſciat ſe quaſi authorem huiuſmodi delicti capitali ſententiæ ſubiugandum. Sanè ſi quis deuotionis ſuæ, ac ſalutis publicæ cuſtodiam gerit: nomen ſuum profiteatur, & ea quæ per famoſum libellum perſequenda putauit, ore proprio edicat: ita ut abſque ulla trepidatione accedat, ſciens quòd ſi adſertionibus ſuis ueri fides fuerit opitulata, laudem maximam ac præmium à noſtra clementia conſequatur. Sin uerò minimè hæc uera oſtenderit: capitali pœna plectetur. Huiuſmodi autem libellus alterius opinionem non lædat. *Concordat l. 5. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. cauſſa prox.*

XXXVIII. *Cauſſa: Si quis libellum famoſum emendum uendendúmue curauit. Hæc cauſſa approbatur d. §. fin. cum lege ſequente, bis uerbis:* Eadem pœna ex ſenatuſconſulto tenetur is qui *ἐπίγραμμα*, aliudúe quid, ſiue ſcripturam in notam aliquorum produxerit: item qui emendum uendendumúe curauerit. Et ei qui indicaſſet, ſiue liber ſiue ſeruus ſit, pro modo ſubſtantiæ accuſatæ perſonæ æſtimatione iudicis præmium conſtituitur: ſeruo forſitan & libertate præſtanda. Quid enim ſi publica utilitas ex hoc emergit? Quod ſenatuſconſultum neceſſarium eſt. *Ait Iuriſconſultus:* Eadem pœna. *Scilicet propoſita in ſuperiore §. ſi quis liberum. cuius uerba uide ſ. cauſſa 36. in prin.*

XXXIX. *Cauſſa: Si libello magiſtratui dato famam alicuius inſectatus eſt. Hæc cauſſa approbatur l. 15. §. ſi quis libello. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Si quis libello dato uel principi uel alij famam alienam inſectatus fuerit: iniuriarum erit agendum, ut Pomponius ait.

XL. *Cauſſa: Si carmen quod pudorem alicuius lędit, conſcribat, proponat uel cantet. Hæc cauſſa approbatur d. l. 15. §. hæc autem. cuius uerba uide ſ. cauſſa 22.*

XLI. *Cauſſa: Si infamandi alterius cauſa in monumento publico quid ſit poſitum. Hæc cauſſa approbatur l. 27. ff. d. tt. bis uerbis:* Cōſtitutionib. principalibus cauetur, ea quæ infamandi alterius

alretius cauſa in monumenta publica poſita ſunt, tolli de medio.

X L I I. Cauſa: Huius cauſe loco notandum, quòd & aliæ cauſſæ ſpeciales huius actionis poßint eſſe ex arbitrio iudicis pendentes. Quæ cauſa approbatur uerbis edicti prætoris l.15.§.prætor ait, in fine. ff. d.tt. ſ.cauſa 9. propoſitis hiſce: Item ſi quid aliud factum eſſe dicetur: cauſa cognita iudicium dabo. De qua re uide j.cap.18. quæſt.3. reg.1.

DE EXCEPTIONIBVS PRAEcedentium cauſarum generalibus. Cap. XIIII.

PRima exceptio: Niſi non iniuriæ faciendæ animo dictum uel factum ſit. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. C.de iniurijs, hiſce uerbis: Si non conuicij conſilio te aliquid iniurioſum dixiſſe probare potes, fides ueri à calumnia te defendit. Concordat l.26.ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ.cap. prox. cauſa 26. Item concordat l.44.ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap. prox. cauſa 27.

I I. Exceptio: Niſi per iocum dixit uel fecit. Hæc exceptio approbatur l.3. §. quare ſi quis. ff. d.tt. his uerbis: Si quis per iocum percutiat, aut dum certat: iniuriarum non tenetur.

I I I. Exceptio: Niſi in certando percußit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce: Aut dum certat.

I I I I. Exceptio: Niſi corrigendi & emendandi animo fecerit. Hæc exceptio approbatur l.15.§.adijcitur. ff.de iniurijs, hiſce uerbis: Adijcitur, Aduerſus bonos mores: ut non omnis omnino qui uerberauit, ſed qui aduerſus bonos mores uerberauit, teneatur. Cæterùm ſi quis corrigendi animo uerberauerit, aut emendandi: non tenetur. Vnde quærit Labeo, Si magiſtratus municipalis ſeruum meum loris ruperit, an poſsim cum eo experiri, quaſi aduerſus bonos mores uerberauerit? Et ait, iudicem debere inquirere, quid facientem eum ſeruum uerberauerit? nam ſi honorem ornamentaque petulanter attentantem cęciderit, abſoluendum eum.

V. Exceptio: Niſi iure fecerit. Hæc exceptio approbatur l.13.§.is qui iure. ff.de iniurijs, hiſce uerbis: Is qui iure publico utitur, non uidetur iniuriæ faciendæ cauſa hoc facere. Iuris enim executio non habet iniuriam.

V I. Exceptio: Niſi iure magiſtratus & poteſtatis fecit. Hæc exceptio approbatur d.l.13.§.quæ iure, his uerbis: Quæ iure poteſtatis à magiſtratu fiunt, ad iniuriarum actionem non pertinent. Concordat l.33.ff.eod.tt. his uerbis: Quod reipublic. uenerandæ cauſa ſecundum bonos mores fit, etiamſi ad contumeliam alicuius pertinet: quia tamen non ea mente magiſtratus facit, ut iniuriam faciat, ſed ad uindictam magiſtratus publicè reſpiciat: actione iniuriarum non tenetur. Huius exemplum proponitur l.15.§.adijcitur. ibi: unde quærit. ff. eod.tt. cuius uerba uide ſ.exc.4. Plura de hac exceptione uide j.exc.23.

V I I. Exceptio: Niſi ob id quòd decreto magiſtratus non obtemperauerit, ductus ſit. Hæc exceptio approbatur d.l.13. §.ſi quis quòd, his uerbis: Si quis quòd decreto prætoris non obtemperauerit, ductus ſit: non eſt in ea cauſa ut agat iniuriarum, propter prætoris præceptum.

V I I I. Exceptio: Niſi defendendi domini ſui cauſa fecerit. Hæc exceptio approbatur l.17. §.ſi iuſſu, in fine. ff.de iniurijs, hiſce uerbis: Si defendendi domini gratia ſeruus aliquid fecerit: rationem ei conſtare apparet, in quo eam rem aduerſus agentem exceptio obijcienda erit.

I X. Exceptio: Niſi mandatu alterius fecerit. Hæc exceptio reprobatur l.11.§.ſi mandatu. ff. d.tt. his uerbis: Si mandatu meo facta ſit alicui iniuria: plerique aiunt, tam me qui mandaui, quàm eum qui ſuſcepit, iniuriarum teneri. Concordat d.l.11.§.Proculus. cuius uerba uide j. cap.16. quæſtion.1. reg.2.

X. Exceptio: Niſi iuſſu domini ſeruo eius iniuria ſit facta. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur ſ. cap. proxim. quæſtione 3. cauſa 9. except. 2. & 3.

X I. Exceptio: Niſi pater adulterum cum filia ſua deprehenſum contumelia affecerit. Hæc exceptio approbatur l.22.§.ſed qui occidere. ff. ad l.Iul. de adulterijs, his uerbis: Qui occidere poteſt adulterum, multo magis contumelia poterit eũ iure adficere.

X I I. Exceptio: Niſi nocẽtem infamauit. Hæc exceptio approbatur l.18. in prin. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ.lib.20.cap.7.quæſt.2. exc.10. replic.11. Concordat l.unica.§.ſanè ſi quis. C.de famoſis libellis. cuius uerba uide ſ.cap.prox. cauſa 37. Concordãt item ea quæ propoſita ſunt d.repl.11.

X I I I. Exceptio: Niſi is qui iniuriam facit, in perſona eius cui facit, erret. Hæc exceptio reprobatur l.18.§.ſi iniuria. ff.de iniurijs, hiſce uerbis: Si iniuria mihi fiat ab eo cui ſim ignotus: aut ſi quis putat me Lucium Titium eſſe, quum ſim Caius Seius: præualet quod principale eſt, iniuriam eum mihi facere uelle. Nam certus ſum ego: licet ille putet me alium eſſe, quàm ſim. Et ideo iniuriarũ habeo actionem. At cùm aliquis filiumfamiliâs patremfamiliâs putat: non poteſt uideri iniuriam patri facere: nõ magis quàm uiro, ſi mulierem uiduam eſſe credat. quia neque in perſonam eorum confertur iniuria, nec transferri perſonæ putatio ex perſona filiorum ad eas poteſt: cùm adfe-

ctus iniuriam facientis in hunc tanquam in patremfamiliâs conſiſtat. Quòd ſi ſciſſet filiumfamiliâs eſſe, tametſi neſciſſet cuius filius eſſet: dicerem (inquam) patrem ſuo nomine iniuriarum agere poſſe: nec minus uirum, ſi ille nuptam eſſe ſciret. Nam qui hæc non ignorat: cuicunque patri, cuicunque marito, per filium, per uxorem uult facere iniuriam. *Concordat l. 3. §. itaq; pati quis, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫. 10 excep. 22. Planè admittitur exceptio propoſita in caſu, de quo ∫. except. prox.*

XIIII. Exceptio: *Niſi hominem liberum per errorem uel caſum pro ſeruo ſuo ceciderit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. fin. his uerbis:* Si quis hominem liberum ceciderit, dum putat ſeruum ſuum: in ea cauſſa eſt, ne iniuriarum teneatur. *Concordat l. 4. ff. eod. tt. his uerbis:* Si, cùm ſeruo meo pugnum ducere uellem, in proximo te ſtantem inuitus percuſſerim: iniuriarum non teneor.

XV. Exceptio: *Niſi ſeruum alienum pro libero homine uel ſeruo alterius per errorem ceciderit. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. interdum. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Interdum iniuria ſeruo facta ad dominum redundat: interdū non. Nam ſi pro libero ſe gerentem, aut cùm alterius potius quàm meum exiſtimabat, quis ceciderit, non cæſurus eum ſi meum ſciſſet: non poſſe eum quaſi iniuriam fecerit, ſic conueniri, Mela ſcribit.

XVI. Exceptio: *Niſi ſeruus alicuius leniter percuſſus ſit, uel leniter ei maledictum. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. prætor ait, Si quid. ibi: itaq; prætor. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ∫. cap. 18. quæſt. 3. reg. 5. Concordat Inſt. eod. tt. §. ſeruis autem. cuius uerba uide ∫. cap. prox. reg. 1.*

XVII. Exceptio: *Niſi nihil contra bonos mores ſit factum. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. ait prætor. cuius uerba uide ∫̄. cap. prox. cauſſa 30. Concordat d. l. 15. §. ſed quod adijcitur. cuius uerba uide d. cauſſa 10. except. 1. Concordat item d. l. 15. §. meminiſſe. cuius uerba uide ∫̄. cap. prox. cauſſa 5. except. 2. Item concordat d. l. 15. §. adijcitur. cuius uerba uide ∫̄. except. 4.*

XVIII. Exceptio: *Niſi incertæ perſonæ iniuria facta ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 15. §. cui non ſine. cuius uerba uide ∫̄. cap. prox. cauſſa 30. except. 4. Cōcordat l. 6. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫̄. cap. prox. cauſſa 16. except. 1.*

XIX. Exceptio: *Niſi ei apud quem in alea luſum eſt, iniuria facta ſit. Hæc exceptio approbatur l. 1. in prin. ff. de aleatoribus. cuius uerba uide ∫̄. cap. 1. quæſt. 2. except. 31.*

XX. Exceptio: *Niſi defuncto facta ſit iniuria. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ proponuntur ∫. cap. prox. reg. 23. except. 2.*

XXI. Exceptio: *Niſi uolenti iniuria ſit facta. Hæc exceptio approbatur l. 9. ibi: nullam enim. ff. de aqua pluuia arcenda, his uerbis:* Nullam poteſt uideri iniuriam accipere, qui ſemel uoluit. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi uolenti filiofamiliâs uel ſeruo fiat iniuria: hoc enim caſu nihilominus patri uel domino competit actio. Quæ replicatio approbatur l. 1. §. uſq; adeò. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Vſque adeò iniuria quæ fit liberis noſtris, noſtrum pudorem pertingit, ut etiamſi uolentem filium quis uendiderit: patri ſuo quidem nomine competat iniuriarum actio, filij uerò nomine non competat: quia nulla iniuria ſit, quæ in uolentem fiat. *Concordat l. 26. ff. eod. tt. cuius uerba uide ∫̄. cap. prox. cauſſa 26.*

XXII. Exceptio: *Niſi furioſus uel impubes iniuriam fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Illud relatum eſt, eos qui iniuriam pati poſſunt, & facere poſſe. Sanè ſunt quidam qui facere nō poſſunt: utputa furioſus & impubes, qui doli capax non eſt. Nanque hi iniuriam pati ſolent, non facere. Cum enim iniuria ex adfectu facientis cōſiſtat: cōſequens erit dicere, hos, ſiue pulſent, ſiue conuicium dicant, iniuriam feciſſe non uideri. Itaque pati quis iniuriam, etiamſi non ſentiat, poteſt: facere nemo, niſi qui ſcit ſe iniuriam facere, etſi neſciat cui faciat.

XXIII. Exceptio: *Niſi magiſtratus ſubdito iniuriam faciat. Hæc exceptio reprobatur l. 32. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ∫̄. lib. 16. cap. 14. reg. 8. except. 2. Planè admittitur exceptio propoſita, ſi non iniuriæ faciendæ animo magiſtratus fecit, ſed iure poteſtatis uſus. de qua re uide ∫̄. except. 6.*

XXIIII. Exceptio: *Niſi dominus ſeruo fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. ſi communem. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Si communem quis ſeruum uerberauerit: utique hac actione non tenebitur, cùm iure dominij id fecerit. nec ſi fructuarius id fecerit, dominus cum eo aget: uel ſi proprietarius fecerit, fructuarius eum conueniet. *Hiſce uerbis exceptio propoſita approbatur, ſimul & duæ eius replicationes reprobantur, hæ ſcilicet: Niſi alius in ſeruo partem habuerit. Et: Niſi alius in ſeruo uſumfructum habuerit.*

XXV. Exceptio: *Niſi is qui in ſeruo uſumfructum habet, ei iniuriam fecerit. Et hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Nec ſi fructuarius id fecerit, dominus cū eo aget.

XXVI. Exceptio: *Niſi patronus liberto iniuriam fecerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 11. §. quāquā. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Quan-

Quanquam aduerſus patronum liberto iniuriarum actio non detur: utrum marito libertæ nomine cum patrono actio competit? Maritus enim, uxore ſua iniuriam paſſa, ſuo nomine iniuriarũ agere uidetur. Quod & Marcellus admittit. Vlpianus. Ego autẽ apud eum notaui, nõ de omni iniuria hoc eſſe dicendũ, me putare. Leuis enim coercitio etiam in nuptam, uel cõuicij non impudici dictio cur patrono denegetur? Si autem conliberto nupta eſſet: diceremus omnino iniuriarum actionem marito aduerſus patronum ceſſare. Et ita multi ſentiunt. Ex quibus apparet, libertos noſtros non tantùm eas iniurias aduerſus nos iniuriarum actione exequi non poſſe, quæcunq; fiunt ipſis: ſed ne eas quidẽ quæ eis fiunt, quos eorum intereſt iniuriam nõ pati. Planè ſi fortè filius liberti, uel uxor uelint iniuriarum experiri, quia patri marito ue non datur: denegandum non erit, quia ſuo nomine experiuntur. *Concordat propoſitæ exceptioni l. 2. ff. de obſequijs à liberis. cuius uerba uide ĩ. lib. 16. cap. 1. quæſt. 5. reg. 4. except. 1. repl. 1. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi alius per libertum iniuria à patrono affectum iniuria afficiatur. huic enim actio deneganda non eſt. quæ replicatio approbatur uerbis d. § quanquam, iam propoſitis. Cuius duplicatio hæc eſt: Niſi leuis iniuria liberto ſit facta. hoc enim caſu nec alius ſuo nomine experietur. quæ duplicatio approbatur uerbis d. § quanquam, iam propoſitis hiſce:* Ego autem apud eum notaui, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi atrox iniuria liberto à patrono ſit facta. quæ replicatio approbatur l. 7. § præterea. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Illò ſpectat dici certum de iniuria, quam paſſus quis ſit: ut ex qualitate iniuriæ ſciamus, an in patronum liberto reddendum ſit iniuriarum iudicium. Etenim meminiſſe oportebit, liberto aduerſus patronum non quidem ſemper, uerùm interdum iniuriarum dari iudicium: ſcilicet ſi atrox ſit iniuria quam paſſus ſit, puta ſi ſeruilis eſt. Ceterùm leuem coercitionẽ utiq; patrono aduerſus libertum dabimus: nec patietur prætor eum querentem, quaſi iniuriam paſſus ſit, niſi atrocitas eum mouerit. Nec enim ferre prętor debet heri ſeruũ, hodie libertum conquerentem, quòd dominus ei conuicium dixerit, uel quòd leuiter pulſauerit, uel emendauerit. Sed ſi flagris, ſi uerberibus uulnerauit non mediocriter: æquiſsimum erit, Prætorẽ ei ſubuenire. *Concordat l. 10. § prætor ait, in fine. ff. de in ius uocando. cuius uerba uide ĩ. lib. 6. cap. 1. quæſt. 5. except. 4. Concordat item l. 6. C. de iniurijs. cuius uerba uide J. except. prox.*

XXVII. *Exceptio: Niſi hæres patroni liberto fecerit iniuriam. Hæc exceptio reprobatur d. l. 6. his uerbis:* Cum nec patronos iniuriam facere libertis iuris æquitas permittat, proponasq; patronæ hæredes eum qui libertatẽ à defuncta acceperat, iniurijs afficere: curabit Præſes prouinciæ contumeliam hæredum compeſcere.

XXVIII. *Exceptio: Niſi parens liberis iniuriam fecerit. Hæc exceptio approbatur l. 7. § ſed etſi quis. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si quis ex liberis qui non ſunt in poteſtate, cum parente uelit experiri: non temerè iniuriarum actio danda eſt, niſi atrocitas ſuaſerit. Certè his qui ſunt in poteſtate, prorſus non competit, etiamſi atrox fuerit. *Concordat l. 2. ff. de obſequijs à liberis. cuius uerba uide ĩ. lib. 16. cap. 1. quæſt. 5. reg. 4. except. 1. repl. 1. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi atrox iniuria ſit. quæ approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Niſi atrocitas ſuaſerit. *Huius duplicatio eſt: Niſi parens ei quẽ habet in poteſtate, iniuriam fecerit. quæ duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Certè his qui ſunt in poteſtate, &c.

XXIX. *Exceptio: Niſi ſeruus iniuriam fecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. C. de iniurijs, hiſce uerbis:* Nec ſeruis quidẽ alienis licet facere iniuriam. *Concordat l. 17. § cum ſeruus. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. cap. 16. quæſt. 1. reg. 1.*

XXX. *Exceptio: Niſi ſeruus domino fecerit iniuriam. Hæc exceptio approbatur l. 17. § ſi ſeruus, in fine. ff. de iniurijs. cuius uerba uide J. except. proxim.*

XXXI. *Exceptio: Niſi ſeruus ei qui in eo uſumfructum habet, iniuriam fecerit. Hæc exceptio reprobatur d. § ſi ſeruus, his uerbis:* Si ſeruus, in quo uſusfructus meus eſt, iniuriam mihi fecerit: aduerſus dominum noxali iudicio experiri potero: neq; debeo deterioris cõditionis ob hoc eſſe, quòd uſumfructũ in eo habeo, quàm ſi non haberem. aliter atq; ſi ſeruus communis eſſet: tũc enim nõ daremus ſocio actionem ea propter, quia & ipſe iniuriarum actione tenetur.

XXXII. *Exceptio: Niſi ſeruus ſeruo iniuriam fecerit. Hæc exceptio reprobatur l. 18. § 1. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si ſeruus ſeruo fecerit iniuriam, perinde agendum eſt, quaſi domino feciſſet.

XXXIII. *Exceptio: Niſi iniuriam paſſus eam ſtatim ad animum non reuocauerit, ſed eam diſsimulauerit. Hæc exceptio approbatur l. 11. § 1. ff. d. tit. his uerbis:* Iniuriarum actio ex bono & æquo eſt, & diſsimulatione aboletur. Si quis enim iniuriam dereliquerit, hoc eſt, ſtatim paſſus ad animum ſuum non reuocauerit: poſtea ex pœnitentia iniuriam remiſſam nõ poterit recolere. Secundũ hoc ergo æquitas actionis omnẽ metũ eius abolere uidetur, ubicũq; cõtra æquũ quis uenit. Proinde & ſi pactum de iniuria interceſſerit, & ſi

traoſactum, ant iuſiurandum exactum erit: actio iniuriarum non tenebit. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. eod. tt. §. fin.*

XXXIIII. *Exceptio: Niſi iniuria remiſſa ſit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Proinde & ſi pactum de iniuria intar ceſſerit, & ſi traoſactum, &c. *Concordat l. 17. §. ſi cum ante, in fine. ff. eod. tt. bis uerbis:* Si cum ante iudicem domious uerberandum ſeruum exhibuerit, ut ſatis uerberibus de eo fieret, & erit factum arbitratu alicuins: poſtea actor agere iniuriarũ perſeuerans non eſt andiendus. Qui enim accepit ſatiafactionem, iniuriam ſoam remiſit. Nam etſi nuda uoluntate iniuriá remiſit: indubitatè dicendum eſt, extingui ioiuriarum actionẽ, nõ minus quàm ſi tẽpora abolita fuerit iniuria. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi alius quàm actor iniuriam remiſit. quæ replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius duplicatio hæc eſt: Niſi cùm filio iniuria facta eſſet, pater eam remiſerit. quæ duplicatio approbatur d. l. 17. §. filiofamiliâs, bis uerbis:* Filiofamiliâs iniuriam paſſo, ſi præſens ſit pater, agere tamen non poſsit propter furorem, oel qnem alium caſum dementiæ: puto competere iniuriarum actionem. Nam & bic pater eius abſentia loco eſt. Planè ſi pręſens agere nolit, aut quia differt, uel quia remittit atq; donat iniuriam: magis eſt ut filio actio nõ detur. Nam & cum abeſt, idcirco datur actio filio, qnia ueriſimile eſt patrem, ſi præſens fuiſſet, acturum fuiſſe. *Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi patris perſona uilis & abiecta ſit, filij honeſta. Hæc triplicatio approbatur ibidem bis uerbis:* Interdum tameo putamos, etſi pater remittat, iniuriarum actiooẽ filio dandam: utputa ſi patris perſona uilie & abiecta ſit, filij honeſta. neq; eoim debet pater uiliſsimus filij ſui contomeliam ad ſuam utilitatem metiri. Ponamus eom eſſe patrem, eui iure meritoq; curator à prętore cooſtitueretur. Sed etſi pater lite conteſtata cœperit abeſſe, uel etiam negligere executionem pater uilis: dicendũ eſt, cauſſa cognita tranſlationem filio competere. Idem eſt, etſi emancipatus filius eſſe proponatur. *Altera triplicatio eſt: Niſi filius ſit emancipatus. quæ triplicatio approbatur uerbis iam propoſitis biſce:* Idem eſt, etſi emancipatus filius eſſe proponatur.

XXXV. *Exceptio: Niſi iniuriarum actio intra annum in iudicium deducta non ſit. Hæc exceptio approbatur l. 5. C. de iniurijs, biſce uerbis:* Si in rixa ioconſulto ealore prolapſus homieidij conuicium obieciſti, & ex eo die aonua exceſsit: cum iniuriarum actio annuo rempore præſcripta ſit, ob iniuriæ admiſſum conueo ri non potes. *Concordat l. 17. §. ſi cum ante, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ĩ. exception. prox. in prin.*

XXXVI. *Exceptio: Niſi ſeruus qui iniuriam fecit, à iudice propterea uerberibus ſit caſtigatus. Hæc exceptio approbatur d. §. ſi cum ante.*

XXXVII. *Exceptio: Niſi ſemel actum ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi alius antea egerit. Hæc replicatio approbatur l. 1. §. fin. ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Neratius ait, ex uoa iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionẽ, neq; unius actiooem per aliam cõſumi. utpota uxori meæ filiæfamiliâs iniuria facta eſt, & mibi, & patri eius, & ipſi iniuriarum actio ineipiet competere. *Concordat l. 18. §. ſi nupta, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. cap. prox. reg. 10. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi cum filiusfamiliâs iniuriam paſſus egiſſet, poſtea pater eius agat. huic enim nihilominus exceptio obſtat, quamuis alius ſit. quæ duplicatio approbatur l. 17. §. ſi filiusfam. ff. d. tt. bis uerbis:* Si filiuafamiliâs iniuriarum egerit, patri actio non competit. *Altera replicatio eſt: Niſi ex alia iniuria antea ſit actum. Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius duplicatio hæc eſt: Niſi utraq; iniuria ſimul ſit facta. quæ duplicatio approbatur l. 7. §. ſi mihi ff. de iniurijs, biſce uerbis:* Si mihi plures iniurias feceria: puta turba & cœtu facto domum alicuins introeas, & hoc pacto efficiatur, ut ſimnl & conuicium patiar, & oerberer: an poſsim ſeparatim tecum experiri de ſiogulia ininrijs, quæritur? Et Marcellus ſecundum Neratij ſenteotiam hoc probat, cogendum iniuriaa qoas ſimul paſſua ſit, coniongere. *Tertia replicatio eſt: Niſi cum pater antea filij nomine egiſſet, nunc ſuo nomine agat: uel contrà. Hæc replicatio approbatur l. 41. ff. d. tt. bis uerbis:* Pater cuins filio facta aſt iniuria, non eſt impediendua, quo minoa doobus iudicijs & ſuam ininriam proſequatur, & filij. *Quarta replicatio eſt: Niſi alia actione antea ſit actum. Hæc replicatio reprobatur l. 35. ff. de action. & obligat. bis uerbis:* Qui ſeruum alienum iniurioſè uerberat: ex uno facto incidit & in Aqniliam, & io actionem iniuriarum. Iniutia enim ex affectu fit, damnnm ex culpa. Et ideo poſſunt utræq; competere. Sed quidam aiont, altera electa alteram conſumi: alij, per legis Aquiliæ actionem iniuriarum cooſumi: quooiã deſierit bonum & æquum eſſe, condemnari eum qui æſtimationem præſtitit. Sed ſi antè iniuriarum actum ſit: teneri eom ex lege Aquilia. Sed & bæc ſententia per prætorem inbibenda eſt: niſi in id quod amplius ex lege Aquilia competit, agatur. Rationabilius itaq; eſt eam admitti ſenteotiam, ut liceat ei quam uoluerit actionem priua exercere. Quod autem amplius in altera

eſt,

eſt, etiam hoc conſequi. Si is cui rem commodauero, eam ſubripuerit: tenebitur quidem & commodati actione, & condictione: ſed altera actio alteram perimit aut ipſo iura, aut per exceptionem. quod eſt tutius. Hinc de colono reſponſum eſt, ſi aliquid ex fundo ſubtraxerit: teneri eum & condictione, &c. *Concordat l.6. in fine. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ. cap. prox. quæſt.3. cauſſa 36. except.2. Planè admittitur replicatio propoſita, ſi quid amplius ſit in actione iniuriarum, quàm fuit in priore. quæ diſtinctio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Rationabilius itaq; eſt eam admitti ſententiam, &c. *De qua re uide item* J. *lib.48. cap.16. except.5. diſtinct.3. Hæ ſunt exceptiones aduerſus cauſſas iniuriarum actionis. Sed & poſſunt & aliæ eſſe, quæ ex arbitrio iudicis pendent. quæ approbantur l.15. §. quod ait prætor. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ. cap. proxim. cauſſa 22. exception.2.*

QVIBVS ACTIO INIVRIARVM COMPETIT? Cap. XV.

P*Rima regula, De domino ſerui iniuriam paſſi. Huic datur iniuriarum actio. quæ regula approbatur Inſt. de iniurijs. §. ſeruis, hiſce uerbis:* Seruis ipſis quidem nulla iniuria fieri intelligitur, ſed domino per eos fieri uidetur: non tamen iiſdem modis, quibus etiam per liberos & uxores: ſed ita, cum quid atrocius commiſſum fuerit, & quod apertè ad contumeliam domini reſpicit: ueluti ſi quis alienum ſeruum atrociter uerberauerit, & in hunc caſum actio proponitur. At ſi quis ſeruo conuicium fecerit, uel pugno eum percuſſerit: nulla in eum actio domino competit. *Concordat l.1. §. item aut per. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cap.13. quæſt.1. cauſſa 1. diuiſ.3. Concordat item l.8. C. eod. tit. his uerbis:* Dominũ pro atroci iniuria, quam ſeruus eius paſſus eſt, edicti perpetui actione propoſita, qua damni etiam haberi rationem uerbis euidenter exprimitur, agere poſſe conuenit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi leuis iniuria ſeruo facta ſit. Hæc exceptio approbatur uerbis Inſt. iam propoſitis. de qua re dictum ſ. cap. prox. except.16. Altera exceptio uidetur: Niſi non reſpectu domini quis ſeruo iniuriam fecerit. Hæc exceptio reprobatur l.15. §. ſi quis ſic. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si quis ſic fecit iniuriam ſeruo, ut domino faceret: uideo dominum iniuriarum agere poſſe ſuo nomine. Si uerò non ad ſugillationem domini id fecit: ipſi ſeruo facta iniuria inulta à prætore relinqui non debuit: maximè ſi uerberibus uel quæſtionibus adfecerit. hoc enim & Seruium ſentire palàm eſt. *Tertia exceptio uidetur: Niſi ſeruo hæreditario iniuria ſit facta. Hæc exceptio reprobatur l.1. §. deniq; Iulianus. ff. de iniurijs. cuius uerba uide* J. *reg.13. except.2. Quarta exceptio uidetur: Niſi dominus ſeruum manumiſerit uel alienauerit. Hæc exceptio reprobatur l.29. ff. d. tit. his uerbis:* Si ſeruum, cuius nomine iniuriarum actio tibi competit, manumiſeris aut alienaueris: ſupereſt tibi iniuriarum actio. *Quinta exceptio eſt: Niſi uſumfructus ſerui alienus ſit. Hæc exceptio reprobatur l.15. §. ſi uſumfructum. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si uſumfructum in ſeruo habeam, tu proprietatem, iſq; uerberatus ſit quæſtione de eo habita: iniuriarum actio magis proprietario, quàm mihi competit. Idemq; probatur etiam, ſi ſeruum eum quem bona fide poſſidebam, cæcideris: domino enim magis competit iniuriarum actio. *De hac exceptione plura uide* J. *reg. prox. Sed & plures propoſitæ regulæ exceptiones uide ſ. cap. prox.*

II. *Regula, De fructuario ſerui iniuriam paſſi. Huic non datur actio propoſita. quæ regula approbatur uerbis d. §. ſi uſumfructũ, iam propoſitis. Concordat Inſt. eod. tit. §. ſi communi, in fine, his uerbis:* Si uſusfructus in ſeruo Titij eſt, proprietas Mæuij: magis Mæuio iniuria fieri intelligitur. *Eius exceptio hæc eſt: Niſi in contumeliam fructuarij ſeruus iniuria ſit adfectus. Hæc exceptio approbatur d. l.15. §. item ſi liberum, in fine. cuius uerba uide* J. *reg. prox. except.1.*

III. *Regula, De bonæ fidei poſſeſſore eius qui iniuriam paſſus eſt. Nec huic dabitur iniuriarum actio. quæ regula approbatur uerbis d. §. ſi uſumfructũ, ſ. reg.1. except.5. propoſitis hiſce:* Idemq; probatur, &c. *Concordat Inſt. de iniurijs. §. ſed ſi libero, his uerbis:* Si libero homini, qui tibi bona fide ſeruit, iniuria facta ſit: nulla tibi actio dabitur, ſed ſuo nomine is experiri poterit: niſi in contumeliã tuam pulſatus ſit. tũc enim competit & tibi iniuriarũ actio. Idẽ ergo eſt & in ſeruo alieno bona fide tibi ſeruiẽte: ut toties admittatur iniuriarũ actio, quoties in tuã contumeliã iniuria ei facta ſit. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi in cõtumeliã poſſeſſoris poſſeſſo iniuria ſit facta. quæ exceptio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Niſi in cõtumeliã tuã pulſatus ſit, &c. *Cõcordat d. l.15. §. item ſi liberũ, his uerbis:* Si liberũ hominẽ, qui mihi bona fide ſeruiebat, quis ceciderit: diſtinguẽdũ eſt, ut ſi in mei cõtumeliã pulſatus ſit: cõpetat mihi iniuriarũ actio. Idẽ ergo & in ſeruo alieno bona fide mihi ſeruiẽte: ut toties admittamus iniuriarũ actionẽ, quoties in meã contumeliã iniuria ei facta ſit. Nã & ipſius quidẽ ſerui nomine domino dabimus iniuriarũ actionẽ. Si autẽ me ſugillet & pulſet: iniuriarum mihi quoq; actio eſt. Ergo & in fructuario idẽ diſtingui poteſt.

IIII. *Regula: Seruo manumiſſo nõ cõpetit actio eius iniuriæ nomine, quam in ſeruitute paſſus eſt. quæ*

regula approbatur l.10. in prin. ff. de iniurijs, biſce uerbis: Seruo manumiſſo non compatere actionem ob iniuriam, quam in ſeruitute paſſus eſt, quis dubitet? *Cõcordat l.1.§.Labeo. ff.eod.tt bis uerbis*: Labeo ſcribit, ſi quis ſeruũ hæreditarium teſtamento manumiſſum ante aditam hæreditatem uerberauerit: iniuriarum hæredem agere poſſe. at ſi poſt aditam hæreditatem uerberatus ſit, ſiue ſcit ſe liberum eſſe, ſiue ignorat: ipſum agere poſſe.

V. Regula, *De parente eius qui iniuriã paſſus eſt. Huic iniuriarum actio competit. quæ regula approbatur l.1.C.de iniurijs, biſce uerbis*: Iniuriarum actio tibi ex duplici cauſſa competit: cum & maritus in uxoris pudore, & pater in exiſtimatione filiarum propriam iniuriã pati intelligantur. *Cõcordat l.10.in fine.ff.eod. tt.cuius uerba uide J. cap.17. reg.15. Concordat item l.1.§.fin.ff. eod.tt. cuius uerba uide ī. cap. prox. except.17. repl. 1. Concordant item ea quæ propoſita ſunt ī.cap.11.quæſt.3. cauſſa 1. diuiſ.3. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uolenti filio iniuria ſit facta. Hæc exceptio reprobatur per ea quæ propoſita ſunt ī.cap.prox.except.21.repl.1. Altera exceptio eſt: Niſi reus ignorauerit actoris filium eſſe eum quem iniuria adfecit. Hæc exceptio reprobatur d.l. 1.§. penult. his uerbis*: Siue ſciat quis filium meum eſſe, uel uxorem meam, ſiue ignorauerit: habere me meo nomine actionem, Neratius ſcripſit. *Concordat l.18.§.fin.ff.eod. tt.cuius uerba uide ī.cap.prox. except.13. Tertia exceptio eſt: Niſi reus filiumfamiliâs patremfamiliâs eſſe putauit. Hæc exceptio approbatur d.l.18.§. at cum aliquis cuius uerba uide d.except.13. Quarta exceptio eſt: Niſi actio ſit ex lege Cornelia. quæ exceptio approbatur l.5.§.illud quæritur.ff.de iniurijs. cuius uerba uide J.cap.19.quæſt 2.reg.2.*

VI. Regula, *De ipſo filiofamiliâs qui iniuriam paſſus eſt. Huic quidem regulariter actio iniuriarum, quemadmodum & alia actio, denegatur per ea quæ propoſita ſunt ī. lib.16. cap.5. reg.1. in prin. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi parens in cuius poteſtate filius eſt, abſit. tunc enim ipſi filio datur actio propoſita. quæ exceptio approbatur edicto prætoris l.17.§.ait prætor.ff.de iniurijs, biſce uerbis*: Ait Prætor: Si ei qui in alterius poteſtate erit, iniuria facta eſſe dicetur: & neque is cuius in poteſtate eſt, præſens erit, neq; procurator quiſquam exiſtet, qui eo nomine agat: cauſſa cognita ipſi qui iniuriam accepiſſe dicetur, iudicium dabo. *Concordat d.l. 17. §. idem ait, in fine. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt. 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi abſens procuratorem dederit ad agendum. quæ replicatio elicitur ex uerbis iam propoſitis biſce*: Neque procurator quiſquam exiſtet, qui eo nomine agat. *Concordat d. l.17. §. procuratorem, his uerbis*: Procuratorem patris prætulit prætor ipſis perſonis, quæ iniuriam paſſæ ſunt. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi procurator negligens ſit, aut colludat cum aduerſario, aut non ſufficiat. Hæc duplicatio approbatur d.§. procuratorem, his uerbis*: Si tamẽ procurator aut negligat, aut colludat, aut non ſufficiat aduerſus perſonas quæ iniuriam fecerunt: ipſi potius qui paſſus eſt iniuriam, actio iniuriarum competit. *Altera duplicatio uidetur: Niſi omniũ bonorum procurator ſit, ſine ſpeciali mandato. Hæc duplicatio reprobatur d.l. 17. §. procuratorem, his uerbis*: Procuratorem accipere debemus non utique eum, cui ſpecialiter data eſt procuratio actionis iniuriarum: uerùm ſufficit eſſe eum, cui omnium rerum adminiſtratio mandata eſt. *Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi cum nepoti, qui in poteſtate aui erat, iniuria facta eſſet, pater eius præſens ſit. tunc enim, quamuis auus ſit abſens, non tamen nepoti, ſed patri eius competit actio. quæ replicatio approbatur d.l.17.§.quod deinde, his uerbis*: Quod deinde ait. Qui iniuriã accepiſſe dicetur: interdum ita accipiendum eſt, ut patri eius competat actio. utputa nepoti facta eſt iniuria, pater præſens eſt, auus abeſt. Scribit Iulianus, patri potius dandam iniuriarum actionem, quàm ipſi nepoti: ad cuius (inquit) officium pertinet, etiam uiuente auo filium ſuum in omnibus tueri. *Concordat d. l.17.§.idem ait.cuius uerba uide J.cap.prox.quæſt.2. Tertia replicatio eſt: Niſi pater prius præſens litem fuerit conteſtatus. hoc enim caſu, quamuis eo poſtea abſente, non uidetur filio actio competere. Sed hæc replicatio reprobatur d.l.17.§. ſed etſi pater. cuius uerba uide ī. cap. prox. except. 34. repl. 1. dupl.1. Quarta replicatio eſt Niſi cauſſa cognita iudici aliter uideatur. item: Niſi pater non longè abſit, uel non diu abfuturus ſit. item: Niſi filius ad agendum ſegnis atq; inutilis ſit. Hæc multiplex replicatio approbatur d.l.17.§. quod autem ait, his uerbis*: Quod ait prætor, Cauſſa cognita: ita accipiendum eſt, ut in cognitione cauſſæ hoc uerſetur, quàm longè pater abſit, & quando ſuperuenturus ſit: & nunquid is qui uult iniuriarum actionem mouere, ſegnior uel inutilis admodum ſit, qui non ſufficiat ad rei alicuius adminiſtrationem, ac per hoc nec ad actionem. *Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi pater furioſus ſit, uel propter alium caſum agere ipſe non poßit. nam & hoc caſu filio non denegatur actio. quæ exceptio approbatur d.l.17.§. filiofamiliâs. cuius uerba uide ī. cap. proxim. exception. 34. replicat.1. duplicat.1. Tertia exceptio uidetur: Niſi pater agere nolit. Sed hæc exceptio reprobatur d.§. filiofamiliâs. ibi: planè ſi præſens. de qua re uide plura d. duplicat. 1. Quarta exceptio eſt: Niſi filius ſit ſui iuris. quæ exceptio approbatur*

d.§.

d.§.filiofamiliás,in fine. Cui concordat l.30. in fine. ff.eod.tt.de iniurijs.cuius uerba uide ſ.cap.17.reg.15. Quinta exceptio eſt: Niſi ex lege Cornelia ſit actio. quæ exceptio approbatur l.5. §.illud quæritur.ff. de iniurijs.cuius uerba uide ſ.cap.19. queſtion.2.reg.2. Concordat d.l.5.§. in lege.cuius uerba uide d. queſt. 2.reg.1.

Replicationes præcedentium exceptionum generales.

Planè exceptionum iam dictarum replicatio generalis prima hæc uidetur: Niſi filiusfamiliás non per ſe,ſed per procuratorem agere uelit. Sed hæc replicatio reprobatur d.l.17.§.idem Iulianus.cuius uerba uide ſ.cap.prox.quæſt.2. Altera replicatio uidetur: Niſi filiusfamiliás ſui iuris ſit factus. Tertia replicatio: Niſi filiusfamiliás pro parte tantum patri hæres extiterit. Quarta replicatio: Niſi filius à patre exhæredatus ſit, uel ſe paterna hæreditate abſtinuerit. Hæ replicationes tres reprobantur d.l.17.§. fin.his uerbis: Iulianus ait, Filiofamiliás iniuriarum nomine actionem dari, quoties nemo eſt qui patris nomine experiatur, & hoc caſu quaſi patremfamiliás conſtitui. Quare ſiue emancipatus, ſiue ex parte hæres ſcriptus fuerit, uel etiam exhæredatus, ſiue paterna hæreditate abſtinuerit: executionem litis ei dandam. Eſſe enim perabſurdum, quem prætor manente patria poteſtate ad actionem admittendum putauerit, ei patrifamiliás facto ultionem iniuriarum ſuarum eripi, & transferri ad patrem, qui eam (quantum in ipſo eſt) omiſerit: aut (quod eſt indignius) ad hæredes patris, ad quos non pertinere iniuriam filiofamiliás factam proculdubio eſt.

VII. Regula, De filio eius cui iniuria facta eſt. Huic quoq; actio datur. quæ regula approbatur l.11. §.planè ſi fortè.ff.de iniurijs.cuius uerba uide ſ. cap. prox.except.26.

VIII. Regula, De marito mulieris iniuriam paſſæ. Huic quoq; iniuriarum actio competit. quæ regula approbatur Inſt. de iniurijs. §. patitur autem. cuius uerba uide ſ.cap.13. quæſt.3. cauſſa 1. diuiſ.1.Concordat l.1.§.item aut per.ff.eod.tt.cuius uerba uide d.diuiſ.3.Concordat item d.l.1.§.fin.cuius uerba uide ſ.cap.prox.exception.17.repl.1. Concordat item l.2. C.eod.tt. cuius uerba uide ſ.reg.5. Huius regulæ exceptio prima hæc uidetur: Niſi reus ignorauerit uxorem actoris eſſe. Hæc exceptio reprobatur d.l.1.§. ſiue autem. cuius uerba uide d.reg.5. except.2.Concordat l.18.§.fin.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.cap.proxim. except.13. Altera exceptio eſt: Niſi ipſi uxori actio iniuriarum non competat. Hæc exceptio approbatur. ſimul & diſtinguitur exemplo l.10.§.quanquam. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ. cap. proxim. exception.26. Tertia exceptio eſt: Niſi reus putauit mulierem uiduam eſſe. Hæc exceptio approbatur d. l.18. §.at cum aliquis. cuius uerba uide d.exception 13.

IX. Regula, De uxore iniuriam paſſi. Huic iniuriarum actio non datur. quæ regula approbatur Inſt.de iniurijs. §. patitur.ibi: contrà autem, his uerbis: Si uiro iniuria facta ſit:uxor iniuriarum agere non poteſt. Defendi enim uxores à uiris, non uiros ab uxoribus, æquum eſt. *Concordat l. 2. ff. eod. tt. his uerbis:* Si uiro iniuria facta ſit, uxor non agit: quia defendi uxores à uiris, non uiros ab uxoribus, æquum eſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi maritus experiri non poßit, utputa à patrono ſuo iniuria adfectus. Hæc exceptio approbatur l.11.§.planè ſi fortè ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.cap. prox.except.26.*

X. Regula, De ipſa uxore adfecta iniuria. Et huic nihilominus iniuriarum actio competit, quamuis eius quoq; maritus agere poßit. quæ regula approbatur l.1.§. fin. ff. de iniurijs.cuius uerba uide ſ. cap. proxim. exception. 37. replicat.1. Concordat l. 18.§ ſi nupta, in fine.ff. eod.tt. his uerbis: Si nupta in nullius poteſtate ſit: Pomponius rectè putat, non ideo minus eam iniuriarum agere poſſe, quòd & uir ſuo nomine agat.

XI. Regula, De ſocero mulieris quæ iniuriam paſſa eſt. Huic quoq; datur actio. quæ regula approbatur Inſt.de iniurijs.§. patitur, in fine, his uerbis: Et ſocer nurus nomine, cuius uir in poteſtate eius eſt, iniuriarum agere poteſt. *Concordat l.1. §. item aut per. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. cap. 13. queſtion. 3. cauſſa 1. diuiſ.3.*

XII. Regula, De ſponſo iniuriam paſſæ. Huic quoq; datur actio. quæ regula approbatur l.15. §. ſponſum.ff. d.tt. his uerbis: Vlpianus. Sponſum quoque ad iniuriarum actionem admittendum puto. Etenim ſpectat ad contumeliam eius iniuria, quæcunque ſponſæ eius fiat.

XIII. Regula, De hæredibus iniuriam paßi. His actio propoſita non cõpetit. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.13.in prin.ff.de iniurijs, hiſce uerbis: Iniuriarum actio neq; hæredi, neq; in hæredem datur. Idem eſt & ſi in ſeruum meum iniuria facta ſit. Nam nec hic hæredi meo iniuriarum actio datur. Semel autem lite cõteſtata, hæc actio etiã ad ſucceſſores pertinet. *Concordat l.13 §.iniuriarũ ff.eod.tt.his uerbis:* Iniuriarũ actio quæ ex conuicio naſcitur, in hæredes nõ eſt reddenda, ſed nec hæredi. *Cõcordat itẽ l.28 ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ.cap.13.queſt.1.reg.1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi tẽpore mortis lis fuerit conteſtata. quæ exceptio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Semel autem lite cõteſtata, hæc actio etiã ad ſucceſſores pertinet. *Concordat d.l. 28. Altera exceptio eſt: Niſi poſt mortem defuncti cadaueri eius uel ſeruo hæreditario fiat iniuria. hoc enim*

caſu

caſu hæredi iniuriarum actio competit. quæ exceptio approbatur l. 1. §. & ſi fortè. ff. de iniurijs. cuius uerba uide s. cap. 13. quæſt. 3. cauſſa 1. diuiſ. 1. Concordat d. l. 1. §. quoties, his uerbis: Quoties funeri teſtatoris uel cadaueri fit iniuria: ſiquidem poſt aditam hæreditatem fiat: dicendum eſt, hæredi quodammodo factam. Semper enim hæredis intereſt, defuncti exiſtimationem purgare. Quoties autem ante hæreditatem aditam: magis hæreditati, & ſic hæredi per hæreditatem adquiri. Deniq; Iulianus ſcribit, ſi corpus teſtatoris ante aditam hæreditatem detentum ſit: adquiri hæreditati actionem, dubium non eſſe. Idemq; putat, & ſi ante hæreditatem aditã ſeruo hæreditario iniuria facta fuerit. nam per hæreditatem actio hæredi adquiritur. *Concordat item l. 17. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. lib. 26. cap. 5. quæſt. 8. reg. 4.*

ADVERSVS QVOS ET PER quos iniuriarum actio competit? Cap. XVI.

I. ADVERSVS QVOS INIVriarum actio competit?

P*Rima regula, De eo cuius dolo & opera iniuria facta eſt. Hic quoq; actione propoſita tenetur. quæ regula approbatur l. 11. in prin. ff. de iniurijs. hiſce uerbis:* Non ſolùm is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, hoc eſt qui percuſſit: uerùm ille quoq; cõtinetur, qui dolo fecit, uel qui curauit, ut cui mala pugno percuteretur. *Concordat l. 15. §. feciſſe. ff eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 13. quæſt. 3. cauſſa 10. exc. 3. Concordat item l. 17. §. ſeruus meus. ff. eod. tt. cuius uerba uide s. cap. 11. except. 27. repl. 4. Concordat itẽ Inſt. eod. tt. §. iniuria autem. ibi: doloue malo. cuius uerba uide s. cap. 13. quæſt. 3. cauſſa 2. Concordat item Inſt. eod. tt. §. penult. his uerbis:* Nõ ſolùm is iniuriarum tenetur, qui fecit iniuriam, id eſt qui percuſſit: uerùm ille quoque tenetur, qui dolo fecit iniuriã, uel qui procurauit, ut cui mala pugno percuteretur. *Huius regulæ exceptio hec eſt: Niſi conatus non habuerit euentum. Hæc exceptio approbatur l. 15. §. ſi curauerit. ff. de iniurijs. cuius uerba uide s. cap. 13. quæſt. 3. cauſſa 10. except. 5.*

II. *Regula, De eo cuius mandatu iniuria facta eſt, proponitur l. 11. §. ſi mandatu ff. de iniurijs. cuius uerba uide s. cap. 14. except. 9. Concordat d. l. 11. §. Proculus, his uerbis:* Proculus rectè ait, ſi in hoc te conduxerim, ut iniuriã facias: cum utroq; noſtrûm iniuriarum agi poſſe: quia mea opera iniuria facta ſit. Idemq; ait, etſi mandauero filio meo, ut tibi iniuriam faciat. Atilicinus autem ait, etſi perſuaſerim alicui aliàs nolenti, ut mihi ad iniuriam faciendam obediret: poſſe iniuriarum mecum agi.

III. *Regula, De domino ſerui iniuriam facientis. Hic iniuriarum actione tenetur. quæ regula approbatur l. 17. §. cum ſeruus. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Cùm ſeruus iniuriam fecit, maleficium eũ admittere palàm eſt. Igitur meritò ſicuti ex cæteris delictis, ita & ex hoc iniuriarum noxalis actio datur. Sed in arbitrio domini eſt, an uelit eum uerberandum exhibere, ut ita ſatis fiat ei qui iniuriam paſſus eſt. neq; enim erit neceſſe domino utiq; eum uerberandum præſtare, ſed dabitur ei facultas præſtandi ſeruum uerberandũ: aut ſi de eo uerberibus ſatis non fiat, noxæ dedendi, uel litis æſtimationem ſufferendi. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi dominus ſeruum noxæ dare paratus ſit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Aut ſi de eo uerberibus ſatis non fiat, &c. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi iuſſu domini ſeruus iniuriam fecerit. tunc enim dominus ſeruum noxæ dedendo non liberatur. quæ replicatio approbatur d. l. 17. §. ſi iuſſu, his uerbis:* Si iuſſu domini ſeruus iniuriam fecerit: utiq; dominus conueniri poterit etiam ſuo nomine. Sed ſi proponatur ſeruus manumiſſus: placet Labeoni, in eum dãdam actionem: quia & noxa caput ſequitur, nec in omnia ſeruus domino parẽre debet. Cæterùm etſi occidiſſet iuſſu domini, Cornelia eum eximeremus. *Altera exceptio eſt: Niſi ſeruus manumiſſus ſit. tunc enim in ipſum ſeruum datur actio. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ſi proponatur ſeruus manumiſſus, &c.

IIII. *Regula: Si filiusfamiliàs iniuriam fecit, pater eius conueniri debet. quæ regula ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius exceptio hec eſt: Niſi pater filium defendere nolit. tunc enim in ipſum filium actio datur. quæ exceptio approbatur l. 36. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si filij nomine cum patre iniuriarum agere uelim, & is procuratorem det: nõ intelligitur filius defendi, niſi iudicatum ſolui ſatiſdetur. Et ideo actio aduerſus filium, tanquam à patre non defendatur, danda erit.

V. *Regula, De hæredibus. Aduerſus hæredes eius qui iniuriam fecit, actio propoſita non datur. quæ regula approbatur l. 13. in prin. ff. de iniurijs. cuius uerba uide s. cap. prox. reg. 13. Concordat l. 15. §. iniuriarum. ff. eod. tt. cuius uerba uide d. reg. 13.*

II. PER QVOS ACTIO PROpoſita competat?

Et per ſe, & per procuratorem, tutorem uel curatorem hac actione quis agere & excipere poteſt. quæ regula approbatur l. 11. §. agere. ff. de iniurijs, hiſce uerbis: Agere quis iniuriarum & per ſe, & per alium poteſt: utputa per procuratorem, tutorem, cæterosq; qui pro alijs ſolẽt interuenire. *Concordat l. 17. §. idem Iulianus. ff. eod. tt. his uerbis:* Iulianus ſcribit, filium

non

non tantùm ipſum agere debere, uerùm etiam procuratoré dare poſſe. alioquin (inquit) niſi ei permiſerimus procuratorem dare poſſe: futurum eſt, ut ſi ualetudine impediatur, neq; ſit qui iniuriarum actionem exequatur: impediatur actio. Idem ait, etſi nepoti facta ſit iniuria, & nemo ſit qui aui nomine agat: permittendum eſſe patri experiri, & is procuratorem dabit. Omnibus enim qui ſuo nomine actionem habent, procuratoris dandi eſſe poteſtatem. Intelligi autem filium (inquit) familiâs ſuo nomine agere, cùm patre ceſſante prætor ei agere permittit. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi criminaliter, nõ ciuiliter de iniuria agatur. quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ī. lib. 1. cap. 1. quæſt. 7. Eius autem replicatio hæc eſt: Niſi illuſtris perſona, eiuſúe uxor aut liberi criminaliter iniuriarum agant uel conueniantur: his enim licet per procuratorem agere uel ſe defendere. quæ replicatio approbatur l. u. C. de iniurijs. cuius uerba uide d. quæſt. 7. reg. 1. except. 1. Concordat Inſt. eod. tt. §. in ſumma. ibi. hoc uidelicet. cuius uerba uide J. cap. 18. quæſt. 5. reg. 1.*

QVID QVANTVMQVE VEniat in actione iniuriarum? Cap. XVII.

PRima regula: *Pœna legis XII. Tabul. proponitur & tollitur Inſt. de iniurijs. §. pœna autē. cuius uerba uide J. reg. prox.*

II Regula: *Pœna iniuriæ hodie æſtimatur ab actore, & permittitur arbitrio iudicis ſtatuenda. quæ regula approbatur d. §. pœna, his uerbis:* Pœna iniuriarũ ex lege XII. Tabul. propter membrum quidé ruptum talio erat: propter oa uerò fractum nummariæ pœnæ erant conſtitutæ, quaſi in magna ueterum paupertate. Sed poſtea prætores permittebant ipſis qui iniuriam paſsi ſunt, eam æſtimare: ut iudex uel tanti reum condemnet, quanti ioiuriam paſſus æſtimauerit: uel minoris, prout ei uiſum fuerit. Sed pœna quidem iniuriæ, quæ ex lege XII. Tabul. introducta eſt, in deſuetudinem abijt. Quam autẽ prætores introduxerunt (quæ etiam Honoraria appellatur) in iudicijs frequentatur. Nam ſecundum gradum dignitatis uitæq; honeſtatem creſcit aut minuitur æſtimatio iniuriæ. Qui gradus condemnationis & in ſeruili perſona non immeritò ſeruatur, ut aliud in ſeruo actore, aliud in medij actus homine, aliud in uiliſsimo uel cõpedito ius æſtimationis cõſtituatur. *Concordat Inſt. eod. tt. §. in ſumma. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt. 5. reg. 1. Concordat item l. 27. §. ſeruus meus ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. cap. 11. except. 27. repl. 4. Concordat item d. l. 27. §. quædam, his uerbis:* Quædam iniuriæ à liberis hominibus factæ, leues & nullius momenti uidentur: enimuerò à ſeruis graues ſunt. Creſcit enim contumelia ex perſona eius qui contumeliam fecit. *Concordat item l. ult. ff. d. tt. his uerbis:* De iniuria nunc extra ordinem ex cauſſa & perſona ſtatui ſolet. Et ſerui quidam flagellis cæſi dominis reſtituũtur: liberi uerò humilioris quidé loci fuſtibus ſubijciuntur: cæteri autem uel exilio temporali, uel interdictione rei certæ coercentur.

III. Regula: *Aeſtimatio iniuriæ non ad tempus rei iudicandæ, ſed ad id tempus quo facta iniuria eſt, refertur. quæ regula approbatur l. 21. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Iniuriarum æſtimatio non ad id tempus qoo iudicatur, ſed ad id quo facta eſt, referri debat.

IIII. Regula, *De atroci iniuria, ex quibus ea æſtimanda ſit, proponitur Inſt. de iniurijs. §. atrox iniuria, his uerbis:* Atrox iniuria æſtimatur uel ex facto: ueluti ſi quis ab alio uulneratus ſit, uel fuſtibus cæſus. uel ex loco: ueluti ſi cui in theatro, uel in foro, uel in conſpectu prętoris iniuria facta ſit. uel ex perſona: ueluti ſi magiſtratus iniuriam paſſus fuerit, uel ſi ſenatori ab humili perſona iniuria facta ſit, aut parenti patronoúe fiat à liberis uel libertis. Aliter enim ſenatoris & parentis patroniq;, aliter extranei & humilis perſonæ iniuria æſtimatur. Nonnunquam & locus uulneris atrocem iniuriam facit: ueluti ſi in oculo quis percuſſus fuerit. Parui autem refert, utrum patrifamiliâs, an filiofamiliâs talis iniuria facta ſit. nam & hæc atrox iniuria æſtimabitur. *Concordat l. 7. §. atrocem. cum duab. legib. ſequentib ff. eod. tt. his uerbis:* Atrocem iniuriam quaſi contumelioſiorem & maiorem accipimus. Atrocé autem iniuriam aut perſona, aut tempore, aut re ipſa fieri, Labeo ait. Perſona atrocior iniuria ſit, cum magiſtratui, cum parẽti patronoúe fiat. Tempore, ſi in ludis, & in conſpectu prætoris. nam in Prætoris cõſpectu, an in ſolitudine iniuria facta ſit, multum intereſſe ait: quia atrocior eſt quæ in conſpectu fiat. Re atrocem iniuriam haberi Labeo ait, utputa ſi uulnus illatum, os alicui percuſſum ſit. Vulneris magnitudo atrocitatem facit, & nonnunquam locus uulneris, ueluti oculo percuſſo. Sed eſt quæſtionis quod dicimus re iniuriá atrocem fieri: utrum ſi corpori inferatur, atrox ſit: an etſi non corpori, utputa ueſtimentis ſciſsis, comite abducto, uel cõuicio dicto? Et ait Pomponius, etiam ſine pulſatione poſſe dici atrocem iniuriam, perſona atrocitatem faciente. Sed etſi in theatro, uel in foro cædit, & uulnerat, quanquam non atrociter: atrocem iniuriam facit. Parui autẽ

refert, utrum patrifamiliâs, an filiofamiliâs talis iniuria facta ſit. nam & hæc atrox exiſtimabitur. *Concordat item l.4.C.eod.tt. his uerbis:* Atrocem ſine dubio iniuriam eſſe factã manifeſtum eſt, ſi tibi illata eſt, cum eſſes in ſacerdotio, & dignitatis habitum & ornamenta præferres. Et ideo uindictam potes eo nomine exequi.

V. *Regula: Si ſeruus iniuriam fecerit, qua pœna puniendus, proponitur l.9.§.penult.ff.de iniurijs, biſce uerbis:* Si atrocem iniuriam ſeruus fecerit: ſiquidem præſens ſit dominus, poteſt agi de eo: quòd ſi abfuerit, præſidi offerendus eſt, qui eum flagris rumpat. *Concordat l.17.§.quædam.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ̄. reg. 2. Concordat item d.l.17.§. cum ſeruus. cuius uerba uide ſ̄.cap.prox.quæſt.1.reg.3. Item cõcordat d.l.17.§.prætor ait, his uerbis:* Prætor ait, Arbitratu iudicis utiq; quaſi uiri boni utilem modum uerberum imponet. *Concordat item l. ult.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ̄.reg.2.*

VI. *Regula, Si plures ſerui iniuriam fecerint, proponitur l.34.ff.de iniurijs, biſce uerbis:* Si plures ſerui aliquem ſimul ceciderint, aut conuicium alicui fecerint: ſingulorum proprium eſt maleficium, & tanto maior iniuria, quãto à pluribus admiſſa eſt. Imò etiam tot iniuriæ ſunt, quot & perſonæ iniuriam facientium.

VII. *Regula, Si pauper & uilis iniuriam fecerit, proponitur l.35.ff.d.tt.his uerbis:* Si quis iniuriã atrocem fecerit, qui contemnere iniuriarũ iudicium poſsit ob infamiam ſuam, & egeſtatem: prætor atrociter exequi hanc rem debet, & eos qui iniuriã fecerint, coercere.

VIII. *Regula: Humilis qui iniuriam fecit, fuſtib. ſubijciendus: cæteri exilio temporali, uel interdictione certæ rei puniendi. quæ regula approbatur l. ult. ff.de iniurijs. cuius uerba uide ſ̄.reg.1.*

IX. *Regula, Si iudici ab appellatorib. conuicium factum ſit, proponitur l.42. ff. d. tt. his uerbis:* Iudici ab appellatoribus conuicium fieri non oportet: alioquin infamia notantur.

X. *Regula: Si quis legatos, oratores, comiteſue pulſauerit, pœna legis Iuliæ de ui publica tenetur. quæ regula approbatur l. 7. in fine. ff. ad l. Iul. de ui publica. cuius uerba uide ſ̄. lib. 4. cap. 2. quæſtion. 1, except. 2.*

XI. *Regula: Si quis imaginem Imperatoris ad inuidiam alterius portet, in uincula publica mittendus. quæ regula approbatur l.38.ff.de iniurijs. cuius uerba uide ſ̄.cap.13.quæſt.3.cauſſa 23.*

XII. *Regula: Si quis libellum famoſum inuentũ manifeſtauerit, capitali pœna plectendus. quæ regula approbatur l.unica.§. ſi uerò. & §.fin.C.de famoſis libellis. cuius uerba uide ſ̄.d.quæſt.3.cauſſa 57.*

XIII. *Regula: Si quis puero ſtuprum, abducto ab eo uel corrupto comite, perſuaſerit: aut mulierem puellamúe interpellauerit, quidúe impudicitiæ gratia fecerit, domũ præbuerit, &c. capite punitur. quæ regula approbatur l.1.§.fin.ff.de extraord.criminib. his uerbis:* Qui puero ſtuprum, abducto ab eo uel corrupto comite, perſuaſerit: aut mulierẽ puellamúe interpellauerit, quidúe impudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, preciumúe quo is perſuadeat, dederit: perfecto flagitio, punitur capite: imperfecto, in inſulam deportatur: corrupti comites ſummo ſupplicio adficiuntur.

XIIII. *Regula: Si pater & maritus iniuriam paſſæ ambo agant, in quantum cuiq; condemnatio facienda, definitur l. 18. §. ſi nupta ff.de iniurijs, biſce uerbis:* Si nupta filiaſfamiliâs iniuriam acceperit, & uir & pater iniuriarum agent: Pomponius rectè putat, tanti patri condemnandum eſſe reum, quanti condemnaretur, ſi ea uidua eſſet: uiro tanti, quanti condemnaretur, ſi ea in nullius poteſtate eſſet: quòd ſua cuiuſq; iniuria propriam æſtimationem habeat. Et ideo ſi nupta, &c. *Reliqua uerba uide ſ̄.cap.15.reg.10.*

XV. *Regula, Si pater & filius ambo agant, proponitur l.30.in fine, cum lege ſequente.ff.de iniurijs, biſce uerbis:* Filio ſi iniuria facta ſit: cum utriq; tam filio quàm patri adquiſita actio ſit, non eadẽ unq; facienda æſtimatio eſt: cum poſsit propter filij dignitatem maior ipſi quàm patri iniuria facta eſſe.

XVI. *Regula: Si plures domini ſerui communis nomine agant: quiſq; pro ea parte quam in ſeruo habet, actionem habet. quæ regula approbatur l.15.§. fin. cum lege ſequente, ff.de iniurijs, biſce uerbis:* Si ſeruum complurium cecidero: competere iniuriarũ actionẽ omnibus, plus quàm manifeſtum eſt. Sed non eſſe æquum pro maiore parte, quàm pro qua dominus eſt, damnationem fieri. Pedius ait. Et ideo officio iudicis portiones æſtimandæ ſunt. *Cõtradicit Inſt.eod.tt.§.ſi communi, his uerbis:* Si cõmuni ſeruo iniuria facta ſit: æquum eſt, nõ pro ea parte qua dominus quiſq; eſt, æſtimationem iniuriæ fieri, ſed ex dominorũ perſona: quia ipſis fit iniuria.

DE RELIQVO INIVRIARVM actionis iure. Cap. XVIII.

I. QVANDO COMPETIT actio iniuriarum?

PRima regula: *Si cui in iudicio fiet iniuria: non niſi finito iudicio competit actio. quæ regula approbatur l.10. C.de iniurijs, biſce uerbis:* Siquidem ſuiam tuam ancillam infamandi cauſſa reipub. ciuitatis Commenſium dixit Zenodotus, ac receſsit: iniuriarũ actione ſtatim conueniri poteſt. Nam ſi perſeueret in cauſſa facultatem habens agendi: ſuper hac deferri querelam, ac tunc demũ,

ſi non

ſi non eſſe ſerus fuerit pronunciata, poſtulari conuenit.

II. Regula: Si à magiſtratu alicui facta iniuria eſt: expectandum eſt, donec magiſtratus ſit finitus. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.32. ff. de iniurijs. cuius uerba cum concordantibus uide s̄. lib. 36. cap. 14. reg. 8. except. 2.

III. Regula: Si ex eadem cauſſa publico iudicio agatur: interim differri iniuriarum actio debet, ne publico iudicio fiat præiudiciū. Hæc regula approbatur l.7. §.2. ff. d. tt. cuius uerba uide j. quæſt. 4. reg. 4.

II. QVAMDIV COMPETIT iniuriarum actio?

Annalis eſt actio. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt s̄. cap. 14. except. 15.

III. ADIVNCTA OFFICIA actoris, rei & iudicis.

I. Regula: Actor certum dicat, quid iniuriæ factum ſit. Hæc regula approbatur edicto Prætoris l. 7. in prin. ff. de iniurijs, biſce uerbis: Prætor edixit. Qui agit iniuriarum, certum dicat quid iniuriæ factum ſit: quia qui famoſam actionem intendit, nō debet uagari cum diſcrimine alienæ exiſtimationis: ſed deſignare certum, & ſpecialiter dicere, quam ſe iniuriam paſſum contendit. *Ratio regulæ propoſitæ patet ex uerbis iam dictis. Sed & alia ratio proponitur d. l. 7. §. præterea. cuius uerba uide s̄. cap. 14. except. 26. repl. 2. Declaratur regula hæc d. l. 7. §. quod autem, his uerbis:* Quod prætor ait, Certum dicat: quemadmodum accipiendum eſt? Certum eum dicere Labeo ait, qui dicat nomen iniuriæ: neq; ſub alternatione, puta illud aut illud, ſed illam iniuriam ſe paſſum.

II. Regula: Si plures iniuriæ eidem ſimul factæ ſunt: omnes coniungendæ ſunt. quæ regula approbatur d. l. 7. §. ſi mihi. cuius uerba uide s̄. cap. 14. except. 17. repl. 2.

III. Regula, De ſubſcribendo in crimen, ſi criminaliter agatur. proponitur l. ult. ibi: ipſos quidem. C. de iniurijs. cuius uerba uide s̄. lib. 3. cap. 1. quæſt. 7. reg. 1. except. 3.

IIII. Regula: Procurator rei iudicatum ſolui ſatiſdare tenetur. quæ regula approbatur l. 16. ff. d. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 16. quæſt. 1. reg. 4. except. 1.

V. Regula, De cauſſæ cognitione iudicis, proponitur l. 15. §. prætor ait. ff. de iniurijs, biſce uerbis: Prætor ait. Si quid aliud factum eſſe dicetur, cauſſa cognita iudicium dabo. Proinde ſi quidem uerberatus ſit ſeruus, uel tormentis de eo quæſtio habita: ſine cauſſæ cognitione iudicium in eum competit. Si uerò aliam iniuriam paſſus ſit: non aliter competit, quàm cauſſa cognita. Itaq; prætor non ex omni cauſſa iniuriarum iudicium ſerui nomine permittet. Nam ſi leuiter percuſſus, uel leuiter ei maledictum ſit: non dabit actionem. At ſi infamatus ſit uel facto aliquo, uel carmine ſcripto: puto cauſſæ cognitionem Prætoris porrigendam & ad ſerui qualitatem. Etenim multum intereſt, qualis ſeruus ſit: bonæ frugi, ordinarius, diſpenſator: an uerò uolgaris, uel mediaſtinus, an qualis qualis. Et quid ſi compeditus, uel malè notus, uel notæ extremæ? habebit igitur prætor rationem tam iniuriæ, quæ admiſſa dicitur, quàm perſonæ ſerui in quem admiſſa dicitur: & ſic aut permittet, aut denegabit actionem. *Concordat d. l. 15. §. prætor ait, Qui ſeruū, in fine. cuius uerba uide s̄. cap. 13. quæſt. 1. cauſſa 9. in prin. Itē concordat l. 17. §. ait prætor. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 15. reg. 6. except. 1.*

IIII. EVENTVS HVIVS actionis.

I. Regula: Damnatus fit infamis. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt s̄. lib. 3. cap. 14. quæſt. 1. cauſſa 4. Concordat l. 42. ff. de iniurijs. cuius uerba uide s̄. cap. prox. reg. 9. Concordat l. 5. §. ſi quis librum. ff. eod. tt. cuius uerba uide s̄. cap. 13. quæſt. 1. cauſſa 16. Concordat item l. 40 ff. eod. tt. his uerbis: Diuus Seuerus Dionyſio Diogeni ita reſcripſit. Atrocis iniuriæ damnatus in ordine decurionum eſſe non poteſt: nec prodeſſe tibi debet error Præſidum, aut eius qui de re aliquid pronunciauerit, aut eorū qui contra formam iuris manſiſſe te in ordine decurionum putauerint.

II. Regula, De præmio eius qui iniuriam detexit, proponitur l. 5. §. fin. ff. de iniurijs. cuius uerba uide s̄. cap. 13. quæſt. 1. cauſſa 17.

III. Regula, De pœna actoris calumniantis, proponitur l. 43. ff. d. tt. his uerbis: Qui iniuriarum actionem per calumniam inſtituit, extra ordinem damnatur, ut exilium, aut relegationem, aut ordinis amotionem patiatur.

IIII. Regula: Hac actione publico iudicio fit præiudicium. quæ regula approbatur l. 7. §. 1. ff. de iniurijs, biſce uerbis: Si dicatur homo iniuria occiſus: nunquid non debeat permittere prætor priuato iudicio legi Corneliæ præiudicari? Itemq; & ſi quis agere uelit, quòd tu uenenū dediſti hominis occidendi cauſſa? Rectius igitur fecerit, ſi huiuſmodi actionem nō dederit. Atqui ſolemus dicere, ex quibus cauſſis publica ſunt iudicia, ex his cauſſis non eſſe nos prohibendos, quo minus & priuato agamus. Et eſt hoc uerum: ſed ubi non principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam executionem. Quid ergo de lege Aquilia dicimus? nam & ea actio principaliter hoc cōtinet: hominem occiſum non principaliter. Nam ibi principaliter de dāno agitur, quod domino datum eſt: at in actione iniuriarum de ipſa cæde uel ueneno, ut uindicetur, non ut dānū ſarciatur. Quid ergo ſi quis idcirco uelit in

iuriarũ agere, quòd gladio caput eius percuſſum eſt? Labeo ait, non eſſe prohibendum. neq; enim utiq; hoc (inquit) intenditur, quod publicam habeat animaduerſionem. Quod uerum non eſt. Cui enim dubium eſt, etiam hunc dici poſſe Cornelia conueniri. *Concordat l.6. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī. cap. 11. quæſt. 1. cauſſa 16. except. 2.*

V. ADFINIA ACTIONIS iniuriarum remedia.

I. *Regula: Tam ciuiliter quàm criminaliter iniuriarum agi poteſt. quæ regula approbatur Inſt. de iniurijs. §. in ſumma, his uerbis:* Sciendũ eſt, de omni iniuria eũ qui paſſus eſt, poſſe uel criminaliter agere, uel ciuiliter. Et ſi quidẽ ciuiliter agitur: ęſtimatione facta ſecundũ quod dictum eſt, pœna reo imponitur. Sin autẽ criminaliter: officio iudicis extraordinaria pœna reo irrogatur: hoc uidelicet obſeruando, quod Zenoniana conſtitutio introduxit, ut uiri illuſtres, quiq; ſup eos ſunt, & per procuratores poſsint actionem iniuriarum criminaliter uel perſequi, uel ſuſcipere, ſecundum eius tenorem, qui ex ipſa manifeſtius apparet. *Cõcordat l.7. §. poſſe. ff. eod. tt. his uerbis:* Poſſe hodie de omni iniuria, ſed & de atroci ciuiliter agi, Imperator noſter reſcripſit. *Concordat item l.17. in fine ff. eod. tt. his uerbis:* Etiam ex lege Cornelia iniuriarum actio ciuiliter moueri poteſt, cõdemnatione ęſtimatione iudicis facienda.

II. *Regula: Ex cauſis ī. cap. 13. quæſt. 3. enumeratis, regulariter iniuriarum, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi aſtrologus uel alius ſimilis conſultus, aliquem furem dixit. & ex eo agatur. hoc enim caſu ex conſtitutionibus Principum datur actio. quæ exceptio approbatur l.15. §. ſi quis aſtrologus. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ī. cap. 11. quæſt. 1. cauſſa 52. Altera exceptio eſt: Niſi in monumenta publica quid infamandi cauſſa poſitũ ſit, & ex eo agatur. nam & hoc caſu ex conſtitutionib. principum agi poteſt ut tollatur. quæ exceptio approbatur l.27. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide d. quæſt. 3. cauſſa 41. Tertia exceptio eſt: Niſi quid aliud præter iniuriam furandi animo factum ſit. nam de hoc etiam furti actio competit. quæ exceptio approbatur l.25. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. cap. 10. quæſt. 3. cauſſa 89. Quarta exceptio eſt: Niſi uirginem immaturam quis ſtuprauerit: ex hoc enim delicto etiam legis Aquiliæ actio eſt. quæ exceptio approbatur d.l.25. in fine. Quinta exceptio eſt: Niſi quis ſeruum alienũ uerberauerit: ex hoc enim etiam legis Aquiliæ actio competit. quæ exceptio approbatur l.51. in prin. ff de actionib. & obligat. cuius uerba uide ī. cap. 14. except. 17. repl. 4. Sexta exceptio eſt: Niſi malum conſilium ſeruo alieno datum ſit, non tamen iniuriæ faciendæ animo hoc enim caſu ſerui corrupti actio eſt. quæ exceptio approbatur l. 16. in fine. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ī. cap. 13. quæſt. 3. cauſſa 26. Se*prima exceptio eſt: Niſi quis iure ſuo uti prohibeatur, & ex eo agatur. hoc enim caſu etiam interdictum Vti poßidetis competit. quæ exceptio approbatur l.24. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. lib. 23. cap. 8. quæſt. 6. except. gener. 5.*

DE ACTIONE INIVRIArum ex lege Cornelia. Cap. XIX.

I. CAVSAE EX QVIBVS hæc actio competit?

PRima *cauſa: Si quis pulſatus uerberatuſúe eſt. Hæc cauſſa approbatur Inſt. de iniurijs. §. ſed & lex, his uerbis:* Et lex Cornelia de iniurijs loquitur, & iniuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eã rem, quòd ſe pulſatum quis, uerberatumúe, uel domũ ſuã ui introitam eſſe dicat. *Cõcordat l.5. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Lex Cornelia de iniurijs competit ei qui iniuriarum agere uolet ob eam rẽ, quòd ſe pulſatum, uerberatumúe, domumúe ſuam ui introitã eſſe dicat. *Concordat item d.l.5. §. lex itaq;, his uerbis:* Lex Cornelia ex tribus cauſis dedit actionem: quòd quis pulſatus, uerberatuſúe, domuſúe eius ui introita ſit. Apparet igitur, omnẽ iniuriam quæ manu fiat, lege Cornelia cõtineri. *Declaratur cauſſa propoſita d.l.5. §. inter pulſationem, his uerbis:* Inter pulſationem & uerberationem hoc intereſt (ut Ofilius ſcribit) Verberare eſt, cum dolore cædere: pulſare, ſine dolore. *Declaratur inſuper l.15. §. uerberaſſe. ff. eod. tt. his uerbis:* Verberaſſe dicitur abuſiuè, & qui pugnis ceciderit. *Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi is apud quem in alea luſum eſſe dicatur, uerberatus ſit. Hæc exceptio approbatur l.1. in prin. ff. de aleatorib. cuius uerba uide ī. cap. 5. quæſt. 2. except. 31. Huius exceptionis replicatio, ſumpta ex loco & tempore quo uerberatus eſt, reprobatur d.l.1. §. item notandum. cuius uerba uide d. except. 31 repl. 1.*

II. *Cauſſa: Si cuius domus ui ſit introita. Hæc cauſſa approbatur per ea quæ propoſita ſunt ī. cauſſa prox. in prin. Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi domus aliena ſit, non eius cui inhabitanti uis facta eſt. Hæc exceptio reprobatur Inſt. de iniurijs. §. domum, his uerbis:* Domum accipimus, ſiue in propria domo quis habitet, ſiue in cõducta: ſiue gratis, ſiue hoſpitio receptus ſit. *Concordat l.5. §. domum. ff. eod. tt. his uerbis:* Domum accipere debemus non proprietatem domus, ſed domicilium. Quare ſiue in propria domo quis habitauerit, ſiue in cõducta: uel gratis, ſiue hoſpitio receptus: hæc lex locum habebit. *Altera exceptio uidetur: Niſi inhabitans domicilium ibi non habuerit. Et hæc exceptio reprobatur d.l.5. §. ego puto, his uerbis:* Vlpianus. Ego puto ad omnem habitationẽ, in qua paterfamiliâs habitat, pertinere hanc legem: licet ibi quis domicilium

lium non habeat. ponamus enim ſtudiorũ cauſſa Romæ agere: Romæ utiq; domicilium non habet, & tamen dicendum eſt, ſi ui domus eius introita fuerit, Corneliam locum habere. Cęterùm ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti cauſſa, licet ibi domicilium non habeant. *Tertia exceptio eſt: Niſi in meritoria uel ſtabula impetus factus ſit. Hæc exceptio approbatur d. §. ego puto, in fine, his uerbis:* Tantùm ad meritoria uel ſtabula non pertinebit. *Quarta exceptio eſt: Niſi momenti cauſſa inhabitauerit is cui uis facta eſt. Hæc exceptio approbatur uerbis ſ. except. 2. propoſitis hiſce:* Cæterùm ad hos pertinebit, qui inhabitant non momenti cauſſa. *Quinta exceptio eſt: Niſi in uillam uel hortum impetus factus ſit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 5. §. domum. ibi: quid ſi quis, hiſce uerbis:* Quid ſi quis in uilla habitet, uel in hortis? Idem erit probandum. *Sexta exceptio eſt: Niſi in fundum impetus ſit factus. Et hæc exceptio reprobatur d. l. 5. §. etſi dominus. cuius uerba uide J. queſt. prox. reg. 1. Septima exceptio eſt: Niſi in ius uocandi cauſſa domus ui ſit introita. Hæc exceptio reprobatur l. 23. ff. de iniurijs, his uerbis:* Si quis domum alienam inuito domino introijt, quamuis in ius uocati: actionẽ iniuriarum in eum competere, Ofilius ait. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ſ. lib. 6. cap. 1. queſt. 3. reg. 1.*

III. *Cauſſa: Omnis iniuria quæ manu fit, hac actione continetur. quæ cauſſa approbatur l. 5. §. lex itaq;. ff. de iniurijs. cuius uerba uide ſ. cauſſa 1.*

Exceptio præcedentium cauſſarum generalis.

Præcedentium cauſſarum exceptio generalis hæc eſt: Niſi ſeruus iniuriam fecerit. hic enim lege Cornelia reus nõ recipitur, ſed duriore pœna punitur. quæ exceptio approbatur l. 12. §. fin. ff. de accuſationib. & inſcriptionib. cuius uerba uide ſ. lib. 3. cap. 2. exc. 6.

II. QVIBVS ACTIO PROpoſita competit?

I. *Regula, De colono & domino fundi ui introiti, proponitur l. 5. §. et ſi dominus. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Si dominus fundum locauerit, inq; eum impetus factus ſit: colonus aget, non dominus. Si tamen in fundum alienũ, qui domino colebatur, introitũ ſit: Labeo negat eſſe actionem domino fundi ex lege Cornelia, qui non poſsit ubiq; domiciliũ habere, hoc eſt, per omnes uillas ſuas. Ego puto ad omnem habitationem, &c. *Reliqua uerba uide ſ. queſt. prox. cauſſa 2. except. 1.*

II. *Regula, De patre ui m paſſi, proponitur d. l. 5. §. illud quæritur, his uerbis:* Illud quæritur, an pater filiofamiliâs iniuriam paſſo ex lege Cornelia iniuriarum agere poſsit? & placuit non poſſe, deq; eo res inter omnes cõſtat: ſed patri quidem Prætoria iniuriarũ actio competit, filio uerò legis Corneliæ.

III. *Regula, De ipſo filiofamiliâs iniuriam paſſo, proponitur uerbis iam dictis hiſce:* Filio uerò legis Corneliæ. *Cui concordat d. l. 5. §. in lege, his uerbis:* In lege Cornelia filiusfamiliâs agere poteſt ex omni cauſſa: nec cauere debet rem ratam patrem habiturum. Nam nec aliâs agentem filium iniuriarum ad cautionem de rato compellendum, Iulianus ſcribit. *Hiſce uerbis regula propoſita approbatur, ſimul & reprobatur exceptio eius talis: Niſi non caueat patrem ratum habiturum.*

III. PER QVOS COMPEtat actio propoſita?

Etiam per procuratorem competit. quæ regula approbatur l. 42. §. ad actionem. ff. de procuratorib. his uerbis: Ad actionem iniuriarum ex lege Cornelia procurator dari poteſt. Nam etſi pro publica utilitate exercetur, priuata eſt tamen.

IIII. *Apud quos non competat hæc actio? definitur l. 5. §. 1. ff. de iniurijs, hiſce uerbis:* Lege Cornelia cauetur, ut non iudicet, qui ei qui aget, gener, ſocer, uitricus, priuignus, ſobrinuſue eſt, propiuſue eorum quis quenq; in ea cognatione affinitateue attingat, quiue eius parẽtiſue cuius eorum patronus erit.

V. QVID VENIAT IN actione propoſita?

Condemnatio æſtimatione iudicis facienda. quæ regula approbatur l. 37. in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. cap. prox. queſt. 5. reg. 1.

VI. ADIVNCTA HVius iudicij.

De iureiurando reo deferendo proponitur d. l. 5. §. hac lege, his uerbis: Hac lege permittitur actori iuſiurandum deferre, ut reus iuret iniuriam ſe non feciſſe. Sed Sabinus in adſeſſorio etiam Prætores exemplum legis ſecutos ait. Et ita res ſe habet.

VII. AD FINE REmedium.

Etiam ciuiliter lege Cornelia iniuriarum agi poteſt. quæ regula approbatur d. l. 37. in fine.

DIGESTORVM LIBRI XLVI.
FINIS.

DIGESTORVM LIBER QVADRAGESIMVSSEPTIMVS:

DE RELIQVIS MALEFICIIS ET QVASI maleficijs, nec non præcedentium actionum adfinibus remedijs.

PRAETER actiones pœnales hactenus deſcriptas, ſunt & plures ex maleficijs & ex quaſi maleficijs competentes pro uarietate circumſtantiarum, puta perſonæ delinquentis & eius aduerſus quem delinquitur, item rei in qua uel circa quam delinquitur, item loci & temporis quo delinquitur, deniq; ſpeciei & modi delicti.

Pro uarietate perſonæ: ut,

Si quadrupes damnum dederit, datur inde actio ex lege XII. Tabul.

Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Si ſeruus deliquerit: datur actio noxalis aduerſus dominum.

Si familia furtum fecerit, datur actio Prætoria: Si familia furtum, &c.

Si is qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, poſt mortẽ domini ante aditam hæreditatem in bonis hæreditarijs quid deliquerit: datur actio in factum: Si is qui teſtamento liber eſſe iuſſus, &c.

Si uxor marito, uel contrà maritus uxori furtum fecerit: datur rerum amotarum actio.

Si publicanus uel eius familia alicui uim intulerit, furtum fecerit uel damnum dederit: competit actio intra annum in duplum, poſt annum in ſimplum.

Pro uarietate rei: ut,

Si res publica uel ſacra ſit ſubrepta: crimen peculatus committitur.

Si res hæreditaria ſit ablata: expilatæ hæreditatis crimen eſt.

Si ſeruus corruptus ſit: Serui corrupti actio eſt.

Si liber homo detineatur: de libero homine exhibendo interdictum competit.

Si pecora abacta ſint: datur de abigeis iudicium.

Si arbores caſæ ſint: competit actio arborum furtim cæſarum.

Si res ſubrepta ædibus iuncta ſit: competit de tigno iuncto actio.

Pro uarietate loci & temporis: ut,

Si in naue, caupona, ſtabulo, furtum factum uel damnum datum ſit: datur actio in factum, aduerſus nautas, caupones, ſtabularios. de qua actum ĩ lib. 39. cap. 9.

Si damnum in turba datum ſit: datur actio in factum de damno in turba dato.

Si ex incendio, ruina, naufragio, rate naue expugnata quid raptum, doloúe malo receptum ſit, damnumúe datum: datur actio prætoria de incendio, ruina, naufragio, &c.

Ex ſpecie & modo delicti: ut,

Si quid deiectum uel effuſum ſit, quo alicui damnum datum eſt: datur actio de deiecto & effuſo.

Si quis in ſubgrunda uel protecto id poſitum uel ſuſpenſum habeat, cuius caſus alicui nocere poßit: datur actio in factum de poſito & ſuſpenſo.

Hæ & huiuſmodi aliæ actiones, nec non delicta & crimina aliquot innominata, in hoc libro ordine quo iam enumeratæ ſunt, tractabuntur.

SI QVADRVPES PAVperiem feciſſe dicatur, Cap. I.

PRimò: *Quo iure introducta ſit hæc actio, definitur l. 1. in prin. ff. ſi quadrupes pauperiem, his uerbis:* Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur: actio ex XII. Tabulis deſcendit. Quę lex uoluit aut dari quod nocuit, id eſt, id animal quod noxiam commiſit: aut æſtimationem noxiæ offerre. noxia enim eſt ipſum delictum. Quæ actio ad omnea quadrupedes pertinet. *Concordat Inſt. eod. tit. in prin. his uerbis:* Animalium nomine quæ ratione carent, ſi qua laſciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint: noxalis actio lege XII. Tabul. prodita eſt. quia ita lex XII. Tabul. ſcripta eſt: utputa, Si equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus, cornu petierit.

II. CAVSSA HVIVS Actionis, cum ſuis exceptionibus.

Si quadrupes pauperiem fecerit: datur actio propoſita. quæ cauſſa approbatur uerbis inſt. iam propoſitis hiſce: Animalium nomine quæ ratione carent, ſi qua laſciuia, aut pauore, aut feritate pauperiem fecerint: noxalis actio lege XII. Tabul. prodita eſt. *Declaratur cauſſa propoſita Inſt. d. tit. §. pauperies, his uerbis:* Pauperies eſt damnum ſine iniuria facientis datum. Nec enim poteſt animal iniuriã feciſſe dici, quod ſenſu caret. *Concordat iiſdem uerbis l. 1. §. ait autem. ff. eod. tit. Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi non per ſe quadrupes nocuit, ſed propter culpam alterius. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. itaq; ut, his uerbis:* Tunc hæc actio locum habet, cùm commota feritate nocuit quadrupes: utputa ſi equus calcitroſus calce percuſſerit, aut bos cornu petere ſolitus petierit, aut mulæ propter nimiam ferocitatem. Quòd ſi propter loci iniquitatẽ, aut propter culpã mulionis, aut ſi plus iuſto onerata quadrupes in aliquẽ onus euerterit: hæc actio ceſſabit, damnique iniuriæ agetur. *Huius aliud exemplum proponitur d. l. 1. §. ſed etſi canis, his uerbis:* Si canis cùm duceretur ab aliquo, aſperitate ſua euaſerit

uaſerit, &alicui damnum dederit: ſi coontineri firmius ab alio potuit, uel per eum locum induci non debuit: hæc actio ceſſabit, & tenebitur qui canem tenebat. *Aliud exemplum proponitur d.l.1.§.ſed etſi inſtig. his uerbis*: Si inſtigatu alterius fera damnum dedit: ceſſabit hęc actio. *Concordat d.l.1.§.et ſi alia, his uerbis*: Si alia quadrupes aliã concitauit, ut dãnũ daret: eius quę cõcitauit nomine agẽdũ erit. *Cõcordat itẽ l.11.§.itẽ cũ eo.ff.ad l.Aquil. cuius uerba uide ſ.li.prox. ca.12.que.2.cauſa 21. Aliud exẽplũ proponitur l.ult.ff.ad l.Aquil. his uerbis*: Equũ tibi commodaui: in eo cũ tu equitares, & unà cõplures equitarẽt, unus ex his irruit in equum, teque deiecit, & eo caſu crura equi fracta ſunt. Labeo negat tecum ullam actionem eſſe. Sed ſi equitis culpa factum eſſet: cum equite ſanè, non cum equi domino agi poſſe, uerum puto. *Aliud exemplum proponitur l.52.§.in cliuo.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.li.prox.cap.12.queſt.2.reg.4. Aliud proponitur l.27.§.penult.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.lib.42.cap.1.queſt.2.cauſa 21. Aliud exemplum proponitur l.1.§.ideoq; ſi equus.ff.ſi quadrupes pauper.feciſſ. his uerbis*: Si equus dolore concitatus calce petierit: Vlpianus ceſſare iſtam actionem ait. Sed eum qui equum percuſſerit, aut uulnerauerit, in factum magis quàm lege Aquilia teneri: utique ideo quia non ipſe ſuo corpore damnum dederit. At ſi cum equum permulſit quis, uel palpatus eſt, calce eum percuſſerit: erit actioni locus.

II. Exceptio: *Niſi culpa eius qui damnum paſſus eſt, interuenerit. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponũtur ſ.lib.prox.cap.11.exc.24. Concordat l.52.§.quidam boues.ff.ad l.Aquil. cuius uerba uide ſ.lib.42.cap.1.queſt.2.cauſa 49. Huius exemplum proponitur l.2.in fine.ff.ſi quadrupes pauper. his uerbis*: Si quis aliquem euitans (magiſtratũ fortè) in tabernam proximam ſe immiſiſſet, ibique à cane feroce læſus eſſet: non poſſe agi canis nomine, quidam putant. at ſi ſolutus fuiſſet, contrà. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi leuiſſima culpa interuenerit. Hæc replicatio approbatur exemplo eius qui equum tantùm permulſit, uel palpatus eſt, & ita ab eo percuſſus eſt l.1.§.ideoq; ſi equus, in fine.ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.except.prox. Aliud exemplum proponitur l.ult.ff.eod.tt.his uerbis*: Agaſo cum in tabernam equum deduceret, mulam equus olfecit: mula calcem reiecit, & crus agaſoni fregit: conſulebatur, poſſet'ne cum domino mulæ agi, quòd ea pauperiẽ feciſſet? Alfenus reſpondit, poſſe.

III. Exceptio: *Niſi cum arietes uel boues commiſiſſent inuicem, alter alterum læſit uel occidit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.1.§.cũ arietes.ff.ſi quadrupes pauper. his uerbis*: Cũ arietes uel boues commiſiſſent, & alter alterum occidiſſet: Quintus Mutius diſtinxit, ut ſi quidẽ is perijſſet qui aggreſſus erat, ceſſaret actio: ſi is q nõ prouocauerat, cõpeteret actio. quamobrem eum ibi aut noxiã ſarcire, aut noxã dedere oportere.

IIII. Exceptio: *Niſi fera ſit beſtia que nocuit. Hæc exceptio approbatur d.l.1.§.in beſtijs, hiſce uerbis*: In beſtijs propter naturalem feritatem hæc actio locum non habet. Et ideo ſi urſus fugit, & ſic nocuit: non poteſt quondã dominus conueniri. Quia deſinit dominus eſſe, ubi fera euaſit. Et ideo etſi eum urſum occidero, meum corpus eſt. *Concordat d.l.1.§.& generaliter, his uerbis*: Generaliter locum habet hæc actio, quoties contra naturam fera mota pauperiem dedit. *Concordat item Inſt.eod.tt.§.hæc autem, his uerbis*: Hæc actio in ijs quæ contra naturam mouentur, locum habet. Cæterùm ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio. Denique ſi urſus fugerit à domino, & ſic nocuerit: nõ poteſt quondam dominus cõueniri: quia deſijt dominus eſſe, ubi fera euaſit. *Planè in fera beſtia nihilominus utilis actio datur, quamuis directa deficiat: quod replicationis loco notandum. Quæ replicatio approbatur Inſt.d.tt.§.fin. cuius uerba uide ſ.queſt.6.except.2. Cuius duplicatio hæc eſt: Niſi fera beſtia, dum aufugit, alicui nocet. Quæ duplicatio approbatur uerbis Inſt. iam propoſitis hiſce*: Deniq; ſi urſus fugerit à domino, &c. *Concordat l.1.§.in beſtijs.ff.eod.tt. uerbis paulo ſuperius propoſitis.*

V. Exceptio: *Niſi nõ quadrupes, ſed aliud animal nocuit. Hæc exceptio reprobatur l.4.ff.ſi quadrup. paup. feciſſe, his uerbis*: Hæc actio utilis competit, etſi nõ quadrupes, ſed aliud animal pauperiem fecit.

VI. Exceptio, *ſumpta ex ſpecie quadrupedis, reprobatur l.1.§.1.ff.d.tt. his uerbis*: Hæc actio ad omnes quadrupedes pertinet.

VII. Exceptio: *Niſi nõ corpore ſuo, ſed alia re mediante quadrupes nocuit. Hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.ſiue aũt, his uerbis*: Siue corpore ſuo pauperiẽ quadrupes dedit, ſiue per aliã rẽ quã tetigit quadrupes: hæc actio locũ habebit: utputa ſi plauſtro bos obteruit aliquẽ, uel alia re deiecta. *Concordat d.l.1.§.& ſi alia. cuius uerba uide ſ.except.1.*

VIII. Exceptio: *Niſi corpori liberi hominis nocitũ ſit. Hæc exceptio reprobatur l.3.ff.ſi quadrupes pauper. his uerbis*: Ex hac lege iã nõ dubitatur, etiã liberarũ perſonarũ nomine agi poſſe: fortè ſi patrẽfamiliãs aut filiũfamiliãs uulnerauerit quadrupes: ſcilicet ut nõ deformitatis ratio habeatur (cũ liberũ corpus æſtimationẽ non recipiat) ſed impenſarũ in curationẽ factarũ, & operarũ amiſſarũ, quaſq; amiſſurus quis eſſet inutilis factus.

IX. *Exceptio: Niſi animal quod nocuit, deceſſerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. & cũ etiã. ibi: planè ſi ante. ff. d. tt. his uerbis:* Si ante litẽ cõteſtatam deceſſerit animal, extincta erit actio. noxę aũt dedere, eſt animal tradere n nũ demũ. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi animal ab alio poſt litẽ cõteſtatã occiſum ſit. Quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. penult. his uerbis:* Si poſt litẽ cõteſtatã ab alio ſit animal occiſum: qa domino legis Aquiliæ actio cõpetit, ratio in iudicio habebitur, quòd noxę dedẽdę facultatẽ dominus amiſerit. Ergo ex iudicio propoſito litis æſtimationẽ offeret: niſi parata fuerit actionam mandare aduerſus eũ qui occidit.

X. *Exceptio: Niſi ſemel actũ ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi ædilitia actione ſit actũ, quòd quis canem, uerrẽ, aprum, &c. eo loco habuerit, quo uulgò iter ſit. Quæ replicatio approbatur Inſt. ſi quadrupes pauper. §. fin. cuius uerba uide J. quæſt. ult. except. 1.*

III. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. *Regula: Nõ ſolùm domino rei cui nocitum eſt, ſed etiam ei cuius intereſt, hæc actio competit. Quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. ſi quadrupes paup. feciſ. dicatur, his uerbis:* Hæc actio non ſolùm domino, ſed etiam ei cuius intereſt, competit: ueluti ei cui res commodata eſt: itẽ fulloni, qui eo quòd tenetur, damnum uidetur pati.

II. *Regula, De hæredibus cæteriſq; ſucceſſoribus. His quoq; competit. Quæ regula approbatur l. 1. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Hanc actionem nemo dubitauerit hæredi dari, cæteriſq; ſucceſſoribus: item aduerſus hæredes cæteroſq; ſucceſſores non iure ſucceſsionis, ſed eo iure quo domini ſunt, competit.

IIII. ADVERSVS QVOS competit?

I. *Regula. De hæredibus cæteriſq; ſucceſſoribus, proponitur uerbis d. l. 1. §. fin. iam propoſitis biſce:* Item aduerſus hæredes, &c.

II. *Regula: Noxa caput ſequitur. Quæ regula approbatur d. l. 1. §. & cum etiam, his uerbis:* Cum etiam in quadrupedibus noxa caput ſequitur: aduerſus dominum hæc actio datur, nõ cuius fuerit quadrupes cum noceret, ſed cuius nunc eſt.

III. *Regula: Si animal ab alio animali concitatum pauperiem fecerit: dominus concitantis, non concitati animalis tenetur. Quæ regula approbatur d. l. 1. §. & ſi alia. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 2. except. 21.*

IIII. *Regula: Aduerſus unum etiam ex pluribus dominis in ſolidum cõpetit. Quæ regula approbatur d. l. 1. § ſi cõmune, his uerbis:* Si cõmune pluriũ ſit animal: aduerſus ſingulos erit in ſolidum noxalis actio, ſicut eſt in homine.

V. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. *Regula: Aeſtimatio damni à reo eſt præſtanda. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 1. in prin. ff. ſi quadrupes pauper. feciſſe dicatur. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 1. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi reus animal quod nocuit, noxæ dediderit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. in prin. Concordat Inſt. eod. tt. §. 1. his uerbis:* Animalia, ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem. *Declaratur exceptio propoſita d. l. 1. §. noxæ autem, his uerbis:* Noxæ dedere, eſt animal tradere uiuum demum. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi poſt litem conteſtatam animal ab alio ſit occiſum: hoc enim caſu ad æſtimationem damni præſtandam dominus tenetur. Quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 1. §. penult. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 2. except. 9. repl. 1. Altera replicatio eſt: Niſi reus interrogatus falsò negauit animal ſuum eſſe. hoc enim caſu noxæ dedendo amplius non liberatur. Quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. interdum, his uerbis:* Interdum dominus in hoc non conuenitur, ut noxæ dedat, ſed in ſolidum: utputa ſi in iure interrogatus, an ſua quadrupes eſſet, reſponderet nõ eſſe ſuam. Nam ſi conſtiterit eius eſſe: in ſolidum condemnabitur.

II. *Regula: Quanti æſtimandum damnum in corpore liberi hominis datum, definitur l. 3. ff. ſi quadrupes pauper. cuius uerba uide ĩ. quæſt. 2. except. 8.*

III. *Regula: Vnus ex plurib. dominis in ſolidum tenetur. de qua re uide ĩ. quæſt. prox. reg. 4.*

VI. AD FINIA REMEdia.

Regulariter, ſi quadrupes nocuit: propoſita, non alia competit actio. cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi ex ædilitio edicto, ne quis canem, &c. Quæ exceptio approbatur Inſt. ſi quadrupes pauper. §. cæterùm, his uerbis: Sciendum eſt, ędilitio edicto prohiberi nos canem, uerrem, aprum, urſum, leonẽ ibi habere, qua uulgò iter ſit. Et ſi aduerſus ea factum erit, & nocitum libero homini eſſe dicatur: quod bonum & æquum iudici uidetur, tanti dominus condemnetur. Cęterarum uerò rerũ, quanti damnũ datum ſit, dupli. Pręter has autẽ ædilitias actiones, & de pauperie locũ habebit. Nunquã enim actiones, præſertim pœnales, de eadẽ re cõcurrẽtes, alia aliam cõſumit. *Concordat l. 40. cum duab. legib. ſequentib. ff. de ædilitio edicto, his uerbis:* Aiunt ædiles: Ne quis canem, uerrem, uel minorem aprum, lupum, urſum, pantheram, leonem, & generaliter, aliudue quod nocens animal (ſiue ſoluta ſint, ſiue alligata) ſiue cõtineri uinculis, quo minus damnũ inferant, nõ poſsint) quà uulgò iter fiet, ita habu-

ita habuiſſe uelit, ut cuiquam nocere dam numũe dare poſsit. Si aduerſus ea factũ erit, & homo liber ex ea te perierit: ſolidis ducentis. Si nocitũ homini libero eſſe dicetur: quanti bonum & æquũ iudici uidebitur, cõdemnetur. Cæterarũ rerũ, quantũ damnũ datũ factumũe ſit, dupli. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi fera beſtia, dum aufugit, nocuit: hoc enim caſu, quia ſe in naturalem libertatem recepit, quondã eius dominus non tenetur. Quæ replicatio approbatur per ea que propoſita ſunt ſ. queſt. 2. exc. 4. repl. 1. dupl. 1. Altera exceptio eſt: Niſi quadrupeſ fructus in fundo alieno depauit: hoc enim caſu de paſtu pecoris actio eſt ex lege XII. Tabul. que exceptio approbatur l. 14. §. fin. ff. de præſcriptis uerbis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 10. queſt. 3. cauſa 31. Tertia exceptio eſt: Niſi culpa alterius quadrupes pauperiem fecerit, hoc enim caſu non actio propoſita, ſed actio legis Aquiliæ, uel in factũ datur aduerſus eum cuius culpa quadrupes nocuit. Que exceptio approbatur per ea que propoſita ſunt ſ. queſt. 2. except. 1.*

DE NOXALIBVS Actionibus. Cap. II.

PRimò: *Quo iure noxales actiones ſint conſtitute, definitur Inſt. de noxalib. actionib. §. ſunt autem, bis uerbis:* Noxales actiones conſtitutæ ſunt aut legibus, aut edicto Prætoris. Legibus: ueluti furti ex lege XII. Tabul. damni iniuriæ ex lege Aquilia. Edicto Prætoris: ueluti iniuriarum, & ui bonorũ raptorũ.

II. CAVSA HARVM ACTIonum cum ſuis exceptionibus.

Si ſeruus maleficium cõmiſerit: aduerſus dominũ noxalis datur actio. Que cauſa ſeu regula approbatur Inſt. d. tt. in prin. bis uerbis: Ex maleficijs ſeruorum: ueluti ſi furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut iniuriam cõmiſerint: noxales actiones proditæ ſunt: quibus domino damnato permittitur aut litis æſtimationem ſufferre, aut ipſum hominẽ noxæ dedere. *Concordat l. 1. ff. eod. tt. bis uerbis:* Noxales actiones appellãtur, quæ nõ ex contractu, ſed ex noxa atq; maleficio ſeruorũ aduerſus nos inſtituuntur: quarũ actionũ uis & poteſtas hæc eſt, ut ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius corporis quod deliquit, euitare litis æſtimationem. *Huius cauſe exceptiones he ſunt.*

I. *Exceptio: Niſi non ſeruus, ſed liber homo pro ſeruo ab alio bona fide poſſeſſus, maleficiũ cõmiſerit. hoc enim caſu aduerſus poſſeſſorẽ actio non datur. Que exceptio approbatur l. 22. §. fin. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. queſt. 2. except. 2. Cõcordat l. 13. §. fin. cũ lege ſequẽte. ff. de interrogat. in iure faciendis. cuius uerba uide ſ. lib. 7. cap. 5. de confeſſis, que ? 1. except. 4. Concordat item l. 42. in prin. ff. de noxalib. action. cuius uerba uide ſ. queſt. 7.*

II. *Exceptio: Niſi nõ ordinarius, ſed uicarius ſeruus deliquerit. Hæc exceptio reprobatur l. 19. §. ſi ſeruus. ff. de noxalib. actionib. cuius uerba uide ſ. exc. 15. repl. 2.*

III. *Exceptio: Niſi nõ ſeruus, ſed filiusfamiliâs maleficiũ cõmiſerit: hoc enim caſu aduerſus patrẽ noxalis actio nõ datur. Que exceptio approbatur Inſt. d. tt. §. fin. bis uerbis:* Veteres etiã hoc in filijsfamiliarũ maſculis & fœminis admiſere. Noua aũt hominũ cõuerſatio huiuſmodi aſperitatẽ rectè reſpuendã eſſe exiſtimauit, & ab uſu cõmuni hoc penitùs receſsit. Quis enim patiatur filiũſuum, & maximè filiã in noxã alij dare: ut penè p filij corpus pater magis quàm filius periclitetur: cũ in filiabus hoc etiã pudicitiæ fauor bene excludat? Et ideo placuit, In ſeruos tantummodo noxales actiones eſſe ꝑponendas: cũ apud ueteres legum cõmentatores inuenerimus ſæpius dictum, Ipſos filiosfamiliarum pro ſuis delictis poſſe conueniri. *Concordat l. 33. in fine, cũ legib. ſequentib. ff. d. tt. bis uerbis:* Si liber eſt, quamuis in poteſtate ſit, indiſtinctè ipſi ſui defenſio dãda eſt. Quoties enim nemo filiũfamiliâs ex cauſa delicti defendit, in eũ iudiciũ datur. Et ſi cõdemnatus fuerit filius, iudicatum facere debet: tenet enim condemnatio:

IIII. *Exceptio: Niſi ſeruus, cũ adhuc liber eſſet, deliquerit. Hæc exceptio reprobatur Inſt. d. tt. §. omnis. ibi: ex diuerſo, bis uerbis:* Directa actio noxalis eſſe incipit. Nã ſi liber homo noxiã cõmiſerit, & is ſeruus tuus eſſe cœperit (quod quibuſdam caſibus effici, primo libro tradidimus) incipit tecum eſſe noxalis actio, quæ ante directa fuiſſet.

V. *Exceptio: Niſi aduerſus dominũ ſuũ ſeruus deliquerit. Hæc exceptio approbatur Inſt. d. tt. §. ſi ſeruum, bis uerbis:* Si ſeruus domino noxiã cõmiſerit: nulla actio naſcitur. Nãq; inter dominũ & eũ qui in poteſtate eius eſt, nulla obligatio naſci poteſt. Ideoq; etſi in alienã poteſtatẽ ſeruus peruenerit, aut manumiſſus fuerit: neq; cum ipſo, neq; cum eo cuius nunc in poteſtate ſit, agi poteſt. Vnde ſi alienus ſeruus noxiam tibi commiſerit, & is poſtea in poteſtate tua eſſe cœperit: interdicitur actio. qa in eũ caſum deducta ſit, in quo cõſiſtere nõ potuit. Ideoq; licet exierit de tua poteſtate, agere nõ potes: quemadmodũ ſi dominus in ſeruũ ſuũm aliqd cõmiſerit, nec ſi manumiſſus aut alienatus fuerit, ſeruus nullã actionẽ cõtra dominũ habere poteſt. *Concordat l. 1. ibi: cum tamen. C. de noxalib. actionib. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. queſt. 2 except. 1. Huius exceptionis replicatio prima uidetur eſſe: Niſi ſeruus poſtea manumiſſus uel alienatus ſit. Sed hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:*

Ideoq;

Ideoque etſi in alienam poteſtatem ſeruus peruenerit. &c. *Concordat l.11. §. ſed & nomine.ibi:cæterùm ex delicto.ff. de minor.25 annis.cuius uerba uide J. lib.49.cap.4. quæſt.4. except.gener.4. Admittitur tamen replicatio propoſita, ſi ſeruus rem quam domino abſtulit, manumiſſus uel alienatus contrectet. Quæ diſtinctio approbatur d.uerſ.cum tamen. Concordat d.§.ſed & nomine. Altera replicatio uidetur: Niſi ſeruus, antequã in poteſtate domini eſſet, aduerſus eum deliquerit. Sed & hæc replicatio reprobatur uerbis Inſt.ē.propoſitis hiſce:* Vnde ſi alienus ſeruus noxiam tibi commiſerit, &c. *De qua re uide plura J.except.13. Tertia replicatio eſt: Niſi ſeruus legatus aduerſus futurũ hæredẽ deliquerit. Hæc replicatio approbatur l.40.ff.de noxalib.actionib.his uerbis:* Si ſeruus legatus ante aditã hęreditatẽ rem hæredis futuri ſubtraxerit: poteſt is cum legatario, qui legatum agnouerit, furti agere. Sed ſi idem ſeruus hæreditariam rẽ ſubtraxerit, furti actio ceſſabit: quia huiuſmodi rerum furtum non fit. ad exhibendum autem actio competit. *Quarta replicatio uidetur: Niſi ſeruus communis aduerſus unum ex dominis deliquerit. Hæc replicatio reprobatur l.41.ff.d.tt.his uerbis:* Cum ſeruus communis alteri dominorum damnum iniuria dedit: idcirco legis Aquiliæ actio nõ eſt, quia ſi extraneo damnũ dediſſet, cum altero in ſolidum lege Aquilia agi poſſet: ſicuti & cum ſeruus communis furtum fecit, cum altero domino furti agi nõ poteſt, ſed cõmuni diuidundo.

VI. Exceptio: *Niſi is qui bona fide poßidetur, aduerſus eum à quo poßidetur, deliquerit. Hæc exceptio approbatur ſimul et diſtinguitur l.21. C.de furtis.cuius uerba uide ē.lib.prox.cap.3.quæſt.2.exc.2.*

VII. Exceptio: *Niſi ſeruus aduerſus fructuarium ſuum deliquerit. Hæc exceptio reprobatur l.18. ff. de noxalib. action. his uerbis:* Is qui uſumfructũ in ſeruo habet, perinde cũ domino habet actionem furti, atq; ſi quilibet alius eſſet: ſed cum eo non eſt, quamuis ſeruiat ei. Et ideo dominus damnatus fructuario noxę dedens liberabitur.

VIII. Exceptio: *Niſi publico iudicio agatur. Hæc exceptio approbatur exemplo l.4.in fine.C. de noxalib.actionib.his uerbis:* Si criminis publici accuſationem propter uxorem tuam à ſeruo raptam intendendam putaueris: nõ cõtra dominũ, ſed cõtra eum ſeruum quem facinus commiſiſſe proponis, hanc inſtituere debes. *Vide item J.quæſt.11.except.7.*

IX. Exceptio: *Niſi ſeruus qui deliquit, mortuus ſit. Hæc exceptio approbatur l.39. §.fin. in fine.ff.eod. tt.his uerbis:* Mortuo ſeruo antequã accipiatur iudiciũ, omnino hac actione non tenebitur dominus. *Concordat l.15.§. mortuo.ff.de interrogat.in iure faciendis. cuius uerba uide ē. lib. 7.cap.5.de confeßis, quæſt.1.exc.18. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi ſciente & non prohibẽte domino, ſeruus deliquerit: hoc enim caſu morte ſerui dominus non excuſatur. Quæ replicatio approbatur l.5.in fine.ff.de noxalib.action.cuius uerba uide J.quæſt.4.reg.1.exc.1. Altera replicatio eſt: Niſi poſtquã dominus ſeruum dolo poßidere deſierat, is deceſſerit. Hæc replicatio reprobatur l.26.§. ſi is quem.ff.eod.tt.his uerbis:* Si is quẽ deſieris dolo poſſidere, deceſſerit priuſquam hac actione conueniretis: liberaris. quia hæc actio in locum directæ actionis ſuccedit. Diuerſum dicemus, ſi moram feceris in iudicio accipiendo. *Cõtradicit l.26.in fine.ff.eod. tt.cuius uerba uide J.exc.11.repl.1. Tertia replicatio eſt: Niſi poſt moram à domino factam ſeruus deceſſerit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Diuerſum dicemus, &c. *Quarta replicatio eſt: Niſi dominus pro ſeruo mortuo iudiciũ acceperit. Hæc replicatio reprobatur ſub conditione l.42.§.1.ff.de noxalib.actionib.his uerbis:* Si quis ꝑ ſeruo mortuo, ignorãs eum deceſſiſſe, noxale iudicium acceperit: abſolui debet. Quia deſijt uerum eſſe, propter eũ dare oportere.

X. Exceptio: *Niſi ſeruus qui deliquit, manumiſſus ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ proponuntur J.quæſt.ult. except.8.*

XI. Exceptio: *Niſi cum ſtatuliber deliquiſſet, conditio libertatis extiterit. Hæc exceptio approbatur l.14.§.fin.ff.de noxalib. action.his uerbis:* Si ſtatuliber ſit, & ante deditionem extiterit cõditio, uel per fideicommiſſum libertas fuerit antè præſtita, uel exiſtente conditione legati dominium fuerit trãslatum: arbitrio iudicis abſolui reum oportet. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cum reus dolo feciſſet, quo minus ſtatuliberum in poteſtate haberet, libertatis conditio extiterit. Hæc replicatio approbatur l.16.ff.d.tt.his uerbis:* Si hæres dolo malo fecerit, ne ſtatuliberum in poteſtate haberet, & propter hoc iudicium ſine noxæ deditione acceperit: impleta conditione ſtatutę libertatis cõdẽnari debet: ſicuti mortuo ſeruo cõdemnatetur. *Altera replicatio eſt: Niſi reus hæres ea quæ conditionis implendæ cauſa à ſtatulibero accepit, actori nõ reſtituat. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.63.§.fin.ff.de furtis.cuius uerba uide ē. lib. prox. cap.5. reg.1.exc.1.repl.1.dupl.2.*

XII. Exceptio: *Niſi ſeruus qui deliquit, alienatus ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ proponuntur. J quæſt.4. reg.1.*

XIII. Exceptio: *Niſi ſeruus qui deliquit, in poteſtatem actoris peruenerit. Hæc exceptio approbatur l.37 ff.de noxalib. action. cuius uerba uide ē. lib.prox.cap.2.quæſt.2.exc.49. Concordat Inſt.eod. tt. §. ſi ſeruus.ibi: unde ſi. cuius uerba uide ē. except.5. Huius exemplũ proponitur l.20. ff. eod tt.his uerbis:*

uerbis: Qui ex pluribus noxis, diuerſis téporibus experitur: ex una noxa ſerui dominium nactus, nullem emplius actionem habet aduerſus eum qui dominus fueret: cum actio noxelis caput ſequatur. At ſi meluit dominus priore iudicio litis æſtimationem ſufferre: uel eidem uel alij ex alio maleficio agenti nihilominus tenetur. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi actor ſeruum rurſus alienauerit. Hæc replicatio reprobatur Inſt. d. §. ſi ſeruus. ibi: ideoq; licet. Concordat d.l. 37. ibi: nec ſi poſtea. Concordat item l. 18. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. quæſt. 2. except. 49. repl. 2. Planè admittitur replicatio propoſita in caſu neceſſariæ alienationis, l. 26. §. fin. in fine. ff. de noxalib. action. cuius uerba uide J. quæſt. 10. reg. 2. except. 2. Concordat l. 2. §. fin. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. cuius uerba uide ſ. lib. 6. cap. 9. quæſt. 2. reg. 1. Altera replicatio eſt: Niſi lite iam conteſtata, ſeruus in poteſtatem actoris peruenerit. Quæ replicatio approbatur d.l. 37. in fine, cū lege ſequente, his uerbis*: Quòd ſi poſt litem cõteſtatam eum redemero: condemnendus erit uenditor, quemadmodum ſi alij uendidiſſet. Perui enim refert cui uendiderit, aduerſerio, an alij: ſuaq; culpa litis æſtimationé ſubiturū, qui uendẽdo noxæ deditioné ſibi edemit. *Tertia replicatio eſt: Niſi pro parte tantùm ſeruū nactus ſit actor. Hæc replicatio reprobatur l. 8. §. quanquā quis. ff. de noxal. action. cuius uerba uide J. except. 15. repl. 5. Cõcordat l. 44. §. penult. ff. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. ca. 3. quæſt. 2. except. 49. repl. 3. Sed & plura de exceptione propoſita uide d. except. 49.*

XIIII. *Exceptio: Niſi reus ſeruū pro derelicto habuerit. Hæc exceptio approbatur l. 38. §. 1. ff. de noxalib. action. his uerbis*: Iulienus lib. XXII. Digeſtorū ſcribit, ſi ſeruū pro derelicto habeam, qui tibi furtū fecerat, liberari me: quia ſtatim meus eſſe deſinit, ne eius nomine qui ſine domino ſit, furti actio ſit.

XV. *Exceptio: Niſi dominus ſeruum actori noxæ dedat. Hæc exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. ead. quæſt. in prin. Concordat Inſt. de noxalib. action. §. dominus, his uerbis*: Dominus noxali iudicio ſerui ſui nomine cõuẽtus, ſeruū actori noxæ dedẽdo liberatur: nec minus in perpetuū eius ſerui dominiū à domino tráſfertur. Sin aūt damnū ei cui deditus eſt, ſeruus reſarcierit quæſita pecunia: auxilio prætoris inuito domino manumittetur. *Cõcordat itẽ l. 2. C. eod. tt. his uerbis*: Si ſerui ueſtri inſcientib. uobis, uel etiá phibétibus, furtim arbores cęciderūt. quib. etiá propria pœna iuxta legẽ ſaltui datá fuerit præſtituta: fruſtra ueremini, ne ex perſona eorū ultra noxę deditioné ſitis obſtricti: cùm ex delictis ſeruorū domini ignorátes uel prohibẽtes, ſi noxali actione conueniátur, ita cõdemnari debeát, ut aut noxæ dedere aut cõdemnationé ſufferre habeát in ſue poteſtate. *Cõcordat itẽ l. 3. C. eod. tt. his uerbis*: Siue ſeruū plagij paras ſolẽniter accuſare, Pręſidẽ prouinciæ adire nõ prohiberis: ſiue dominū eius ſollicitati ſerui noxali iudicio uel furti malueris cõuenire, ſuá tibi notioné Præſes ꝓuincię cómodabit: nõ ignotás, quòd ſi dominū elegerie. & eo nõ cõſentiẽte, quod intédis, cómiſſum ꝓbaueris: uel noxæ dedendæ, uel damni ſarciẽdi, ac pœnę pręſtandæ habeat facultatẽ. *Ratio huius exceptionis proponitur Inſt. de noxalib. action. §. ſumma aūt, his uerbis*: Summa ratione pmiſſum eſt noxæ deditione fungi. Nanq; erat iniquū, nequiciá eorū ultra ipſorū corpore dominis dánoſam eſſe. *Declaratur exceptio propoſita definitione noxæ deditiõis, Inſt. eod. tt. §. 1. his uerbis*: Noxa eſt ipſum corpus quod nocuit, id eſt ſeruus: noxia ipſum maleficiū, ueluti furtū, damnū, rapina, iniuria. *Cõcordat l. 238. in fine. ff. de uerb. ſignif. cuius uerba uide J. lib. 50. cap. 4. in uerbo Noxa. Planè propoſitæ exceptionis replicatio prima hæc eſt. Niſi ſciente, & non prohibente domino ſeruus deliquit. Hæc replicatio approbatur l. 2. in prin. ff. de noxal. action. his uerbis*: Si ſeruus ſciente domino occidit, in ſolidū dominū obliget: ipſe enim dominus occidiſſe uidetur. Si autẽ inſciẽte, noxalis eſt: nec enim debet ex maleficio ſerui in plus teneri, quàm ut noxę eū dedat. *Cõcordat item l. 17. in prin. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. except. 19. repl. 1. dupl. 1. tripl. 1. Itẽ cõcordat d. 4. §. nā ſi ro conſcio. C. eod. tt. his uerbis*: Si domino conſcio & prohibere ualente, ſeruus res tuas ui rapuerit: detrecta noxæ deditione conuentus ad ſummam condemnationis ſoluendam omnino compellendus eſt. *Concordat item l. 5. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 7. reg. 5. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi dominus ſciens ſeruum prohibere non potuit. Hæc duplicatio approbatur d. l. 4. in prin. cuius uerba uide J repl. 14. Concordat l. 3. ff. eod. tt. his uerbis*: In omnibus noxalibus actionibus, ubicunque ſcientia domini exigitur, ſic accipienda eſt: ſi cum prohibere poſſet, non prohibuit. Aliud eſt enim authorem eſſe ſeruo delinquenti, aliud pati delinquere. *Concordat item l. 4. in prin. ff. eod. tt. his uerbis*: In delictis ſeruorum ſcientia domini quemadmodum accipienda eſt: utrum cum conſilio, an etſi uiderit tantùm, quamuis prohibere non potuerit? quid enim ſi ad libertatem proclamans domino ſciente faciat? quid ſi contemnat dominum: uel cum trans flumen ſit ſeruus, uidente quidem, ſed inuito domino noxam noceat? Rectius itaq; dicitur, ſcientiá

eius

eius accipiendam qui prohibere poteſt: & hoc in toto edicto intelligendum eſt circa Scientiæ uerbum. *Altera duplicatio eſt: Niſi delictum ſciente domino commiſſum à ſeruo ſit, antequam eum ſit nactus. Hæc duplicatio approbatur d. l. 4. §. ſi extraneus. ff. de noxali action. his uerbis:* Si extraneus ſeruus ſciente me fecerit, eumq; redemero: noxalis actio in me dabitur: quia non uidetur domino ſciente feciſſe, cùm eo tempore dominus non fuerim. *Tertia duplicatio eſt: Niſi antea cum noxæ deditione actum ſit. Hæc duplicatio approbatur d. l. 4. §. fin. his uerbis:* Si cum eo qui ſcit, cum noxæ deditione actum ſit: amplius in dominum, detracta noxæ deditione, danda actio non eſt. In ipſo autem iudicio ſi uoluerit & ſcientiam domini arguere: nō eſt prohibendus. *Huius duplicationis triplicatio hæc uidetur: Niſi cum alio, utputa cum emptore, antea cū noxæ deditione actum ſit. Sed hæc triplicatio reprobatur l. 7. in fine. ff. de noxal. action. his uerbis:* Pomponius ait, Si emptor ſerui noxali iudicio conuentus ſit: uenditorem, quo ſciente factum eſt, conueniri iam non poſſe. *Hæc de prima replicatione. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi ſeruum exercitoris, cauponis uel ſtabularij, in naue, caupona uel ſtabulo deliquerit: tūc enim dominus in ſolidum tenetur. Quæ replicatio approbatur. ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ī. lib. 19. cap. 9. quæſt. 7. reg. 5. Tertia replicatio eſt: Niſi cum uicarius deliquiſſet, ſciente & nō prohibente ſeruo ordinario: uicarium tātùm noxæ dedat, nō ordinarium. Hæc replicatio approbatur l. 19. §. fin. ff. de noxalib. action. his uerbis:* Si ſeruus tuus nauem exercuerit, eiusq; uicarius & idem nauta in eadem naue damnum dederit: perinde in te actio dāda eſt, ac ſi is exercitor liber, & hic uicarius ſeruus eius eſſet, ut de peculio ſerui tui ad noxam dedere uicarium damneris: ut tamē, ſi ſerui tui iuſſu, uel ſciente eo & patiente, damnum uicarius dederit: noxalis actio ſerui tui nomine aſſa debeat. Idemq; ſit, etiamſi nautam facere iuſſerit. *Quarta replicatio eſt: Niſi ſtatuliber ſit qui noxæ deditur. Hæc replicatio reprobatur l. 15. ff. d. tt. his uerbis:* Prætor decernere debet tranſlationem dominij in ſtatuliberum fieri. Si uerò rei iudicatæ tempore adhuc in ſuſpenſo ſit ſtatuta libertas: Sabinus & Caſsius liberari hęredem putant tradendo ſeruum: quia toto ſuo iure cederet. Quod & uerum eſt. *Quinta replicatio eſt: Niſi partem tantùm ſerui noxæ dediderit. Hæc replicatio approbatur l. 8. ff. d. tt. his uerbis:* Si ſeruus communis furtum fecerit, quiuis ex dominis in ſolidum noxali iudicio tenetur: eoq; iure utimur. Sed nō aliâs poterit, qui conuentus eſt, euadere litis æſtimationem, niſi in ſolidum noxæ dediderit ſeruum: nec ferendus eſt, ſi partem dedere fuerit paratus. Planè ſi per hoc quòd ſocij dedere parati non fuerint, in ſolidum fuerit condemnatus: communi diuidundo, uel familiæ erciſcundæ iudicio aduerſus eos experietur. Ante noxale ſanè iudicium acceptum poterit ſuam partē cedendo ſecuritatem conſequi, nec neceſſe habebit ſuſcipere iudicium. Quanquā quis poſsit dicere, euenire ut dum pars ei cedatur, amittat actionem: dominus enim pro parte factus, non poſsit cum ſocio noxali experiri. Fortaſsis nec communi diuidundo agere poſsit eius maleficij nomine, quod ante communionem admiſſum eſt. Quòd ſi non poteſt, euidenti iniuria afficietur. Sed melius eſt dicere, competere ei communi diuidundo iudicium. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ante acceptum iudicium unus ex ſocijs ſerui communis ſuam partem noxæ dediderit. Hæc duplicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Ante noxale ſanè iudicium acceptum, &c. *Sexta replicatio eſt: Niſi nuda proprietas ſerui noxæ dedatur. Hæc replicatio approbatur l. 17. §. ſi plures. ff. de noxalib. actionib. his uerbis:* Si plures eiuſdem ſerui nomine noxali mecum agere uelint, uel unus pluribus iudicijs eiuſdem ſerui nomine agat, in quo uſusfructus tuus, proprietas mea ſit: officio iudicis continebitur, cum eum noxæ dedidero, ut etiam uſumfructum actoris faciam. Sed per prætorem id conſequar ego dominus proprietatis, ut aut cogat Prætor te ꝑ æſtimatione uſusfructus cōferre ad litis æſtimationem, aut uſumfructum cedere, ſi hoc expediat. Et ſi ego dominus proprietatis eum ſeruum nolui defendere: defenſio tibi permittenda eſt. Et ſi condemnatus hominem tradas: aduerſus me te tueberis. *Huius replicationis duplicatio eſt: Niſi ipſi fructuario proprietas noxæ dedatur. Quæ duplicatio approbatur l. 18. in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. except. 7. Septima replicatio eſt: Niſi uſufructuarius ſeruum noxæ dediderit. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et ſi condemnatus hominem tradas &c. *Octaua replicatio eſt: Niſi ſeruum alij pignori obligatum, noxæ datus ſit. Hæc replicatio approbatur l. 9. §. et ſi ſeruum. ff. de dolo malo, his uerbis:* Si ſeruum pignoratum noxæ mihi dederis: per iudicem abſolutus de dolo teneris, ſi apparuerit eum eſſe pignori datum. *Nona replicatio eſt: Niſi noxæ dedens euictione uel de dolo non caueat. Hæc replicatio approbatur l. 14. in fine ff. de noxalib. actionibus, his uerbis:* Officium iudicis erit, ut caueatur ei cui dedidit, de euictione ob ſuum factum contingente. *Concordat l. 32. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 10. reg. 2. Decima*

replicatio

replicatio eſt: Niſi non dominus ſerui, ſed alius conuentus ſeruum noxæ dediderit. Hæc replicatio reprobatur l.28.ff.eod.tt.cuius uerba uide ſ.lib.22.cap.2.except.11.repl.12. Concordat l.11.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.quæſt.4.reg.1.except.4. Cōcordat itē l.27.§.ex his.ff.eod.tt. cuius uerba uide J. quæſt.10.reg.3. Vndecima replicatio eſt: Niſi alij quàm actori noxæ deditus ſit ſeruus. Hæc replicatio ipſo quidem iure ſubſiſtit: uerùm eius duplicatio hæc eſt: Niſi alij, cui æquè competebat actio, prius agenti, & ad ſententiam peruenienti, ſeruus noxæ datus ſit. Hæc duplicatio approbatur l.14.in prin.ff.d.tt. his uerbis: Si quis à multis conueniatur ex noxa eiuſdē ſerui: uel ab uno, ex pluribus tamen delictis: non neceſſe habet (quia omnibus dedere non poteſt) litis æſtimationem offerre his quibus dedere non poteſt. Quid ergo ſi à pluribus conueniatur? & ſi quidem unus occupauit: an melior ſit eius conditio, ut ipſi ſoli dedatur? an uerò uel omnibus dedi debeat, uel caueri defenſum iri aduerſus cæteros? Et uerius eſt, occupantis meliorem eſſe conditionem. Ei itaque dedetur, non qui prior egit, ſed qui prior ad ſententiam peruenit. Et ideo ei qui poſtea uicerit, actio iudicati denegabitur. Concordat l.19. in prin.ff. eod. tt. cuius uerba uide J.quæſt.10. reg.8. Planè hoc caſu aduerſus alium, cui ſeruus noxæ deditus eſt, non denegatur actio noxalis: quod triplicationis loco notādum. Quæ approbatur l.1.§.fin. cum l.ſequente, in prin.ff.ſi ex noxali cauſa agatur. cuius uerba uide ſ.lib.6.cap.9.quæſt.5.except.1.repl.6. Duodecima replicatio eſt: Niſi ex alia cauſa noxæ deditus ſit. Hæc replicatio reprobatur l.20.ff.de noxal.action. cuius uerba uide ſ. except.13. Decimatertia replicatio eſt: Niſi noxali iudicio condemnatus, & iudicati actione conuentus, noxæ ſeruum dedere paratus ſit. Hæc replicatio approbatur l.20, §.idem rectè.ff.de petit.hered.his uerbis: Iulianus rectè ait, ſi noxali iudicio condemnatus ſit poſſeſſor defuncto, non poſſe eum dedentem noxæ officio iudicis liberari: quia tamdiu quis habet noxæ dedendæ facultatem, quamdiu iudicati cōuenitur. Poſt ſuſceptum iudicium nō poteſt noxæ dedendo ſe liberare. ſuſcepit autem per petitionem hæreditatis. Decimaquarta replicatio eſt: Niſi noxæ dedēs nō etiā reſtituat id quod ex delicto ſerui ad ſe peruenit. Hæc replicatio approbatur l.4.in prin.C.de noxal. action. his uerbis: Si ſeruus ignorante domino, uel ſciente & prohibere nequeunte, res tuas ui rapuerit: dominum eius apud Præſidē prouinciæ, ſi necdum utilis annus exceſſit, quadrupli: quòd ſi hoc effluxit tēpus, ſimpli noxali iudicio conuenire potes. Qui ſi noxæ maluerit ſeruum dedere: nihilominus cum ipſo, quantum ad eū peruenit, experiri non prohiberis. Decimaquinta replicatio eſt: Niſi reus ſeruum in ſua poteſtate eſſe negans, mentitus ſit. Hæc replicatio approbatur l.21.§.Pretor ait, in fine. ff. eod. tt. cuius uerba cum concordantibus uide J.except.17.repl.2. Sed & concordat l.2.§.ſi abſens. ibi: ſi uerò falſo.ff.ſi ex noxali cauſa agatur. cuius uerba uide ſ. lib.6.cap.9. quæſt.2.reg.1. Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi hæres eius qui mentitus eſt, conueniatur, uel hæres actoris agat. Altera duplicatio eſt: Niſi negans, poſtea pœnitentia ductus rurſus confiteatur. Hæ duæ duplicationes approbātur l.26.§.neq; hæredi.ff.eod. tt. cuius uerba cum triplicatione ſecundæ duplicationis uide J.quæſt.prox.reg.1.except.1. Decimaſexta replicatio eſt: Niſi dominus ſeruum non defendat, neq; noxæ dedat: hoc enim caſu quaſi cōtumax in ſolidū condēnatur. Quæ replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ proponuntur J.quæſt.10.reg.1. Decimaſeptima replicatio eſt: Niſi mulier marito ſeruum furem in dotem dederit, ſciens eum talem eſſe. Hæc replicatio approbatur l.21.§. at ſi in dotem.ff.rerum amotarum, his uerbis: Si in dotem, &c. Hæc de 15.exceptione.

XVI. Exceptio: Niſi dominus ſeruum indefenſum relinquat. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur l.29.ff.de noxal.action.his uerbis: Nō ſolùm qui in poteſtate non habet ſeruum, recuſare poteſt noxale iudicium: uerum etiam habenti in poteſtate liberum eſt euitare iudicium, ſi indefenſam eam perſonā relinquat. Sed huic neceſſe eſt ius ſuū ad actorem transferre, perinde ac ſi damnatus eſſet. Concordat l.31.ff.eod.tt.his uerbis: Noxali iudicio inuitus nemo cogitur aliū defendere: ſed carere debere eo quē nō defendit, uerius eſt. Concordat item l.39. §. ſed etſi poſt.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.except.prox. repl.1.dupl.2. Concordat item l.ult.in fine.ff. eod.tt. cuius uerba uide J.quæſt.5. Concordat item l.198.in prin.ff.de reg.iuris, hiſce uerbis: Inuitus nemo rē cogitur defendere. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi dominus ſeruum noxæ non dedat. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.29.ſ.propoſitis hiſce: Sed huic neceſſe eſt ius ſuū ad actorē transferre, perinde ac ſi damnatus eſſet. Concordat d.l.31. uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce: Sed carere debere eo quem nō defendit, uerius eſt. Item concordat l.21. in prin. ff. de noxalib.action.his uerbis: Quoties dominus ex noxali cauſa conuenitur, ſi noluerit ſuſcipere iudicium, in ea cauſa res eſt, ut debeat noxæ dedere eum, cuius nomine iudicium non ſuſcipit: aut ſi id non faciat, iudicium omnimodo ſuſcipiet. Sed non aliâs condemnabitur, quàm ſi in poteſtate habet, doloue malo fecit quo minus haberet. Concordat item l.32.ff eod.tt.cuius uerba uide J.quæſt.10 reg.2. Sed & plura de replicatione propoſita uide d.quæſt.10.reg 1.

XVII. Exceptio: Niſi reus ſeruum in ſua po-

teſtate non habeat, ut eum noxæ dedere poßit. Hæc exceptio approbatur uerbis d.l.21.iam propoſitis biſce: Sed non aliâs condemnabitur, quàm ſi in poteſtare habet, doloúe malo fecit quo minos haberet. *Concordat l. 29. in prin. ff. cod. tt. cuius uerba uide ſ. except. prox. in prin. Concordat itē l. 42. §. he actiones. cuius uerba uide J. quæſt. prox. reg. 1. Declaratur exceptio propoſita d.l.21. § in poteſtate, his uerbis:* In poreſtare ſic accipere debemus, ut faculiatem & poteſtatem exhibēdi eius habeat. Cærerùm ſi in fuga ſit, uel peregrè: nō uidebitur eſſe in poteſtate. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi dolo malo fecit reus, quo minus ſeruū in poteſtate haberet. Quæ replicatio approbatur uerbis d.l.21.ſ. propoſitis hiſce:* Doloúe malo fecir, quo minus haberet. *Concordat l.12. ff. de noxalib. action. his uerbis:* Si bona fide poſſeſſor eum ſeruū quem bona fide poſsidebat, dimiſerit, ne agi com eo ex noxali cauſſa poſsit: Paulus ait, obligari eum actione quæ darur aduerſus eos qui ſeruum in poteſtate habeant, aut dolo fecerint quo minus haberent: qoia per hoc adhuc poſsidere uidearnr. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi eum reus dolo malo ſeruum manumiſiſſet, uel alienaſſet, manumiſſus uel nouus dominus iudicium ſuſcipere ſit paratus. Hæc duplicatio approbatur l. 24. in fine, cum lege ſequente. ff. d. tt. his uerbis:* Iulianus ait de eo qui dolo malo manumiſit: ſi paratus ſit defendere ſe manomiſſus, exceprionem dandam ei qoi manumiſit. hoc & Labeo. Idem eſt & ſi nouos dominus ſerui iudicium patiatur. *Concordat item l. 39. §. ſi quis dicat. ff. cod. tt. his uerbis:* Si qois dicat domioum dolo feciſſe, quo minus in poteſtate eius ſeruos eſſet: ille autē cōtendat, eum ſeruom ab alio defeodi cū ſatiſdatione: doli mali exceptioni locus erit. *Altera duplicatio eſt: Niſi ſeruus quem reus poßidere deſijt, quia non defendebatur, ductus ſit. Hæc duplicatio approbatur d. §. ſi quis. ibi: ſed etſi, his uerbis:* Sed etſi poſt iudicium acceptū cum domino ſeruus apparuit, & quia non defendebatur, ductus eſt: exceptione doli mali poſita, domious abſolnetur. *Tertia duplicatio eſt: Niſi ſeruus mortuus ſit. Hæc duplicatio approbatur d.l.39. §. fin. cuius uerba uide ſ. except. 9. Concordat l. 26. §. ſi is quem. ff. cod. tt. cuius uerba uide d. except. 9. repl. 2. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi delato iureiurando reus iurare nolit, ſeruum in ſua poteſtate non eſſe. Hæc replicatio approbatur l. 21. §. Prætor ait. ff. de noxalib. actionib. his uerbis:* Prætor ait: Si is in cuius poteſtate eſſe dicetur, negauerit ſe in poteſtate ſeruum habere: utrum actor uolet, uel deierare iubebo io poteſtare ſua non eſſe, neque ſe dolo malo feciſſe quo minus eſſet: uel iudicium dabo ſine noxæ deditiooe. *Concordat d.l.21. §. quòd ſi reus, his uerbis:* Quòd ſi reus iurare nolit: ſimilis eſt ei qui neque defendit abſentem, neque exhibet: qui condemnatur quaſi contumax. *Concordat item l.22. §. fin. ff. eod. tt. his uerbis:* Si negauit dominus in ſua poteſtare ſeruum eſſe: permittit Prætor actori arbitrium, utrum iureiuraodo id decidere, an iudicium dictare ſine ooxæ deditione uelit: per quod uincet, ſi probauerit eum in poteſtate eſſe, uel dolo eius factum quo minus eſſet. Si autem non probauerit, in poteſtare aduerſarij eſſe ſeruum: rem amittit. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi per alium iuret. Hæc duplicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 21. §. ſi tutor, his uerbis:* Si tutor uel curator extet, ipſe iurare debet in poteſtate domini non eſſe: ſi autem procurator ſit, domious ipſe iuret, neceſſe eſt. *Tertia replicatio eſt: Niſi poſtea ſeruum in poteſtate ſua habere cœperit reus. Hæc replicatio approbatur d.l. 21. §. fin. cuius uerba uide J. except. prox. repl. 1. Concordat l. 23. ff. eod. tt. his uerbis:* Si poſtea aduerſarius in poreſtare habere cœperit ſeruum: tenetur ex noua poſſeſsione, denegata ei exceptione. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi poſtquam ſeruus in poteſtate eſſe cœpit, indefenſus à reo relictus ſit, & ab actore abductus. Hæc duplicatio approbatur l. 39. §. ſed etſi poſt. ff. de noxalib. actionib. cuius uerba uide ſ. repl. 1. dupl. 2. Quarta replicatio eſt: Niſi copiam ſerui recuperandi reus habeat. Hæc replicatio approbatur l. 22. in prin. & §. 1. ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 4. reg. 1. except. 4. repl. 2 & 3.*

XVIII. Exceptio: *Niſi reus delato iureiurando iurauit, ſeruum ſe in poteſtate non habere. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio prima hæc eſt: Niſi poſtea ſeruum in poteſtate habere cœperit. Hæc exceptio approbatur l. 21. §. ſi iuſiurandum. ff. d. tt. his uerbis:* Si iuſiurandum exegit actor, reuſque iurauit, deinde poſtea noxali uelit actor experiri: uidendum eſt, an exceptio iuriſiurandi debeat aduerſus actorem dari? Et Sabinus putat non eſſe dandam, quaſi de alia re iuratum ſit, hoc eſt, tunc non fuiſſe in poteſtate: modò uerò cum in poteſtate deprehendatur, de facto eius agi poſſe. Neratius quoque dicebat, poſt exactum iuſiurandum poſſe actorem detracta noxæ deditione experiri: ſi modò hoc contendat, poſteaquam iuratum ſit, cœpiſſe in poteſtate habere. *Altera replicatio eſt: Niſi non tutor uel curator rei curauerit. Hæc replicatio approbatur d.l. 21. §. ſi tutor. cuius uerba uide ſ. except. prox. repl. 2. dupl. 1.*

XIX. Exceptio: *Niſi antea eiuſdem delicti nomine actum ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſub-*

re ſubſiſtit: *uerùm eius replicatio prima hec eſt: Niſi antea cum alio ſit actum. quæ & ipſa replicatio iurè ſubſiſtit: uerùm eius duplicatio prima hec eſt: Niſi emptore ſerui conuento, uenditor poſtea conueniatur: uel contrà. Quæ duplicatio approbatur l. 7. in fine. ff. de noxalib. actionib. cuius uerba uide ſ. except. 15. repl. 1. dupl. 3. Concordat l. 26. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. quæſt. 4. reg. 1. except. 3. repl. 1. Altera duplicatio eſt: Niſi uno ex ſocijs ſerui communis conuento, poſtea alter conueniatur. Quæ duplicatio approbatur l. 9. ff. d. tit. his uerbis:* Si communis familia uel communis ſeruus furtum fecerit, altero ex dominis ſciente: is qui ſcit, omnium nomine tenebitur, & conuentus alterum quoque liberabit, nec à ſocio quidquam debebit conſequi. ſui enim facti nomine pœnam meruit. Quòd ſi is qui ignorauit, duplum præſtitit: à ſocio ſimplum conſequetur. *Concordat d. l. 26. ſ. 1. cuius uerba uide d. repl. 1. Huius duplicationis triplicatio prima hæc eſt: Niſi omnibus ſcientibus ſeruus deliquerit. Quæ triplicatio approbatur l. 5. in prin. ibi: nec altero. ff. d. tit. cuius uerba uide J. quæſt. 4. reg. 3. Altera triplicatio uidetur: Niſi omnes ſeruum dolo poſſidere deſierint. Sed hæc triplicatio reprobatur l. 19. in prin. ff. d. tit. cuius uerba uide J. d. reg. 1. Tertia triplicatio hæc eſt: Niſi cum antea cum eo qui ignorauit, actum ſit, nunc cum domino ſciente agatur. Hæc triplicatio approbatur l. 17. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Si ex duobus dominis uno ſciente, & altero ignorante, ſeruus delinquet: ſi antè cum altero qui neſciebat actum ſit, & noxæ dediderit ſeruum: iniquum eſt, uiliſsimi hominis deditione alterum quoque liberari. Agetur igitur & cum altero: & ſi quid amplius eſt in damni perſecutione, conſequetur, computato precio hominis noxę dediti. Ipſi tamen inter ſe penſare debent id communi diuidundo iudicio: ut ſi ille quo ſciente fecit, præſtiterit, non totius partem ferat, ſed partem eius quanti ſeruus eſt. ſic & ſi alter præſtiterit aliquid, eius partem fieri. Illud iniquum eſt, eum qui iuſsit ſeruum facere, conſequi aliquid à ſocio, cum ex ſuo delicto damnum patiatur. *Concordat l. 5. in fine. ff. ſi familia furtum. cuius uerba uide J. cap. prox. quæſt. 4. reg. 2. Tertia duplicatio eſt: Niſi is cum quo antea actum eſt, ſoluerit. Hæc duplicatio approbatur l. 26. ſ. ſi ſeruū. ff. eod. tit. cuius uerba uide J. except. prox. Altera propoſitæ exceptionis replicatio eſt: Niſi cū antea in ſolidum tanquam cum domino ſciente actum eſſet, nunc cum noxæ deditione agatur: uel contrà. hoc enim caſu quaſi alia re petita, exceptio rei iudicatæ non uidetur obſtare. Sed hæc replicatio reprobatur l. 4. ſ. cum dominus. ff. de noxalib. actionib. his uerbis:* Cum dominus ob ſcientiam teneatur: an ſerui quoque nomine danda ſit actio, uidendum eſt? niſi fortè Prætor unam pœnam à domino exigi uoluerit. Ergo dolus ſerui impunitus erit: quod eſt iniquum. Imò utroque modo dominus tenebitur: una autem pœna exacta, quam actor elegerit, altera tollitur. Si detracta noxæ deditione, quaſi cum conſcio domino actum ſit, qui non erat conſcius: abſolutione facta & finito iudicio, amplius agens cum noxæ deditione, exceptione rei iudicatæ ſubmouebitur, &c. *Reliqua uerba uide ſ. lib. 6. cap. 4. de actione edenda, quæſt. 7. reg. 1. except. 1. Tertia replicatio eſt: Niſi ex alio delicto antea ſit actum. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 20. ff. de noxalib. actionib. cuius uerba uide ā. except. 11.*

X X. *Exceptio: Niſi ſolutio ab alio facta ſit. Hæc exceptio approbatur l. 26. ſ. ſi ſeruum. ff. d. tit. his uerbis:* Si ſeruum alienum alius in iure ſuum eſſe responderit: altero ſoluente, alter liberatur.

III. QVIBVS ACTIONES noxales competunt?

Hæredibus quoq; noxales actiones cōpetūt. Quæ regula approbatur l. 42. ſ. hæ actiones. ff. de noxalib. actionib. his uerbis: Hæ actiones perpetuæ ſunt, locumq; habent tamdiu, quamdiu ſerui dedendi facultatem habemus. Nec tantùm nobis, uerùm etiam ſucceſſoribus noſtris competunt. Item aduerſus ſucceſſores: ſed non quaſi iure ſucceſsionis, ſed iure dominij. Proinde & ſi ſeruus ad aliū perueniſſe proponatur: iure dominij noxali iudicio nouus dominus conuenietur. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi detracta noxæ deditione, ob mendacium rei conuenti agatur: hæc enim actio hæredi non datur, quemadmodum nec contra hæredem. Quæ exceptio approbatur l. 26. ſ. neq; hæredi. ff. d. tit. his uerbis:* Neque hæredi neque in hæredem de eo quod defunctus mentitus eſt, actio danda eſt: nec in ipſum quolibet tempore. Nam liberum eſſe debet defendenti abſentem ſeruum, huius edicti pœnam euitare: ſcilicet ut ſine noxæ deditione conueniatur. Et ideo ſi negaueris ſeruum in tua poteſtate eſſe: poſtea fateri poteris, niſi iam lis aduerſus te conteſtata eſt. Nam tunc audiri non debebis, ut Labeo ait. Octauenus ex cauſa etiam lite conteſtata tibi ſuccurrendum: utique ſi ætas tua ea ſit, ut ignoſci tibi debeat.

IIII. ADVERSVS QVOS competunt actiones noxales?

I. *Regula: Regulariter aduerſus eum qui tempo-*

re peſitlo tis dominium ſerui habet, non alium, noxalis actio datur. *Quæ regula approbatur inſt. de noxalib. actionib. §. omnis, biſce uerbis*: Omnia noxalia actio caput ſequitur. Nam ſi ſeruus tuus noxam commiſerit: quamdiu in tua poteſtate ſit, tecum eſt actio. Si autem in alterius poteſtatem peruenerit: cũ illo incipit actio eſſe. At ſi manumiſſus fuerit: directò ipſe tenetur, & extinguitur noxæ deditio. *Concordat l. 7. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis*: Noxalia non aliâs datur, niſi apud me ſit ſeruus. Et ſi apud me ſit ſeruus, licet eo tempore non fuit quo delinquebat, teneor. Sed & hæres meus tenetur, ſi noxius uiuat. *Concordat item l. 14. §. ſed etſi ſtatuliber. ibi: uel exiſtente. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. exc. 11. Cõcordat itẽ l. 42. §. fin. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox. in prin. Cõcordat itẽ l. 2. §. fin. ff. de priuatis delictis, biſce uerbis*: Non tantùm in furti, uerùm in cæteris quoque actionibus quæ ex delictis oriuntur (ſiue ciuiles ſunt, ſiue honorariæ) placet, ut noxa caput ſequatur. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſciente priore domino ſeruus deliquit: tunc enim uterque dominus conueniri poteſt, prior quidem in ſolidum, poſterior actione noxali. Quæ exceptio approbatur l. 2. §. is qui non. ff. de noxalibus actionibus, bis uerbis*: Is qui non prohibuit, ſiue dominus manet, ſiue deſijt eſſe dominus: hac actione tenetur. ſufficit enim, ſi eo tempore dominus fuit, quo non prohibebat: in tantum, ut putet Celſus, ſi fuerit alienatus ſeruus in totum, uel in partem, uel manumiſſus: noxam caput non ſequi. Nam ſeruum nihil deliquiſſe, qui domino iubenti obtemperauit. Et ſanè ſi iuſſit, poteſt hoc dici. Si autem non prohibuit, quemadmodum ſerui factum excuſabimus? Celſus tamen differentiam facit inter legem Aquiliam & legem XII. Tabularum. Nam in lege antiqua, ſi ſeruus ſciente domino furtum fecit, uel aliam noxiam commiſit: ſerui nomine actio eſt noxalis, nec dominus ſuo nomine tenetur. At in lege Aquilia (inquit) dominus ſuo nomine tenetur, non ſerui. Vtriuſque legis reddit rationem. XII. Tabularum, quaſi uoluerit ſeruos dominis in hac re non obtemperare: Aquiliæ, quaſi ignouerit ſeruo qui domino paruit, periturus ſi non feciſſet. Sed ſi placeat quod Iulianus libro LXXXVI. ſcribit, ſi ſeruus furtum fecit, noxiamúe nocuit, etiam ad poſteriores leges pertinere: poterit dici, etiam ſerui nomine cum domino agi poſſe noxali iudicio: ut quòd datur Aquilia aduerſus dominum, non ſeruum excuſet, ſed dominum oneret. Vlpianus. Nos autem ſententiam Iuliani probauimus: quia habet rationem, & à Marcello apud Iulianum probatur. *Concordat l. 4. §. cum dominus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 19. repl. 2. Concordat item l. 5. §. fin. cum lege ſequente. ff. eod. tt. bis uerbis*: Differentia harum actionum non ſolùm illa eſt, quòd qui ſcit in ſolidum tenetur: uerùm illa quoque, quòd ſiue alienauerit ſeruum qui ſcit, ſiue manumiſerit, ſiue deceſſerit ſeruus: dominus eius tenetur. Sed ſi ipſe dominus deceſſerit, hæres eius non tenetur: ſed ipſe ſeruus manumiſſus tenetur. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi poſterior dominus conuentus ſit: hoc enim caſu prior dominus liberatur. Quæ replicatio approbatur l. 7. in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 15. repl. 1. dupl. 3. Concordat d. §. cum dominus. Plures propoſitæ exceptionis replicationes uide ſ. d. repl. 1. dupl. 1. cum ſequentibus. Altera exceptio eſt: Niſi iubente priore domino ſeruus deliquit. hoc enim caſu prior, non poſterior dominus tenetur. Quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 2. paulo ſuperius propoſitis biſce*: In tantum, ut putet Celſus, ſi fuerit alienatus, &c. *Tertia exceptio eſt: Niſi alius ſeruum dolo poßidere deſijt. hoc enim caſu in arbitrio actoris eſt, utrum cum nouo domino, an cum eo qui poßidere deſijt, agere uelit. Quæ exceptio approbatur l. 24. ff. de noxalibus actionibus, bis uerbis*: De illo uidendum, utrum aduerſus eum tantùm qui dolo fecit, quo minus ſeruum in poteſtate haberet, actio locum habeat noxalis, ſi ex dolo eius acciderit, ut ceſſet noxalis actio (fortè ſeruo ſuo fugam mandauit) an & poſsit nihilominus cum alio agi: quod accidit cum alienatus manumiſſuſue eſt. Quod eſt uerius. In quo caſu electio eſt actoris, cum quo uelit agere. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi nouus dominus ab actore ſit electus. Hæc replicatio approbatur l. 26. in prin. ff. eod. tt. bis uerbis*: Electio alterum liberabit. Id enim Prætor introduxit, ne eluderetur actor, non ut etiam lucrum faceret. Ideoque exceptione à ſequentibus ſubmouebitur. His conſequens eſt, ut ſi plures dolo fecerint, quo minus in poteſtate haberent: eligere debeat actor, quem uelit cõuenire. Itẽ ſi ex pluribus dominis quidam, dolo malo partes ſuas deſierint poſsidere: electio erit actoris, utrũ directò agere uelit cum eo qui poſsidet, an prætera cum eo q deſijt poſsidere. *Plures propoſitæ exceptionis replicatiões uide ſ. quæſt. 2. exc. 17. repl. 2. dupl. 1. cũ ſequẽtib. Quarta exceptio eſt: Niſi ſeruus ab alio poſſideatur. hoc enim caſu poſſeſſor, non dominus ſerui tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 11. ff. de noxalib. actionib.*

actionib. his uerbis: Bona fide ſerui poſſeſſor eius nomine actione furti tenetur, dominus non tenetur: licet noxæ dedendo nõ faciat eum actoris. Cum autem cœperit iſtum ſeruum dominus uindicare: doli exceptione ſubmouebitur, uel officio iudicis conſequetur, ut indemnis maneat. *Concordat l. 21. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. quæſt. 2. except. 2. Huius exceptionis replicatio prima uidetur: Niſi mala fide poßideat. Hæc replicatio reprobatur l. 13. ff. de noxal. action. his uerbis:* Non ſolùm aduerſus bona fide poſſeſſores, ſed & aduerſus eos qui mala fide poſsident, noxalis actio dabitur. Nam abſurdum uideretur, eos quidem qui bona fide poſsiderent, excipere actionem: prędones uerò ſecuros eſſe. *Altera replicatio eſt: Niſi ex cauſa depoſiti uel commodati detineat. Quæ replicatio approbatur l. 22. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Si ſeruus depoſitus uel commodatus ſit: cum domino agi poteſt noxali actione. Ei enim ſeruire intelligitur, & (quod ad hoc edictum attinet) in poteſtate eius eſt: maximè ſi copiam habeat recuperandi hominis. *Tertia replicatio eſt: Niſi iure pignoris uel precariò poßideat. Hæc replicatio approbatur d. l. 22. §. 1. his uerbis:* Is qui pignori accepit, uel qui precariò rogauit, non tenetur noxali actione. Licet enim iuſtè poſsident, non tamen opinione domini poſsident: ſed hos quoque in poteſtate domini intelligi, ſi facultatem repetendi eos dominus habeat. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi debitor dominus non habeat pecuniam, qua ſeruum pignori datum reluat. Quæ duplicatio approbatur ibidem, his uerbis:* Quid eſt autem habere facultatem repetendi? ſi habet pecuniam, ex qua liberari poſſit. Nam non debet cogi uendere res ſuas, ut ſoluat pecuniam, & repetat ſeruum. *Altera duplicatio eſt eadem quæ replicationis inferioris proximæ dupl. 2. Quarta replicatio eſt: Niſi ex cauſa uſusfructus ſeruum poßideat. Hæc replicatio approbatur l. 18. ibi: ſed cum eo. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 7. Huius replicationis duplicatio prima hæc uidetur: Niſi proprietarius operas ſerui à fructuario conduxerit. Hæc duplicatio reprobatur l. 19. §. ſi ſerui. ff. d. tit. his uerbis:* Si ſerui in quo uſusfructus alienus eſt, dominus proprietatis operas conduxerit: uerba edicti efficiunt, ut cum noxæ deditione condemnetur. *Altera duplicatio eſt: Niſi uſufructuarius ſeruum ex cauſſa uſusfructus petat. hoc enim caſu, ſi eum noxali iudicio non defendat, per exceptionem ſubmouetur. Quæ duplicatio approbatur l. 27. in prin. ff. de noxal. actionib. cuius uerba uide ſ. quæſt. 10. reg. 3.*

Hæc de quarta propoſitæ regulæ exceptione, eiusq; replicationibus ſint dicta. Quinta exceptio eſt: Niſi ſeruus domino poßit ex aliqua cauſſa auocari. Hæc exceptio reprobatur l. 26. ff. d. tit. his uerbis: Si quis ſeruum pignoratum, deinde à debitore ſubreptum, emerit à debitore: eius nomine furti tenebitur, dominio ſerui adquiſito: nec oberit quòd Seruiana poterit is homo auocari. Idemq́ue etſi à minore quis uigintiquinque annis emerit, uel in fraudem creditorum ſciens. Hi enim, quamuis auferri eis dominium poſsit, interim tamen conueniendi ſunt. *Sexta exceptio eſt: Niſi alius in iure ſeruum ſuum eſſe reſpondit: nam & hic tenetur. Quæ exceptio approbatur l. 19. §. Qui alienum. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 9. reg. 2.*

I I. Regula, *De heredibus domini. Hi quoque noxalibus actionibus tenentur. Quæ regula approbatur l. 7. in prin. ibi: ſed & heres. ff. de noxalibus actionibus. cuius uerba uide ſ. reg. prox. in prin. Concordat l. 42. §. hæ actiones. ibi: item aduerſus. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ quæſt. prox. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi heres ſeruum non poßideat, nec dominiũ eius habeat. Hæc exceptio approbatur d. uerſ. item aduerſus. Altera exceptio eſt: Niſi defunctus ſine noxæ deditione in ſolidum conueniri potuit: hæc enim actio non datur aduerſus heredem. Quæ exceptio approbatur l. 5. in fine. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. reg. prox. exceptione 1. Concordat l. 26. §. neque heredi. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt prox. reg. 1. except. 1.*

I I I. Regula: *Vnus ex pluribus dominis, uel alijs qui ſimul conueniri poſſunt, eligi poteſt, & in ſolidum conueniri. Quæ regula approbatur l. 5. in prin. ff. de noxalibus actionibus, his uerbis:* Si plurium ſeruus deliquerit, omnibus ignorantibus: noxale iudicium in quemuis dabitur. Sed ſi omnibus ſcientibus: quiuis eorum tenebitur, detracta noxæ deditione, quemadmodum ſi plures deliquiſſent: nec altero conuento alter liberabitur. Sed ſi alter ſcit, alter ignorat: q ſcit, detracta noxę deditione cõuenitur: qui neſcit, cõuenitur cũ noxę deditione. *Cõcordat l. 8. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 15. repl. 1. Item concordat l. 9. ff. eod. tit. cuius uerba uide d. quæſt. 2. except. 19. repl. 1. dupl. 2. in prin. Concordat item l. 26. §. 1. & 2. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. reg. 1. except. 3. repl. 2. Concordat item l. 39. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si plurium ſeruus furtum fecerit, & omnes dolo fecerint, quo minus eum in poteſtate haberent: ſubſequi debet prætor iuris ciuilis actionem, & iudicium honorarium; quod ex hac cauſa pollicetur in eum quem actor elegerit. Neque enim

nim amplius præſtari actori debet, quàm ut detracta noxæ deditione agere poſsit cum eo, cum quo noxali iudicio experiri potuiſſet, ſi ſeruus exhiberetur. *Concordat item l.4. ff. ſi ex noxali cauſſa agatur. cuius uerba uide ī.lib.6.cap.9.quæſt.2.reg.2.*

V. VBI ET APVD QVEM competant actiones noxales?

Ibi ſeruus defendi debet, ubi deliquit. Hæc regula approbatur l. ult. ff. de noxalibus action. his uerbis: Serui quorum noxa caput ſequitur, ibi defendendi ſunt, ubi deliquiſſe arguentur. Itaque ſeruos dominus eodem loco exhibere debet, ubi uim intuliſſe dicuntur: & carere omnium dominio poterit, ſi eos non defendat.

VI. QVID VENIAT IN noxalibus actionibus?

I. *Regula: Aut litis æſtimationem dominus ſufferre tenetur, aut ſeruum noxæ dedere. Quæ regula approbatur, declaratur, ſed & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ī. quæſt.2. in prin. & exceptione 15.*

II. *Regula: Unus ex pluribus in ſolidum tenetur. de qua re uide ī.quæſt.4.reg.1.*

III. *Regula: Si familia deliquerit, quid quantũq; petendum, uide J.cap.prox.*

VII. QVANDO NOXALIS actio competit?

Si ad libertatem proclamat is qui deliquit: noxalis actio differenda, donec liberalis cauſa ſit finita. Quæ regula approbatur l.42. in prin. ff de noxalib. actionib. his uerbis: Si ad libertatem proclamauerit is, cuius nomine noxale iudiciũ ſuſceptum eſt: ſuſtineri debet id iudicium, quoad de ſtatu eius iudicetur. Et ſi quidẽ ſeruus fuerit pronunciatus, noxale iudicium exercebitur: ſi liber, inutile uidebitur.

VIII. QVAMDIV COMPEtit noxalis actio?

Perpetua eſt. Quæ regula approbatur l.42.§.hæ actiones. ff. d. tt. cuius uerba uide ī.quæſt.3.reg.1. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ipſa directa actio ſit temporalis. Quæ exceptio approbatur exemplo l.4. ibi: ſi necdum utilis. C. eod. tt. cuius uerba uide ī. quæſt.2.except.15.repl.14.

IX. ADIVNCTA NOXAlium actionum.

I. *Regula: Etiam abſens ſeruus defendi poteſt. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.21. §.1. ff. de noxalibus actionibus, his uerbis:* Eos quorum nomine noxali iudicio agitur, etiam abſentes defendi poſſe placuit. Sed hoc ita demum, ſi proprij ſerui ſint. Nam ſi alieni, præſentes eſſe oportet. At ſi dubitetur, utrum proprij ſint, an alieni (quod ita puto accipiendum, ut ſi conſtet uel bona fide ei ſeruire) etiam abſentes poſſunt defendi. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi alieni ſint ſerui. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed hoc ita demum, &c. *Cuius replicatio hæc eſt: Niſi alieni bona fide pro proprijs poßideantur. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* At ſi dubitetur, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi publicanus nomine ſuæ familiæ conueniatur. Quæ exceptio approbatur l.2. ff. de publicanis. cuius uerba uide J. cap.6.quæſt.1.except.9.repl.1.*

II. *Regula: Reus iudicatum ſolui ſatiſdare non tenetur. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l.19.§.1. ff. d. tt. his uerbis:* Qui alienum ſeruum ſuum eſſe fatetur, quamuis noxali actione obligetur, nihilominus cauſa cognita ſatiſdare debet. Qui autem pro ſuo ſeruo conuenitur, ſatiſdatione onerandus non eſt. Non enim offert ſe defenſioni alieni ſerui.

III. *Regula: De iureiurando reo deferendo, ſi negauerit ſeruum in ſua poteſtate eſſe, uide ī.quæſt.2.except.17.repl.2.*

IIII. *Regula: Officium iudicis in condemnando quod ſit, definitur Inſt. de officio iudicis §.1. his uerbis:* Si noxali iudicio aditus eſt iudex: obſeruare debet, ut ſi condemnandus uidetur dominus, ita debeat condemnare: Publium Mæuium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere.

X. EVENTVS NOXALIum actionum.

I. *Regula: Si reus ſeruum non defendat, condemnatur in ſolidum. Quæ regula approbatur l.22.§. dominus. ff. de noxalibus actionibus, his uerbis:* Dominus qui ſeruum in ſua poteſtate eſſe confitetur, aut exhibere eum debet, aut abſentem defendere. quod niſi faciat, punitur atque ſi præſentem non noxæ dediderit. *Concordat l.22. §. quòd ſi reus. ff. eod. tt. cuius uerba uide ī.quæſt.2.except.17.repl.2. Concordant ea quæ propoſita ſunt ī. quæſt 2. except.16. repl.1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi dominus ſeruum quem non defendit, noxæ dedat. Hæc exceptio approbatur ī. quæſt.2. except.16. Altera exceptio eſt: Niſi ſeruus abſit. tunc enim ſufficit domino cauere, eum primùm poterit, ſe eum exhibiturum. Quæ exceptio approbatur l.2. §. ſi abſens. ff. ſi ex noxali cauſa agatur. cuius uerba uide ī.lib.6.cap.9.quæſt.2.reg.1. Alias huiuſmodi exceptiones uide J.reg.prox.*

II. *Regula: Si reus ſeruum non defenderit: actor ſeruum ducit, & contra uindicantem exceptione defenditur. Quæ regula approbatur l.32. ff. de noxalibus actionibus, his uerbis:* Is qui in aliena poteſtate eſt, ſi noxiã cõmiſiſſe dicatur, & nõ defendatur, ducitur. & ſi præſens eſt dominus, tradere eum, & de dolo malo promit-

promittere debet. *Concordat l. 28. in fine. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 22. cap. 2. except. 11. replicat. 12. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi reus dominus fuerit abſens. quæ exceptio approbatur l. 30. ff. eod. tt. his uerbis:* In noxalibus actionibus eorum qui bona fide abſunt, ius non corrompitur: ſed reuerſis defendendi ex bono & æquo poreſtas datur, ſiue domini ſint, ſiue alioquin in ea re ius habeant: qualis eſt creditor & fructuarius. *Concordat l. 26. §. ſi abſente. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. exception. proxim. Item concordat l. 2. in fine. ff. ſi ex noxali cauſſa agatur. cuius uerba uide ſ. lib. 6. cap. 9. quæſtion. 2. regul. 1. Altera exceptio eſt: Niſi dominus in integrum reſtituatur. quæ exceptio approbatur d. §. ſi abſente, his uerbis:* Si abſente domino ductus ſit ſeruus, uel etiam præſente, & in ea cauſſa ſit, ut in integrum reſtitui poſſit: defenſio permittitur eius nomine qui ductus eſt. poſtulantibus enim exhiberi eum ad defendendum, indulgere debet prætor. Idem cōcedendum eſt fructuario, uel cui pignoris nomine obligatus eſt, ſi præſens dominus defendere noluerit: ne alterius dolus aut deſidia alij noceat. Idem præſtandum eſt in ſeruo communi, quem alter ex dominis noluit defendere. Sed & actori his caſibus ſuccurrendū eſt: quia placet dominij adquiſitione extingui actionem. Iuſſu enim Prætoris ductus in bonis fit eius qui duxit. *Tertia exceptio eſt: Niſi alius qui ius in ſeruo non defenſo habet, illum defendere ſit paratus. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Idem concedendum eſt fructuario, uel cui pignoris nomine obligatus eſt, &c. *Concordat l. 30. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 1. Item concordat l. 17. §. fin. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 15. replicat. 6.*

III. *Regula: Creditori & uſufructuario ſeruum non defendenti, denegatur pignoris & uſusfructus in ſeruo perſecutio. quæ regula approbatur l. 27. ff. de noxalib. actionib. his uerbis:* Si noxale iudicium agitur de ſeruo qui pignoris iure tenetur, aut cuius uſusfructus alterius eſt: admonendi ſumus, ſi creditor uel uſufructuarius præſens defenſionem ſuſcipere noluerit: proconſulem interuenturum, & pignoris perſecutionē, uel uſusfructus actionem negaturum. Quo caſu dici poteſt, ipſo iure pignus liberari. nullū enim pignus eſt, cuius perſecutio negatur. Vſusfructus autē, etiamſi perſecutio denegetur, ipſo iure durat eo uſq;, donec non utendo conſtituto tempore pereat. Ex his quæ diximus de ſeruo, qui alicui pignoris iure obligatus eſt, deq; ſtatulibero, & cuius uſusfructus alienus eſt: apparet, eum qui alienum ſeruū in iure ſuum eſſe reſponderit quamuis noxali iudicio teneatur, non tamen poſſe nō xæ deditione ipſo iure liberari: quia nullū ad actores dominium transferre poſſunt, qui ipſi domini non ſunt. Certè tamē, ſi ex ea cauſſa traditum poſtea dominus uindicet, nec litis æſtimationem offerat: poterit per exceptionē doli mali repelli. *Concordat l. 3. ff. ſi ex noxali cauſſa agatur, his uerbis:* Si cum uſufructuario noxali iudicio agetur, iſque ſeruum non defenderit: denegatur ei per prætorem uſusfructus perſecutio.

IIII. *Regula: Si ſeruus noxæ datus ſit: dominium eius efficitur actoris, dominusq; ſeruum uindicans exceptione repellitur. quæ regula approbatur Inſt. de noxalibus actionibus. §. dominus. ibi: nec minus. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 2. exception. 15. in prin. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi alius, non dominus ſeruum noxæ dediderit. quæ exceptio approbatur l. 11. ibi: licet noxæ. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. reg. 1. except. 4. Concordat l. 27. §. fin. ibi: quia nullum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. reg. proxim. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi dominus ſeruum uindicans, litis æſtimationem non offerat ei, cui ſeruus ab alio noxæ deditus eſt. Hæc replicatio approbatur d. l. 11. & d. §. fin. Concordat itē l. 28. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 22. cap. 2. except. 11. repl. 12.*

V. *Regula: Seruus noxæ datus, ſi ei cui datus eſt, quæſita pecunia damnum reſarcierit: inuito domino eſt manumittendus. quæ regula approbatur Inſt. d. §. dominus. ibi: ſin autem.*

VI. *Regula: Vſufructuarius qui ſeruum noxæ dedit, aduerſus proprietarium exceptione defenditur. quæ regula approbatur l. 17. §. fin. ff. de noxalib. action. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. except. 15. repl. 6.*

VII. *Regula: Vnus ex ſocijs conuentus & condemnatus in ſolidum, aduerſus ſocios communi diuidundo uel familiæ erciſcundæ iudicio experiri poteſt. quæ regula approbatur l. 8. §. planè ſi per hoc. ff. d. tt. cuius uerba uide d. except. 15. repl. 5. Concordat l. 9. in fine, cum lege ſequente. ff. eod. tt. his uerbis:* Si communis familia, uel communis ſeruus furtum fecerit, altero ex dominis ſciente: is qui ſcit, omnium nomine tenebitur, & conuentus alterum quoq; liberabit, nec à ſocio quidquā debebit conſequi: ſui enim facti nomine pœnā meruit. Quòd ſi is qui ignorauit, duplum præſtitit: à ſocio ſimplū conſequetur. Sed & eo nomine agere cum ſocio poterit, quòd ſeruum communem deteriorem fecit: quemadmodū cum quolibet alio qui rem communem deteriorē feciſſet. Cæterùm ſi nihil præterea poſt noxæ deditionem commune habebit: pro ſocio, uel (ſi ſocij non fuerint) in factum agi poterit. *Concordat item l. 17. in prin. ibi: ipſi tamen. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 2. exception. 19. replic. 1. duplic. 2. tripl. 3. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi unus ex ſocijs, qui*

ſciuit ſeruum delinquere, conuentus in ſolidum, & condemnatus ſit: hic enim aduerſus ſocios regreſſum non habet. quæ exceptio approbatur uerbis d.l. 9.§.propoſitis hiſce: Nec à ſocio quidquam debebit conſequi: ſui enim facti nomine pœnam meruit. *Concordat d.l.17.in prin.ibi: illud iniquum eſt. cuius uerba uide d. repl. 3. Concordat l.5.ff. ſi familia furtum.cuius uerba uide J.cap. prox.quæſt.4.reg.2.*

VIII. *Regula: Si cum in re communi ſeruus damnum dediſſet, uni ex socijs ſeruus noxæ datus ſit: hic alteri ſocio ad ſeruum communicandum tenetur. quę regula approbatur l.19.in prin.ff.de noxalibus action. his uerbis:* Si in re communi, mea & tua, damnum nobis dederit Titij ſeruus: ſi cum eo agemus, erit noxali Aquiliæ actioni locus: ne damnatus in ſolidum ſingulis noxæ dedere cogatur. Sed poteſt dici quaſi damnum unius ſit, & una obligatio: aut utriſque pecuniam ſufferendam, aut officio iudicis ſimul utriſq; noxæ dedendum. Sed etſi alterutri noſtrûm in ſolidum noxæ deditus fuerit, & ob id ab utroque dominus ſit abſolutus: rectè dicetur, eum cui noxæ deditus ſit, alteri teneri communi diuidundo iudicio, ut communicet ſeruum noxæ ſibi deditum, cum ob rem communem ad ſocium peruenerit.

XI. AD FINIA NOXALIVM actionum remedia.

Regulariter quidem ſeruo delinquente actio noxalis aduerſus dominum, non alia competit. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſeruus communis aduerſus unum ex dominis deliquerit. hoc enim caſu communi diuidundo actio eſt. quæ exceptio approbatur l.41. ff. de noxalibus actionibus. cuius uerba uide §.quæſt.2.except.5.repl.4. Concordat l.8.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide §.quæſt.2.exception.15. repl.5. Altera exceptio eſt: Niſi ſeruus furto rem abſtulit. hoc enim caſu etiam uindicatio & ad exhibendum actio datur. quæ exceptio approbatur l.1.C. de noxalibus actionibus. cuius uerba uide §.lib.prox. cap.3. queſtion.2. exception.1. Tertia exceptio eſt: Niſi eo aduerſus quem ſeruus deliquit, ſeruum poßidente, dominus eum uindicet. hoc enim caſu per exceptionem litis æſtimatio conſeruari poteſt. quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt §. quæſt.proxim.reg 4.except.1.repl.1. Quarta exceptio eſt: Niſi ſciente domino ſeruus deliquit. hoc enim caſu contra dominum competit actio in ſolidum. De qua exceptione cum alijs ſimilibus uide §. quæſt.2.except.15.repl.1.cum replicationibus ſequentibus. Sexta exceptio eſt: Niſi actio ex contractu deſcendat. tunc enim, quamuis delictum ſerui cauſſam actioni dedit: de peculio tamen, non noxalis competit actio. quæ exceptio approbatur l.4c. in fine.ff. de action. & obligat. cuius uerba uide §.lib.45.cap.11. quæſt.3.except 11.repl.1. Concordat l.9.§. hæc de dolo.ff.de dolo malo. cuius uerba uide J. lib.49. cap.3. queſtion.7. reg.ult. Septima exceptio eſt: Niſi ex publico crimine accuſatio inſtituatur. Hæc enim accuſatio contra ſeruū inſtitui poteſt & debet, non dominum. quæ exceptio approbatur l.3. C.de noxalib. actionib. cuius uerba uide §. quæſt.2. exc.15. in prin. Concordat l.4. in fine. C. eod.tt. cuius uerba uide §. d.quæſt.2.except.9. Concordant item ea quæ proponuntur §. lib.3. cap.2. except.6. Octaua exceptio eſt: Niſi ſeruus qui deliquit, manumiſſus ſit. hoc enim caſu directa contra ſeruum datur actio, non contra dominum. quæ exceptio approbatur Inſt.de noxalib. actionib.§.omnis, in fine. cuius uerba uide §.quæſt.4. reg.1.in prin. Concordat l.15. in prin.ff. eod.tt. cuius uerba uide § . quæſt.2. except.15. repl.4. Concordat item l.14.in fine.ff.eod.tt.cuius uerba uide d. quæſt. 2.except.11. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi ſciente domino ſeruus deliquit. hoc enim caſu in manumiſſum non datur actio. quæ replicatio approbatur l.2.§.is qui non.ff.d.tt. cuius uerba uide § quæſt. 4.reg.1.except.1. Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi ſciente tantum, non etiā iubente domino ſeruus deliquit. quæ duplicatio approbatur d. §. is qui non. Concordat l.5.in fine, cum lege ſequente ff. eod. tt. cuius uerba uide d.except.1. Concordat item l.1.§. hæc autem. ibi: nam & ſua. ff. ſi familia furtum feciſſe. cuius uerba uide J.cap.prox.quæſt.1.repl.5. Nona exceptio eſt: Niſi non ſeruus, ſed filius familiâs deliquerit. hoc enim caſu in ipſum filium directa, non in patrem noxalis actio competit. quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt §. queſtion.2. exception.3.

SI FAMILIA FVRTVM FECIſſE dicetur. Cap. III.

PEndet hoc caput ex ſuperiore capite proximo, quæſt.6.reg.3. item ex §.lib.prox. cap.6.reg. 19.except.1.

I. CAVSSA EX QVA DATVR exceptio propoſita?

Eſt autem huius capitis theſis ſeu regula prima hæc: Quamuis, ſi plures furtum fecerint, ſinguli in ſolidum teneantur, nec alter liberetur, licet alter duplum ſoluerit: de quo d. reg.19. eſt dictum: tamen ſi unius domini plures ſerui furtum fecerint, dominus tantum præſtando, quantum ſi unus liber furtum feciſſet, præſtandum eſſet, liberatur, & defenditur per exceptionem. quæ regula ſeu exceptio approbatur l.1. in prin. ff. ſi familia furtum feciſſe dicetur, his uerbis: Vtiliſsimum id edictum prætor propoſuit, quo dominis proſpiceret aduerſus maleficia ſeruorum: uidelicet ne cum plures furtum admittant, euertant domini patrimonium, ſi omnes dedere, aut pro ſingulis litis æſtimationem offerre cogatur. Datur igitur arbitrium hoc edicto, ut ſi quidem uelit addicere noxios ſeruos, poſsit omnes dedere qui participauerunt

pauerunt furtum. Enimuerò ſi maluerit æſtimationem offerre: tantum offerat, quantum ſi unus liber furtum feciſſet, & retineat familiam ſuam. *Concordat d.l.1.§.fin. cum lege ſequente, his uerbis:* Cum plures ſerui eiuſdem rei furtum faciunt, & unius nomine cum domino lis conteſtata eſt: tamdiu aliorum nomine actio ſuſtineri debebit, quamdiu priore iudicio poteſt actor conſequi, quantum conſequeretur, ſi liber id furtum feciſſet: id eſt, & pœnæ nomine duplum, & condictionis ſimplum. *Concordat item l.3. in prin.ff. eod.tt. his uerbis:* Quoties tantum præſtat dominus, quantum præſtaretur ſi unus liber feciſſet: ceſſat cæterorum nomine actio non tantùm aduerſus ipſum, uerùm etiam aduerſus emptorem duntaxat: ſi fortè quis eorum qui ſimul fecerant, uenierit. Idemq; etſi fuerit manumiſſus.

Planè propoſitæ regulæ ſeu exceptionis replicationes hæ ſunt. Prima replicatio, ſumpta ex ſpecie delicti quod ſerui commiſerunt, reprobatur d.l.1. §. ſi plures, his uerbis: Si plures ſerui damnum culpa dederint: æquiſsimum eſt, eandem facultatem domino dari. *Concordat l.32.ff. ad l. Aquil. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 12. quæſt.3. reg.12.*

II. Replicatio: *Niſi tempore delicti commiſsi non eiuſdem, ſed diuerſorum dominorum ſerui fuerint. Hæc replicatio approbatur l.31.§.fin.ff. de noxalibus actionibus, his uerbis:* Iulianus putat, furti faciendi tempus ſpectandum eſſe, an eiuſdem familiæ ſint ſerui. Nam ſi hi qui plurium dominorum erant, unius eſſe poſtea cœperint: locum edicto non fore.

III. Replicatio: *Niſi dominus noxios ſeruos dolo poßidere deſierit. Hæc replicatio reprobatur l.3.§.fin.ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur, his uerbis:* Huius edicti leuamentum non tantùm ei qui ſeruos poſsidens condemnatus præſtitit tantum, quantum ſi unus liber feciſſet, præſtaretur: uerùm ei quoque, qui idcirco condemnatus eſt, quia dolo fecerat, quo minus poſſideret.

IIII. Replicatio: *Niſi non litis æſtimationem offerat dominus, ſed noxæ deditionem. Hæc replicatio reprobatur l.31. in prin.ff. de noxalib. action. his uerbis:* Quod ait prætor, Cùm familia furtum facit, ad eum modum ſe actionem daturum, ut tantum actor conſequatur, quantũ ſi liber feciſſet, conſequeretur: quęritur, utrum ad pecunię præſtationem reſpiciat, an etiam ad noxę deditionem: utputa ſi ex precijs noxæ deditorum duplum colligatur, ſequentes actiones inhibeantur? Sabinus & Caſsius putant, precium quoq; noxæ deditorum imputari debere. quod & Pomponius probat. Et eſt uerum. Nam etſi ſeruus indefenſus ductus ſit, æſtimatio eius imputanda eſt.

V. Replicatio: *Niſi ſciente domino furtum factum ſit. Hæc replicatio approbatur l.1.§. hæc autem. ff. ſi familia furtum feciſſe dicatur, his uerbis:* Hęc facultas domino tribuitur toties, quoties ignorante eo furtum factum eſt. Cæterùm ſi ſciente eo, facultas ei non erit danda. Nam & ſuo nomine, & ſingulorum nomine conueniri poteſt noxali iudicio: nec una æſtimatione, quam homo liber ſufferret, defungi poterit. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi dominus ſciens prohibere ſeruum non potuit. Hæc duplicatio approbatur d.l.1.§. is autem, his uerbis:* Is accipitur ſcire, qui ſcit & potuit prohibere. *Altera duplicatio eſt: Niſi ſciens ſeruum prohibuit. Hæc duplicatio approbatur d.l.1.§. ſcientiam, his uerbis:* Scientiam ſpectare debemus, quæ habet & uoluntatem. Cæterùm ſi ſcit, & prohibuit: tum dicendum eſt uſurum edicti beneficio. *Tertia duplicatio eſt: Niſi uno dominorum ſciente, alter reus ignorauit. Hæc duplicatio approbatur l.5. in prin. ff. eod.tt. cuius uerba uide J. queſtion. proxim. regul.1. Plures propoſitæ replicationis duplicationes uide ſ. cap. proxim. quæſt.2. exception.15. repl.1. duplicat.1. cum ſequentibus.*

VI. Replicatio: *Niſi non à reo, ſed ab alio præſtitum ſit. Hæc replicatio approbatur exemplo l.3.§. quòd ſi prius. ff. ſi familia furtum feciſſe, his uerbis:* Quòd ſi prius fuerit oblatũ à manumiſſo, tunc dabitur aduerſus dominum familiæ nomine actio: nec enim poteſt dici, quod à manumiſſo præſtitũ eſt, quaſi à familia eſſe præſtitum. *Huius replicationis duplicatio prima hæc eſt: Niſi ſucceſſore ſoluente, auctor conueniatur. quæ duplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Planè ſi emptor præſtiterit, puto denegandam in uenditorem actionem. quodam enim modo hoc à uenditore præſtitum eſt, ad quem nonnunquam regreſſus eſt ex hac cauſſa: maximè ſi furtis noxaque ſolutum eſſe promiſit. *Huius duplicationis triplicatio hæc eſt: Niſi ſucceſſor qui ſoluit, ex cauſſa lucratiua ſucceſſerit: eius enim ſolutio non prodeſt auctori. quæ triplicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed an ſi legati ſerui nomine, uel eius qui donatus eſt, actum ſit cum legatario, uel eo cui donatus eſt: agi poſsit etiam cum domino cæterorum, quæritur? quod admittendum puto. *Altera duplicatio eſt: Niſi auctore ſoluente, ſucceſſor conueniatur. Hæc duplicatio approbatur d.l.3. in prin. cuius uerba uide ſ. ead. quæſtion. in princip. Tertia duplicatio eſt: Niſi domino ſoluente, ſeruus poſtea manumiſſus conueniatur.*

ueniatur. Hæc duplicatio approbatur d.l.1. in prin. ibi:idemq́; etſi.

VII. *Replicatio: Niſi alij quàm actori præſtitum ſit. Hæc replicatio reprobatur exemplis l.6. in prin ff.ſi familia furtum feciſſe,bis uerbis:* Labeo putat,Si cohæres meus, quòd furtum familia cuius feciſſet,duplum abſtuliſſet:me nō impediri quo minus dupli agam, eoq́; modo fraudem edicto fieri.eſſeq́; iniquum plus hęredes noſtros ferre,quàm ferremus ipſi. Item ſi defunctus minus duplo abſtulerit,adhuc ſingulos hæredes rectè experiri.Sed uerius puto,partes eius hęredes perſecuturos: ſed ut cum eo quod defunctus abſtulit,uterq; hęres non plus duplo ferat.

VIII.*Replicatio:Niſi non ſolidum quod à libero homine fure præſtandum eſſet,præſtitum ſit.Hæc replicatio approbatur uerbis d.l.6.iam propoſitis biſce:* Item ſi defunctus minus duplo, &c.

IX. *Replicatio:Niſi non id etiam,quod ex condictione furtiua debetur, præſtitum ſit. Hæc replicatio approbatur l.31.§.certè non tantùm.ff. de noxalib.actionib. bis uerbis:* Non tantùm duplicationis,ſed & condictionis rationem habendam, Iulianus putat. *Concordat l.1. ff. ſi familia furtum feciſſe. cuius uerba uide ſ. ead. quæſt.in prin.*

II. QVIBVS COMPETIT exceptio propoſita?

De duobus dominis familiæ, quorum uno ſciente, altero ignorante furtum à familia commiſſum eſt,proponitur l.5.in prin.ff.ſi familia furtum feciſſe.cuius uerba uide J. quæſt.4. reg.2. Plura de eo qui ſciuit.uide ſ.quæſt.proxim.repl.5. Sed & plures propoſitæ quæſtionis regulas uide ſ. quæſt.proxim. repl.6.

III. ADVERSVS QVOS competit exceptio propoſita?

Etiam aduerſus heredes eius cui furtum factum eſt,exceptio propoſita competit. quæ regula approbatur l.4.ff.d.tt.bis uerbis: Etiam hæredibus eius cui plures eiuſdem familiæ furtum fecerint, eadem actio competere debet, quę teſtatori competebat id eſt,ut omnes non amplius conſequantur, quàm conſequerentur,ſi id furtum liber feciſſet.

IIII. EVENTVS PROPOSItæ exceptionis.

I. *Regula:Si nomine unius ſerui ex pluribus agatur: aliorum nomine actio ſuſtinenda, donec prius iudicium ſit finitum. quæ regula approbatur l.1. §. fin. ff. ſi familia furtum feciſſe. cuius uerba uide ſ. quæſt.1.in prin.*

II. *Regula: Socius id quod præſtitit,à ſocio pro parte repetit. quæ regula approbatur & diſtinguitur l.5.ff.d. tt. bis uerbis:* Familia communis ſciente altero furtum fecit. omnium nomine cum eo qui ſcit, furti agi poterit cum altero ad eum modum, qui edicto comprehenſus eſt. Quòd ſi ille præſtiterit non totius familiæ nomine: ab hoc ſocio partem conſequetur.Et ſi ſeruus communis alterius iuſſu damnum dederit: etiam quod præſtitit alter(ſi modò cum eo quoque ex lege Aquilia, uel ex XII. Tabulis agi potuerit) repetit à ſocio, ſicuti cum rei communi nocitum eſt. Si ergo duntaxat duos habuerimus ſeruos cōmunes: cum eo quo non ignorante factum eſt, agetur utriuſque ſerui nomine. Sed non amplius conſequetur à ſocio, quàm ſi unius nomine præſtitiſſet. Quòd ſi cum eo quo ignorāte factum eſt,agere uolet:duplū tantùm conſequetur. Et uideamus, an iam in ſocium alterius ſerui nomine non ſit dandum iudicium, quemadmodum ſi omniū nomine ſocius dediſſet: niſi fortè hoc caſu ſeuerius à Prætore conſtituendum, nec ſeruorum conſilio parcendum eſt. *Plura de regula propoſita uide ſ.cap.prox.quæſt.10.reg.7.*

SI IS QVI TESTAMENto liber eſſe iuſſus eſt, poſt mortem domini ante aditam hæreditatem ſubripuiſſe quid dicetur.

Cap. IIII.

PRimò:*Verba edicti quo actio propoſita introducitur,proponuntur l.1.in prin.ff.ſi is qui teſtamento liber eſſe,&c.bet:* Si dolo malo eius qui liber eſſe iuſſus erit, poſt mortem domini ante aditam hæreditatem in bonis quæ eius fuerunt, qui eum liberum eſſe iuſſerit, factum eſſe dicetur, quo minus ex his bonis ad hæredem aliquid perueniret:in eum intra annum utilem dupli Iudicium dabo.

II. *Ratio huius actionis proponitur d.l.1.§. 1.bis uerbis:* Hæc actio (ut Labeo ſcripſit) naturalem potius, quàm ciuilem habet in ſe æquitatem: ſi quidem ciuilis deficit actio. Sed natura æquum eſt, non eſſe impunitum eum qui hac ſpe audacior factus eſt, quia neq; ut ſeruum ſe coerceri poſſe intelligit, ſpe imminentis libertatis: neq; ut liberum damnari, quia hæreditati furtum fecit, hoc eſt dominæ. Domini autem dominæ non poſſunt habere furti actionem cum ſeruo ſuo, quamuis poſtea ad libertatem peruenerit,uel alienatus ſit: niſi ſi poſtea quoque contrectauerit. Itaq; eſſe è re prætor putauit, calliditatem & proteruitatem horum qui hæreditates depopulantur, dupli actione coercere.

III. CAVS-

III. CAVSSAE HVIVS actionis.

I. *Cauſſa: Si is qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, ante aditam hæreditatem fecerit, quo minus ex iſtis bonis ad hæredem perueniret. Hæc cauſſa approbatur uerbis edicti paulo ſuperius propoſitis.*

II. *Cauſſa: Si is qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, ante aditam hæreditatem damnum in ea dederit. Hæc cauſſa approbatur d. l. 1. §. non tantùm, his uerbis:* Non tantùm ad ſola furta iſta actio pertinet, ſed etiam ad omnia damna, quæcunq; hæreditati ſeruus dedit.

III. *Cauſſa: Si ſeruus legatus, uel is cuius dominiũ paulò poſt aditam hæreditatem mutatur uel amittitur, in hæreditate quid deliquerit. Hæc cauſſa approbatur d. l. 1. §. ſi ſeruus. cuius uerba uide J. except. 2.*

EXCEPTIONES IAM DICTArum cauſſarum generales.

I. Exceptio: *Niſi ſub conditione liber eſſe iuſſus ſit is qui furtum in hæreditate fecit, uel damnum dedit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. habet itaq;. ibi: quid tamen. ff. ſi is qui teſtamento liber, his uerbis:* Quid ſi ſub conditione accepit libertatẽ: ecce nondum liber eſt, ſed ut ſeruus poteſt coerceri. Idcirco dicendum eſt, ceſſare hãc actionem. Sed ubi libertas competit continuò: dicendum eſt, poſſe & debere hanc actionem dari aduerſus eum qui peruenit ad libertatem. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi adita hæreditate conditio libertatis extiterit, uel ſtatim pòſt exiſtat. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ubi libertas competit continuò, &c. *Concordat l. 3. ff. eod. tit. his uerbis:* Labeo putauit, ſub conditione manumiſſum res amouentem, ſi ei tò conditio extiterit: hac actione conueniendum. *Concordat item d. l. 1. §. ſi ſeruus. cuius uerba uide J. except. prox.*

II. Exceptio: *Niſi fideicommiſſaria libertas ſeruo ſit relicta. Hæc exceptio reprobatur d. §. ſi ſeruus, his uerbis:* Si ſeruus purè legatus, ante aditam hæreditatem quid admiſerit in hæreditate: dicendum eſt, quia dominium in eo mutatur, huic actioni locum eſſe. Et generaliter dicimus, quo caſu in ſeruo dominium immutatur uel amittitur, uel libertas competit poſt interuallum modicum aditæ hæreditatis: eo caſu hanc actionem indulgendam. Sed ſi fideicommiſſaria libertas data ſit ſeruo, qui quid in hæreditate maleficij admiſit: nunquid non prius cogatur hæres manumittere, quàm ſi ſatisfecerit? Eſt autem ſæpiſsimè & à diuo Marco & ab Imp. noſtro cum patre reſcriptum, non impediri fideicommiſſariam libertatem quæ purè data ſit. Diuus ſanè Marcus reſcripſit, arbitrũ ex continenti dandum, apud quem ratio ponatur. Sed hoc reſcriptum ad rationem ponendam pertinere actus, quem ſeruus adminiſtrauit, arbitror. Ideo & hic poſſe hanc actionem competere.

III. Exceptio: *Niſi in re quæ non fuit defuncti (puta pignori accepta, bona fide poſſeſſa, commodata) is qui teſtamento liber eſſe iuſſus eſt, deliquerit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. hæc actio. ff. ſi is qui teſtamento liber eſſe iuſſus, his uerbis:* Hæc actio locum habet non tantùm in rebus quæ in bonis fuerunt teſtatoris, ſed etſi hæredis interfuerit dolum malum admiſſum non eſſe, quo minus ad ſe perueniret. Et ideo Scæuola plenius tractat, ut ſi eam rem ſubripuiſſet ſeruus, quam defunctus pignori acceperat, actio honoraria locum haberet. Plenius enim cauſſam bonorum hic accipimus pro utilitate. nam ſi in locum deficientis furti actionis propter ſeruitutem, hanc actionem ſubſtituit prætor: ueriſimile eſt, in omnibus cauſsis eum, in quibus furti agi potuerit, ſubſtituiſſe. In ſumma, probatur hanc actionem & in rebus pignoratis, & in rebus alienis bona fide poſſeſsis locum habere. Idem & de re commodata teſtatori. *Concordat d. l. 1. §. ſed & in omnibus, his uerbis:* In omnibus quæ interfuit hæredis non eſſe euerſa, locum habet hæc actio.

IIII. Exceptio: *Niſi in re quæ poſt mortem teſtatoris hæreditati acceſſit, delictum ſit commiſſum. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. item ſi fructus, his uerbis:* Si fructus poſt mortem teſtatoris perceptos hic ſeruus qui libertatem proſpicit, contrectauerit: locus erit huic actioni. Sed etſi partus, uel fœtus poſt mortem adgnatos: tantundem erit dicendum. Præterea ſi impubes poſt mortem patris quæſierit rei dominium, eaque antequam impuberis hæreditas adeatur, ſubripiatur: locum habere iſtam actionem, dicendum eſt.

V. Exceptio: *Niſi uiuo adhuc domino ſeruus in bonis eius deliquit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. habet itaq;. cuius uerba uide J. except. prox. Similiter eius replicationes.*

VI. Exceptio: *Niſi poſt aditam hæreditatem is qui liber eſſe iuſſus eſt, in bonis teſtatoris deliquerit. Hæc exceptio approbatur d. §. habet itaque, his uerbis:* Habet certum finem iſta actio, ut & dolo fecerit iſte, & poſt mortem domini, & ante aditam hæreditatem. Cæterùm ſi ſine dolo malo, aut dolo quidem, uerùm uiuo domino: non tenebitur hac actione. Quinimò etſi poſt mortem domini, poſt aditam tamen hæreditatem: ceſſabit actio. Nam ubi adita hæreditas eſt, iam quaſi

libet

liber conueniri poteſt. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi paulo antè quàm ſtatuta libertas ſeruo competeret, deliquerit ignorante hærede domino. Hæc replicatio reprobatur l. 2. ff. eod. tt. his uerbis:* Si paulo antè quàm ſtatuta libertas obtingeret, amouerit aliquid ſeruus aut corruperit: ignorantia domini non introducit hanc actionem. Ideoq; licet maximè ignorauerit hæres à ſtatulibero, aut quilibet alius dominus à ſeruo ſuo amotum aliquid corruptumue eſſe: non impetrat poſt libertatem eius ullam actionem: quamuis in pluribus cauſsis alijs iuſta ignorantia excuſationem mereatur. *Altera replicatio eſt: Niſi paulo antè quàm conditio libertatis exiſteret, deliquerit ſeruus, aut puniri à domino non potuerit. Hæc replicatio approbatur l. 3. ff. eod. tt. cuius uerba cum concordantibus uide ſ. except. 1. repl. 1.* *Tertia replicatio eſt: Niſi unus tantùm ex pluribus hæredibus adierit hæreditatem. Hæc replicatio reprobatur l. 1. §. ante aditam. ff. ſi is qui teſtamento liber, his uerbis:* Ante aditam hæreditatẽ ſic accipere debemus, antequam uel ab uno adeatur hæreditas. Nam ubi uel unus adijt, competit libertas. *Quarta replicatio eſt: Niſi cum à ſubſtituto pupilli ſeruo libertas eſſet relicta poſt aditam patris hæreditatem, nondum adita pupilli hæreditate ſeruus deliquerit. Hæc replicatio approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l. 1. §. ſi pupillus, his uerbis:* Si pupillus hæres inſtitutus ſit, & à ſubſtituto eius libertas data, medioq; tempore quædam admittantur: ſiquidem uiuo pupillo quid fuerit factum: Vlpianus ait, locum nõ eſſe huic actioni. Si uerò poſt mortem, antequam quis pupillo ſuccederet: actionem iſtam locum habere.

VII. Exceptio: *Niſi non ſtatim adita hæreditate ſeruo qui deliquit, libertas competat. Hæc exceptio elicitur ex d. l. 1. §. ſi ſeruus. ibi: poſt interuallum modicum aditæ hæreditatis. cuius uerba uide ſ. except. 2. Concordat d. l. 1. §. habet itaq;. ibi: ſed ubi libertas. cuius uerba uide ſ. except. 1.*

VIII. Exceptio: *Niſi ſine dolo malo ſeruus deliquit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. non autem, his uerbis:* Non aliàs tenebitur iſte libertus, quàm ſi dolo quid diſsipaſſe proponatur. Culpa autem negligentiaq; ſerui poſt libertatẽ excuſata eſt. Sed culpa dolo proxima dolum repræſentat. Proinde ſi quid dãni dedit ſine dolo, ceſſabit iſta actio: quãuis aliàs Aquilia tenetur ob hoc, quòd dãnũ qualiter qualiter dederit. *Concordat d. l. 1. §. habet itaq;, cuius uerba uide ſ. except. 6. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi culpa dolo proxima deliquerit. Hæc replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed culpa dolo proxima, &c. *Altera replicatio uidetur: Niſi de damno dato agatur. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Proinde ſi quid dãni, &c.

IX. Exceptio: *Niſi alio remedio hæres ſuum conſequi poßit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. illud uerum, his uerbis:* Illud uerum eſt, ſi poteſt aliàs hæres ad ſuum peruenire, nõ eſſe honorariam actionem tribuendam: cum in id quod intereſt, condemnatio fiat.

X. Exceptio: *Niſi alius qui ſimul deliquit, cõuentus pœnam præſtiterit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. fin. his uerbis:* Si ſerui plures libertatẽ acceperunt, & dolo malo aliquid admiſerunt: ſinguli conuenientur in ſolidum, hoc eſt in duplum. Et cum ex delicto conueniãtur: exemplo furti nullus eorum liberatur, etſi unus conuentus præſtiterit.

IIII. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

De ſucceſſoribus proponitur d. l. 1. §. præter hãc, in fine, his uerbis: Hæredi cæterisq; ſucceſſoribus competere iſtam actionem, dicendum eſt.

V. QVID QVANTVMQVE ueniat in hac actione?

I. Regula: *In duplum competit. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis.*

II. Regula: *Id quod intereſt, duplicatur. quæ regula approbatur l. 1. §. illud uerum, in fine ff. ſi is qui teſtamento liber. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 3. exception. 9.*

III. Regula: *Ex pluribus ſeruis ſinguli in ſolidum tenẽtur. quæ regula approbatur d. l. 1. §. fin. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. except. 10.*

VI. QVAMDIV COMpetit?

Annalis eſt actio. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin propoſitis hiſce: Intra annum utilem dupli iudicium dabo.

VII. SIMILE ET ADFINE remedium.

I. Regula: *Ad ſimilitudinem furti actionis competit. quæ regula approbatur l. 1. §. præter hanc. ibi: cum hæc actio. ff. ſi is qui teſtamento liber. cuius uerba uide). reg. prox. Concordat d. l. 1. §. hæc actio. ibi: nam ſi in locum. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. exc. 3.*

II. Regula: *Etiam rei uendicatio hæredi competit. quæ regula approbatur d. §. præter hanc, his uerbis:* Præter hanc actionem eſſe & uendicationem rei conſtat: cum hæc actio ad ſimilitudinem furti competat.

III. Regula: *Si idem ſeruus ante aditam hæreditatem in ea deliquerit, & poſtea liber factus in eadem deliquerit: utraq; actione, tam propoſita honoraria quàm directa tenetur. quæ regula approbatur l. 48. ff. ad l. Aquiliam, his uerbis:* Si ſeruus ante aditam hæreditatem damnum in re hæreditaria dederit, & liber factus in ea re damnum det: utraq; actione tenebitur, quia alterius & alterius facti hæres ſunt.

RERVM AMOTARVM.
Cap. V.

PRimò: *Ratio huius actionis proponitur l.1. cum lege ſequente. ff. rerum amotarum, his uerbis:* Rerum amotarum iudicium ſingulare introductum eſt aduerſus eá quæ uxor fuit: quia non placoit cum ea furti agi poſſe: quibuſdam exiſtimantibus, nec quidé furtum eam facere (ut Nerua & Caſsio) quia ſocietas uitæ quodammodo dominam eam faceret: alijs (ut Sabino & Proculo) furtum quidem eam facere, ſicut filia patri faciat, ſed furti non eſſe actionem conſtiroto iure. in qua ſeotentia & Iulianus rectiſsimè eſt. Nam in honoré matrimonij turpis actio aduerſus uxorem negatur.

II. *Genus huius actionis proponitur l.26. ff. d. tt. his uerbis:* Rerum amotarum actio, condictio eſt.

III. CAVSSAE EX QVIBVS actio propoſita competit?

I. *Cauſſa: Si uxor marito, uel contrà maritus uxori furtum fecerit. Hec cauſſa approbatur l.2. C. rerũ amotarum, his uerbis:* Diuortij cauſſa rebus uxoris amotis à marito, uel ab uxore mariti, rerum amotarum edicto perpetuo permittitur actio. Cõſtante etenim matrimonio, neutri eorum neq; pœnalis, neq; famoſa actio competit: ſed de damno in factum datur actio. *Concordat l. 53. in prin. ff. de furtis. cuius uerba uide ȷ. lib prox. cap.5. reg.1. except.6. repl.5.*

II. *Cauſſa: Si opem furibus uxor tulit. Hec cauſſa approbatur l.19 ff. rerum amotarum, his uerbis:* Si diuortij tempore furea in domũ mariti induxerit, & per eos res amonerit, ita ut ipſa noo cõtrectauerit: rerum amotarũ iudicio tenebitur. Verum eſt itaq; quod Labeo ſcripſit, uxorem rerum amotarum teneri, etiã ſi ad eam rea non peruenerint. *Concordat l. 20. ff. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. except.7. Item concordat d l.53. in prin. ibi: ipſa quoq;.*

III. *Cauſſa: Si res mariti uxor comederit, uendiderit, donauerit, aut alia ratione conſumpſerit. Hec cauſſa approbatur l.3. §. item uerum ff rerum amotarum, his uerbis:* Verum eſt quod Ofilius ait, etiam eas res quas diuortij tépore mulier comederit, uondiderit, donauerit, qualibet ratione conſumpſerit: rerum amotarum iudicio contineri.

EXCEPTIONES PRAECADENTIVM cauſſarum generales.

I. *Exceptio: Niſi non uxor marito, ſed maritus uxori furtum fecerit. Hec exceptio reprobatur l. 11. in prin ff. rerum amotarum, his uerbis:* Marcellus libro VII. Digeſtorum ſcribit, ſiue uir uxorem, ſiue uxor uirum domo expulit, & res amouit: rerum amotarum teneri. *Concordat l.2. C. eod. tt. cuius uerba uide ȷ. cauſſa 1.*

II. *Exceptio: Niſi concubina uel uxor illegitima res amouerit. Hec exceptio approbatur l.17. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si concubina res amouerit: hoc iure utimur, ut furti teneatur. Conſequenter dicemus, ubicunque ceſſet matrimonium: utputa in ea quæ tutori ſuo nupſit, uel contra mandata conuenit, uel ſicubi alibi ceſſat matrimonium: ceſſare rerum amotarum actionem, quia compeṫit diuortij cauſſa.

III. *Exceptio: Niſi non uxor, ſed ſeruus eius marito furtum fecerit. Hec exceptio approbatur l.3. §. 1. ff. d. tt. his uerbis:* Si ſeruus uxoris marito furtum fecerit, furti cum ea agere poſſumus. *Concordat l.53. in prin. ibi: ſerui uerò. ff. de furtis. cuius uerba uide ȷ. lib. prox. cap.5. reg.1. except.6. repl.5. Huius exceptionis replicatio hec eſt: Niſi iuſſu dominæ ſeruus marito furtum fecerit. Hec replicatio approbatur l.21. §. ſi ſeruus. ff. rerum amotarum, his uerbis:* Si ſeruus mulieris iuſſu dominę diuortij cauſſa res amouerit: Pedius putat, nec furtum eum facere (quoniá nihil lucri ſui cauſſa contrectet) nec uideri furtum facienti opem ferre, cum mulier furtum non faciat: quamuis ſeruus in facinoribus domini dicto audiens eſſe non debeat. Sed rerũ amotarum actio erit.

IIII. *Exceptio: Niſi non marito, ſed ei cui maritus heres extitit, uxor furtum fecit. Hec exceptio reprobatur l.5. §. ſed & cum. ff. rerum amotarum. cuius uerba uide ȷ. quæſt. 11. except.6.*

V. *Exceptio: Niſi non marito, ſed ſocero uel proſocero uxor furtum fecit. Hec exceptio reprobatur ſub conditione l.15. §. uxor. ff. d. tt. his uerbis:* Vxor & nurus & pronurus, uiro & ſocero & proſocero furtum facere poſſunt, furti autem non teneotur: niſi fortè emancipatus ſit filius. tunc enim nurus patri eius & furtum facit, & furti tenetur.

VI. *Exceptio: Niſi non marito, ſed ei cui maritus rem commodauit, uxor rem abſtulit. Hec exceptio approbatur l.21. ff. d. tt. his uerbis:* Si uxor rem mariti ei cui eam uir commodauerat, ſubripuerit, isq; conuentus ſit: habebit furti actionem, quamuis uir habere non poſsit.

VII. *Exceptio: Niſi non res uiri, ſed uiro commodatas, pignoratas, à uiro bona fide poſſeſſas, uxor amouit. Hec exceptio reprobatur l.17. §. fin. cum lege ſequente. ff. rerum amotar. his uerbis:* Quæ uiro ſuo res pignori datas amouerit, hoc iudicio tenebitur. Sed & domino condictio competet. Sed alterutri agere permittendum eſt. *Concordat l.20. ff eod. tt his uerbis:* Si rem quam maritus bona fide emerat, uxor amouerit, uel opé furi tulerit, idq; fecerit diuortij cauſſa: rerum amotarum iudicio

dominabitur. *Concordat item l. 22. §. fin. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap 4. reg. 11. except. r. repl. 2.*

VIII Exceptio: *Niſi non diuortij conſilio mulier res uiri amouit. Hæc exceptio approbatur l. 25 ff rerum amotarum. cuius uerba uide J. queſt. 11. except. 5. Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi cum diuerteret mulier, eaſdem res celauerit, quæ replicatio approbatur l. 17. §. res. ff. eod. tt. his uerbis:* Res amotas dicimus non ſolùm eas quas mulier amouit, cum diuortij conſilium iniſſet: ſed etiã eas quas mulier nupta amouit, ſi cum diſcederet, eas celauerit.

IX. Exceptio: *Niſi cum mulier de uita uiri deſperaſſet, ſubreptis quibuſdam rebus diuerterit. Hæc exceptio reprobatur l. 21. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si mulier, cum de uita uiri deſperaſſet, ſubreptis quibuſdam rebus diuertiſſet: ſi conualuerit uir, utilis rerum amotarum actio ei danda eſt.

X. Exceptio: *Niſi poſt diuortium mulier res uiri amouerit uel contrectauerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si poſt diuortium eaſdem res contrectet, etiam furti tenebitur.

XI. Exceptio: *Niſi antequam nuberet, mulier uiri res amouerit. Hæc exceptio reprobatur l. 3. §. ſed & cum. ff. d. tt. cuius uerba uide J. queſtion. ult. except. 6.*

XII. Exceptio: *Niſi uxor non ſimul cum uiro habitauit, uel ex alia domo amouit. Hæc duplex exceptio reprobatur l. 15. in prin. ff. rerum amotar. his uerbis:* Nihil intereſt, utrum ſimul an ſeparatim habitauerint: cum actio rerum amotarum competat etiam aduerſus eam quæ ex ea domo ſubtraxit, in qua non ſimul cum uiro habitabat.

XIII. Exceptio: *Niſi dos nulla ſit, uel dote ſoluta nihil dictum ſit de actione propoſita mouenda. Hæc duplex exceptio reprobatur l. 8. ff. d. tt. his uerbis:* Si cum dos ſolueretur mulieri, aut ſatis doti fieret, dictum non eſſet actum iri rerum amotarum: nihilominus agi poteſt. Nam & cum dos nulla eſt, eadem actio datur.

XIIII. Exceptio: *Niſi non ſit ſecutum diuortiũ. Hæc exceptio approbatur l. 25. ff. rerum amotarum, cuius uerba uide J. queſt. ult. except. 5.*

XV. Exceptio: *Niſi matrimonium ſit redintegratum. Hæc exceptio approbatur l. ult. ff. d. tt. his uerbis:* Cùm ſoluto matrimonio rerum amotarum iudicium contra mulierem conſtituitur, redintegrato rurſus matrimonio, ſoluitur iudicium. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi rurſus poſtea diuortium factum ſit. Hæc replicatio approbatur l. 21 ff. d. tt. his uerbis:* Redintegrato matrimonio, ſi iterum diuortium factum erit: ob res amotas prioris diuortij cauſſa, item ob impenſas donationeſq; priore matrimonio factas manere actionem, Africanus exiſtimauit.

XVI. Exceptio: *Niſi res amotæ perierint. Hæc exceptio reprobatur l. 17. §. non ſolùm. ff. d. tt. his uerbis:* Non ſolùm eas res quæ extant, in rerum amotarum iudicium uenire, Iulianus ait: uerùm etiam eas quæ in rerum natura eſſe deſierunt. Simili modo & certi condici eas poſſe ait.

XVII. Exceptio: *Niſi ab alio actum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 18. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. exception. 7.*

XVIII. Exceptio: *Niſi bonis mariti ad fiſcũ deuolutis, fiſcus agat. Hæc exceptio reprobatur l. 16. ff. d. tt. cuius uerba uide J. queſt. prox. reg. 1. Hæ de exceptionib. ſed & plures uide J. queſt. ult.*

IIII. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. Regula, *De fiſco ad quem bona mariti peruenerunt, proponitur d. l. 16. his uerbis:* Ad fiſcum mariti bonis deuolutis, uxor rerum amotarum nomine in ſimplum conuenitur: quamuis alij in quadruplum condemnentur.

II. Regula, *De patre mariti, proponitur l. 6. in prin. ff. rerum amotarum, his uerbis:* Contra nurum quoq; ſocero hoc iudicium dandum, Atilicinus & Fulcinius aiunt. Quoties filiofamilias dos data eſt, ſocerum ob res diuortij cauſſa amotas furti agere non poſſe.

III. Regula, *De herede mariti, proponitur d. l. 6. §. ſi poſt, his uerbis:* Si poſt diuortium maritus deceſſerit: hæres eius rerum amotarum iudicio uti poteſt. *Concordat l. 21. §. hæc actio, in fine ff. eod. tt. cuius uerba uide J. queſt. 6. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi nondum diuortio facto maritus deceſſerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 6. §. ſed ſi morte, his uerbis:* Sed ſi morte mariti ſolutum ſit matrimonium: hæres mariti hæreditatis petitione, uel ad exhibendum actione eas conſequi poterit. Ariſto & condictione poſſe rectè putat: quia ex iniuſta cauſſa apud eam eſſent. *Altera exceptio eſt: Niſi mortuo iam marito, mulier res eius amouit. Hæc exceptio approbatur d. l. 6. §. fin. his uerbis:* Quòd ſi mortuo uiro amouerit, non facit furtum: quia rei hæreditariæ nondum poſſeſſæ furtum non fit. Ideoque aut uindicari poterunt, aut in hæreditatis petitionem uenient.

V. ADVERSVS QVOS ACTIO propoſita competit?

I. Regula, *De heredibus amouentis, proponitur d. l. 6. §. item heres, his uerbis:* Item hæres mulieris ex hac cauſſa tenebitur, ſicut condictionis nomine ex cauſſa furtiua. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi nihil uel minus ad heredes peruenerit. Hæc exceptio approbatur l. 3. C.*

rerum amotarum, his uerbis: De rebus quas diuortij cauſſa quondam uxorem tuam abſtuliſſe proponis, rerum amotarum actione contra ſucceſſores eius non in ſolidum, ſed quantum ad eos peruenit: quòd ſi res extent, dominij uindicatione uti non prohiberis.

II. *Regula. De patre amouentis, proponitur l. 3. §. ſi filiafamiliâs, cum duabus legibus ſequentibus. ff. rerum amotarum, his uerbis:* Si filiafamiliâs res amouerit: Mela & Fulcinius aiunt, & de peculio in patrem, quia diſplicuit eam furti obligari: & in ipſam ob res amotas dari actionem. Sed ſi pater adiuncta filia de dote agat: non aliter ei dandam actionem, quàm ſi filiam rerum amotarum iudicio in ſolidum & cum ſatiſdatione defendat. Sed mortua filia, in patrem rerum amotarum actionem dari non oportere, Proculus ait: niſi quatenus ex ea re pater locupletior ſit, doloúe malo fecerit, quo minus ad eum perueniret. Viua quoq; filia, quod ad patrem ex rebus amotis peruenit, utili iudicio petendum eſt. *Concordat l. 6. §. item cum. ff. eod. tit. his uerbis:* Cùm rerum amotarum etiam in uirum detur iudicium, ſi filiusfamiliâs maritus ſit: utrum de peculio, an in ipſum actio dari debeat? eadem repetemus quæ de filiafamiliâs diximus. *Ex his patet, non ſolùm filiumfamiliâs filiamuefamiliâs amouentem actione propoſita teneri, ſed etiam eius patrem. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt, quòd non ultra peculium pater teneatur. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et de peculio in patrem, &c. *Cuius replicatio prima hæc eſt: Niſi pater de dote agat. hoc enim caſu in ſolidum filiam aduerſus actionem propoſitam tenetur defendere. quæ replicatio approbatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Sed ſi pater adiuncta filia, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi quid ex rebus amotis ad patrem peruenit: de eo enim tenetur, quamuis nihil uel minus in peculio ſit. quæ replicatio approbatur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Viua quoque filia, quod ad patrem ex rebus amotis peruenit, utili iudicio petendum eſt. *Altera propoſitæ regulæ exceptio eſt: Niſi filius filiaúe amouens deceſſerit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur uerbis ſ. propoſitis hiſce:* Sed mortua filia, in patrem rerum amotarum actionem, &c.

VI. QVID VENIAT IN Actione propoſita?

I. *Regula: In ſimplum competit. ſeu rei perſecutionem continet. quæ regula approbatur l. 21. §. hæc actio. ff. rerum amotarum, his uerbis:* Hæc actio, licet ex delicto naſcatur, tamen rei perſecutionem continet. Et ideo non anno finitur, ſicuti nec condictio furtiua. Præterea & hæredibus competit. *Concordat l. 26. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. reg. 1.*

II. *Regula. De eo quod actoris intereſt res amotas non eſſe, proponitur d. l. 21. §. rerum, his uerbis:* Rerum amotarum actio damnum repræſentat, etiamſi dotis exactio competat. Commodi quoq;, ſiquidem amotis rebus uir amiſerit, ratio habenda eſt.

III. *Regula: Quanti res quæ non reſtituitur, uel deterior reſtituitur, æſtimanda ſit, definitur l. 29. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. lib prox. cap. 8. quæſtion. 4. reg. 10. in prin.*

IIII. *Regula: Si dolo res non reſtituatur, quanti in litem actor iurauerit, æſtimatur. quæ regula approbatur l. 8. in fine, cum legibus ſequentibus. ff. d. tit. his uerbis:* Sabinus ait, Si mulier res quas amouit, non reddat: æſtimari debere, quanti in litem uir iuraſſet. Non enim æquum eſt, inuitum ſuo precio res ſuas uendere. Ideoq; nec debere eum pro euictione promittere: quòd ex contumacia mulieris id ita acciderit.

V. *Regula: Etiam ultra id quod facere poteſt, reus tenetur. quæ regula approbatur l. 21. § fin. ff. d. tit. his uerbis:* Nec uiro nec mulieri prodeſt in hoc iudicio, ſi facere non poſsint: pendet enim id ex furto. *Concordat l. 52. ff. de re iudicata. cuius uerba uide ſ. lib. 36. cap. 12. quæſtion. 1. cauſſa 3. exception. 1. Hæc de quæſtione Quid ueniat. Sanè in quantum pater uel hæres amouentis teneatur, dictum ſ. quæſtion. proxim.*

VII. QVANDO COMPETIT actio propoſita?

I. *Regula: Conſtante matrimonio hæc actio non datur, ſed pro ea condictio. quæ regula approbatur l. 25. ff. rerum amotarum. cuius uerba uide j. quæſt. 11. exception. 5. Concordat l. 2. C. eod. tit. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 3. cauſſa 1. Contradicit l. ult. §. fin. C. de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 4. reg. 11. except. 5. repl. 2.*

II. *Regula: Ob accuſationem adulterij actio propoſita non differtur. quæ regula approbatur l. 27. ff. rerum amotarum, his uerbis:* Rerum amotarum actio ob adulterij crimen, quo mulier poſtulata eſt, non differtur.

VIII. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua eſt actio. quæ regula approbatur l. 21. §. hæc actio. ff. rerum amotarum. cuius uerba uide ſ. quæſt. 6. reg. 1.

IX. ADIVNCTA HVius iudicij.

I. *Regula. De iureiurando deferendo, proponitur l. 11. §. 1. ff. d. tit. his uerbis:* Qui rerum amotarum inſtituit actionē, ſi nelit magis iuſiurandum

randum deferre: cogitur aduerſarius iurare, nihil diuortij cauſſa amotum eſſe: dum prius de calumnia iuret, qui iuſiurandum defert. Iurare autem tam uir quàm uxor cogetur. Pater autem, &c. *Reliqua uerba uide ſ. lib. 7. cap. 6. quæſt. 2. except. 6 & ſ. item except. 11. replicat. 3.*

II. Regula: *Oblata litis æſtimatione, actor rei de euictione cauere non tenetur. quæ regula approbatur l. 10. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 6. regul. 4.*

X. EVENTVS HVIVS actionis.

Si mulier litis æſtimationem præſtiterit: aduerſus uindicantem rem illam defenditur exceptione, & re amiſſa habet rei uendicationem. quæ regula approbatur l. 22. in prin. ff. rerum amotarum, his uerbis: Si propter res amotas egero cum muliere, & lis æſtimata ſit: an actio ei danda ſit, ſi amiſerit poſſeſsionem? Mouet me, quia dolo admiſiuit poſſeſsionem. Vlpianus reſpondit: Qui litis æſtimationem ſuffert, emptoris loco habendus eſt. Ideoq́ue ſi mulier, cum qua rerum amotarum actum eſt, æſtimationem litis præſtiterit: aduerſus uindicantem maritum uel hæredem mariti exceptionem habet: & ſi amiſerit poſſeſsionem, in rem actio ei danda eſt.

XI. AD FINIA REmedia.

Regulariter ex cauſis ſ. propoſitis Rerum amotarum, non alia competit actio. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi rebus amotis, non diuortio, ſed morte mariti ſolutum ſit matrimonium. hoc enim caſu hæres mariti hæreditatis petitione, ad exhibendum actione uel condictione rem perſequi debet. quæ exceptio approbatur l. 6. §. ſed ſi morte. ff. rerum amotarum. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 4. regul. 3. exception. 1. Altera exceptio eſt: Niſi mortuo marito uxor res amouerit. hoc enim caſu uendicatio uel hæreditatis petitio competit. quæ exceptio approbatur d. l. 6. §. fin. cuius uerba uide d. reg. 3. exception. 2. Tertia exceptio eſt: Niſi mortis cauſſa mulier res amouerit, & maritus deceſſerit. hoc enim caſu hæreditatis petitio uel ad exhibendum actio hæredi competit. quæ exceptio approbatur l. 22. §. fin. ff. d. tt. his uerbis: Si mulier mortis cauſſa res amouerit, deinde mortuus ſit ei maritus: hæreditatis petitione, uel actione ad exhibendum conſequi poterit hæres id quod amotum eſt. *Quarta exceptio eſt: Niſi uindicatio & condictio. nam & hæ actiones præter rerum amotarum actionem marito competunt. quæ exceptio approbatur l. 24. ff. d. tt. his uerbis:* Ob res amotas uel proprias uiri, uel etiam dotales, tam uindicatio quàm condictio uiro aduerſus mulierem competit, & in poteſtate eſt, qua uelit actione uti. *Concordat l. 17. §. non ſolum. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt. 3. exception. 16. Concordat item l. 18. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 3. exception. 7. Concordat item l. 3. in fine. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſtion. 5. regul. 1. except. 1. Quinta exceptio eſt: Niſi non diuortij conſilio res ſint amotæ, nec diuortium ſecutum: hoc enim caſu, ceſſante rerum amotarum actione, condictio competit. quæ exceptio approbatur l. 25. ff. rerum amotarum, his uerbis:* Rerum quidem amotarum iudicium ſic habet locum, ſi diuortij conſilio res amotæ fuerint, & ſecutum diuortium fuerit. Sed ſi in matrimonio uxor mariti res ſubtraxerit: licet ceſſet rerum amotarum actio, tamen ipſas res maritus condicere poteſt. Nam iure gentium puto res condici poſſe ab his qui non ex iuſta cauſſa poſsident. *Sexta exceptio eſt: Niſi eius res cui maritus hæres extitit, uel antequam contraheretur matrimonium, res amotæ ſint. hoc enim caſu neque amotarum rerum, neq; furti competit actio, ſed ſola condictio furtiua. quæ exceptio approbatur l. 3. §. ſed & cum. ff. d. tt. his uerbis:* Cum uxore furti agi poſsibile eſt, ſi ei cui hæredes ſumus, furtum fecit, uel nobis antequam nuberet: tamen propter reuerentiam perſonarum in utroque caſu furtiuam tantùm condictionem competere, non etiam furti actionem, dicimus. *Septima exceptio eſt: Niſi maritus à muliere uel eius hæredibus conueniatur, uel contrà mulier à marito amouente. hoc enim caſu per exceptionem res amotas compenſare poteſt. quæ exceptio approbatur l. 7. ff. d. tt. his uerbis:* Cum mulier habebit rerum amotarum actionem aduerſus uirum: & compenſare poteſt cum actione, qua maritus agere uolt, ob res amotas. *Concordat l. 1. C. eod. tt. cuius uerba uide ſ. lib. 15. cap. 8. reg. 25. Plures huiuſmodi exceptiones, quibus ceſſante rerum amotarum actione, furti actio competit, uide ſ. quæſt. 3.*

DE ACTIONE IN FActum aduerſus publicanos. Cap. VI.

PRimò: *Verba edicti quo actio propoſita introducta eſt, proponuntur l. 1. in prin. ff. de publicanis, hæc:* Prætor ait, Quod publicanus, eius nomine ui ademerit, quodue familia publicanorum: ſi id reſtitutum non erit, in duplum: aut ſi poſt annum agetur, in ſimplum iudicium dabo. Item ſi damnum iniuria, furtumue factum eſſe dicetur: iudicium dabo. Si ij ad quos ea res pertinebit, non exhibebuntur: in dominum ſine noxæ deditione iudicium dabo.

I I. *Ratio huius edicti eiusq; actionis proponitur d.l. 1. §. dixerit, his uerbis:* Dixerit aliquis, Quid hoc utique edictum propoſitum eſt? quaſi prætor non & alibi præuiderit furtis, damnis & ui raptis? Sed è re putauit, & ſpecialiter aduerſus publicanos hoc edictum proponere. Quod quidem edictum in aliqua parte mitius eſt, quippe quod in duplum datur: cum ui bonorum raptorum in quadruplum ſit, & furti manifeſti æquè in quadruplum. Et reſtituendi facultas publicano ui abrepturum datur. Quod ſi fecerit: omni onere exuitur, & pœnali actione ex hac parte edicti liberatur. Vnde quæritur, ſi quis uelit cum publicano nō ex hoc edicto, ſed ex generali ui bonorum raptorum, damni iniuriæ, uel furti agere: an poſsit? Et placet poſſe. Idque & Pomponius quoque ſcribit. Eſt enim abſurdum, meliorem eſſe publicanorum quàm cęterorum cauſſam effectam opinari. *Concordat l. 12. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Quantæ audaciæ, quantæque temeritatis ſint publicanorum factiones, nemo eſt qui neſciat. Idcirco prætor ad compeſcendam eorum audaciam hoc edictum propoſuit: Quòd ſi familia publicanorum furtum feciſſe dicetur, Item ſi damnum iniuria fecerit, & ij ad quos ea res pertinet non exhibebuntur: in dominum ſine noxæ deditione iudicium dabo.

III. CAVSSAE EX QVIBVS actio propoſita competit?

I. *Cauſſa: Si publicanus uel eius familia quid alicui ui ademerit, damnum dederit, uel furtum fecerit. Hæc cauſſa approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis. Confirmatur per ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt. prox. Declaratur definitione publicani l. 1. §. 1. ff. de publicanis, hiſce uerbis:* Hic titulus ad publicanos pertinet. Publicani autem ſunt, qui publico fruuntur. Nam inde nomen habent: ſiue fiſco uectigal pendāt, uel tributū conſequantur. Et omnes qui quid à fiſco conducunt, rectè appellantur Publicani. *Concordat l. 12. §. fin. cū lege ſequenti. ff. eod. tt. his uerbis:* Publicani dicūtur, qui publica uectigalia habent conducta. Sed & hi qui ſalinas, & arenarias, & cretifodinas, & metalla habent: publicanorū loco ſunt. Præterea etſi quis uectigal conductum à republica cuiuſdam municipij habeat: hoc edictū locum habet. *De definitione familiæ publicanorum uide paulo inferius except. gener. 1.*

II. *Cauſſa: Si publicanus eiuſue familia illicitè quid exegit. Hæc cauſſa approbatur l. 9. §. quod illicitè ff. d. tt. his uerbis:* Quod illicitè publicè priuatimq; exactum eſt, cum altero tanto paſsis iniuriam exoluitur: per uim uerò extortū, cum pœna tripli reſtituitur. Amplius etiam extra ordinem plectuntur. Alterum enim utilitas priuatorum, alterum uigor publicæ diſciplinæ poſtulat. *Concordat l. 3. C. uectigalia noua inſtitui non poſſe. cuius uerba uide ſ. lib. 11. cap. 7. de conſtit. quæſt. 2. Concordat item l. 4. C. eod. tt. his uerbis:* Si prouincialium noſtrorum querela de conductorum auiditate extiterit, & probatum fuerit, ultra antiquā conſuetudinem & noſtræ terminos iuſsionis aliquid eos profligaſſe: rei criminis perpetuo exilio puniantur.

III. *Cauſſa: Si indebitum per errorem publicano ſit ſolutum. Hæc cauſſa approbatur l. ult. §. fin. ff. de publicanis, hiſce uerbis:* Si quid indebitum per errorem ſoluentis publicanus accepit: rurſus eum reſtituere oportere, diui Seuerus & Antoninus reſcripſerunt.

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM cauſſarum generales.

I. *Exceptio: Niſi familia publicani quæ deliquit, in eius poteſtate non ſit, & liberi homines ſint. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. familiæ ff. d. tt. his uerbis:* Familiæ nomen hic non ad ſeruos publicanorum tantùm referemus, uerùm & ad eos qui in numero familiarium ſunt publicani. Siue igitur liberi ſint, ſiue ſerui alieni, qui publicanis in eo uectigali miniſtrant: hoc edicto continebuntur. *Concordat d.l. 1. §. fin. cuius uerba uide ſ. exception. 9. repl. 1. Concordat l. 12. § familiæ. ff. eod. tt. his uerbis:* Familiæ appellatione hic ſeruilem familiam contineri, ſciendum eſt. Sed etſi bona fide publicano alienus ſeruus ſeruit, æquè continebitur: fortaſsis & mala fide. Plerunque enim uagi ſerui & fugitiui in huiuſmodi operis etiam à ſcientibus habentur. Ergo etſi homo liber ſeruiat, hoc edictum locum habet.

I I. *Exceptio: Niſi ſeruus publicani, qui non eſt in ea familia quæ publico uectigali miniſtrat, deliquerit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. proinde etſi, his uerbis:* Si ſeruus publicani rapuit, non tamen in ea familia conſtitutus, quæ publico uectigali miniſtrat: hoc edictum ceſſabit.

I I I. *Exceptio: Niſi publicanus ſerui exhibendi poteſtatem non habeat. Hæc exceptio reprobatur d. l. 1. §. fin. cuius uerba uide ſ. except. 9. repl. 1. Concordat l. 12. § ſiue autem. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. 7.*

I I I I. *Exceptio: Niſi ignorante domino ſeruus deliquit. Hæc exceptio approbatur l. ult. §. ſed Marcus. ff. d. tt. his uerbis:* Marcus Antoninus reſcripſit, Si colonus uel ſeruus domini prædij furtum illicitè in prædio fecerit ignorante domino, nulla pœna dominum teneri.

V. *Exceptio: Niſi non à fiſco, ſed à repub. publi-*

canus uectigal conductum habeat. Hæc exceptio reprobatur *l.13.§.2.ff.de publicanis.cuius uerba uide ſ. cauſſa 1.*

V I. Exceptio:*Niſi publicanus ademptum reſtituit.* Hæc exceptio approbatur *l.5. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Hoc edicto efficitur,ut ante acceptum quidem iudicium reſtituta re actio euaneſcat, poſt acceptum uerò iudicium nihilominus pœna duret. Sed tamen abſoluandus eſt etiam,qui poſt acceptum iudicium reſtituare paratus eſt. Concordat *l.1. in prin. ibi: ſi id reſtitutum. cuius uerba uide ſ. eod.cap. in prin.* Concordat item *d.l.1.§. & reſtituendi. cuius uerba uide ſ. queſt.2.*

V I I. Exceptio:*Niſi ſeruus qui deliquit, alienatus ſit uel manumiſſus.* Hæc exceptio reprobatur *l.12.§.ſiue autem. ff.de publicanis, hiſce uerbis:* Si ua uandidit ſaruum, ual manumiſit, uel etiam fugit ſaruus: tenabitur furti nomine,qui tam factioſam familiam habuit.

V I I I. Exceptio: *Niſi ſeruus qui deliquit,mortuum ſit.* Hæc exceptio approbatur *d.§.ſiue autem, his uerbis:* Si ſaruua deceſſerit,uidandum an publicanus teneatur,quaſi facti ſui nomine? ſed puto, quia facultatem non habet exhibendi, nec dolus eius interceſsit: debere eum liberari.

I X. Exceptio: *Niſi publicanus ſeruos qui deliquerunt, noxæ dare ſit paratus.* Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, *uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi ſeruos non exhibeat. tunc enim in ſolidum tenetur. quæ replicatio approbatur uerbis edicti l. 1. in prin.ff.de publicanis, ſ. eod. cap. in prin. propoſitis hiſce:* Si hi ad quos ea res pertinebit,non exhibebuntur: in dominum ſine noxæ deditiona iudicium dabo. Concordat *d.l.1.§. fin. cum duabus legibus ſequentibus, his uerbis:* Quod nouiſsimè prætor ait, Si ij non exhibabuntur, &c. Concordat item *l.12. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. queſt. prox.*

IIII. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

De hæredibus cæteriſq; ſucceſſoribus proponitur d.l.12.§.fin. his uerbis: Hanc actionem perpatuam dabimus, & hæredi cæteriſque ſucceſſoribus.

V. ADVERSVS QVOS competit?

I. Regula. *De publicano cuius familia deliquit, proponitur l.1. in prin. ff. de publicanis. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin.*

I I. Regula, *De ſocio publicani, proponitur l.3.§.1.ff. d. tit. his uerbis:* Quod ait, In dominum: ſic accipiendum eſt, & in ſocios uectigalia, licet domini non ſint.

I I I. Regula, *De hæredibus, proponitur l.ult.§. penult. ff. d. tit. his uerbis:* Pœnæ ab hæredibus pati non poſſunt, ſi non eſt quæſtiò mota uiuo ao qui daliquit. Et hoc ſicut in cæteris pœnis, ita & in uactigalibus eſt. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi lis cum defuncto fuerit inchoata.* Hæc exceptio elicitur *ex uerbis iam propoſitis hiſce:* Si non eſt quæſtio mota uiuo ao qui deliquit. *Altera exceptio eſt: Niſi quatenus hæres locupletior eſt factus.* Hæc exceptio approbatur *l. 4. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Si publicanus qui ui ademit, decaſſarit: Labeo ait, in hæredem eius qui locupletior factus ſit, dandam actionem.

VI. QVID VENIAT IN Actione propoſita?

I. Regula: *Intra annum in duplum eſt, poſt annum in ſimplum. quæ regula approbatur uerbis edicti l. 1. in prin. ff. de publicanis. quæ uide ſ. eod. cap. in prin.*

I I. Regula: *Res in duplo continetur. quæ regula approbatur l.5.§.fin.ff.d.tit. his uerbis:* Quærentibus nobis, utrum duplum totum pœna ſit, & præteraa rei ſit perſecutio: an in duplo ſit & rei parſecutio, ut pœna ſimpli ſit? magis placuit, ut res in duplo ſit. *Contradicere uidetur l. 9. §. quod illicitè. ibi per uim uerò. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. queſt. 5. cauſſa 2.*

I I I. Regula: *Si plures ſerui deliquerint, dominus tantum præſtando, quantum unus liber qui deliquiſſet, præſtaret: liberatur. quæ regula approbatur l.3.§.fin.ff. d.tit. his uerbis:* Si plures ſerui id furtum ual damnum admiſerint: hoc debet ſeruari, ut ſi tantum præſtetur, quantum ſi unus liber feciſſet, abſolutio ſiat.

I I I I. Regula: *Vnus ex pluribus publicanis non niſi pro parte conuenitur: niſi alij ſoluendo non ſint. quæ regula cum ſua exceptione approbatur l. 6. ff. de publicanis, hiſce uerbis:* Si multi publicani ſint, qui illicitè quid axegerunt: non multiplicatur dupli actio, ſed omnes partes præſtabunt: & quod ab alio præſtari non potaſt, ab altero exigetur, ſicuti diuus Seuarus & Antoninus reſcripſerunt. Nam inter criminis reos, & fraudis participes, multum intereſſe conſtituerunt.

VII. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua eſt actio. quæ regula approbatur l. 13. §. fin. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. queſtion. 4.

VIII. ADIVNCTA OFficia actoris.

De indicando ab actore, quos deſideret ſibi exhiberi, proponitur l.3.§. antè. ff. de publicanis, hiſce uerbis: Antè actorem diecre oportet, quem

uel

uel quos deſideret exhiberi: ut ſi non exhibeatur, hinc agatur. Sed etſi dicat, Exhibe omnes, ut poſſim dignoſcere quis ſit: puto audiendum.

IX. AD FINIA REmedis.

Etiam ordinarijs actionibus furti, damni iniuria, ui bonorum raptorum agi poteſt. Quæ regula approbatur l. 1. §. inde quæritur. ff. de publicanis. cuius uerba uide ī. quæſt. 2.

DE CRIMINE PECVlatus, ſacrilegij, & de reſiduis.

Cap. VII.

Etſi non ignoro hæc crimina magis publicam executionem habere, quàm priuatam: cum tamen furti ſpeciem contineant, non incommodè inter furtorum ſpecies hic tractanda ea ſumpſi: & primum crimen peculatus.

I. CAVSAE EX QVIBVS accuſatio peculatus competit.

I. *Cauſa generalis: Si crimen peculatus ſit commiſſum. Declaratur hæc cauſa l. 9. §. Labeo. ff. ad l. Iuliã peculatus, his uerbis:* Labeo libro XXVIII. Poſteriorum peculatũ definit, pecuniæ publicæ aut ſacræ furtum, non ab eo factum cuius periculo fuit. Et ideo æditum in his quæ ei tradita ſunt, peculatum non admittere.

II. *Cauſa: Si rem ſacram uel publicam intercipiat quis, uel in uſum ſuum conuertat. Hæc cauſa approbatur l. 4. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Lege Iulia peculatus tenetur, qui pecuniam ſacram, religioſam abſtulerit uel interceperit. Sed & qui donatum deo immortali abſtulerit, peculatus pœna tenetur. *Concordat l. 1. ff. eod. tit. his uerbis:* Lege Iulia peculatus cauetur, ne quis ex pecunia ſacra, religioſa publicaue auferat: neue intercipiat, uel in rem ſuam uertat: neue faciat, quo quis auferat, niſi cui utiq; lege licebit: neue quis in aurũ argentumue, aut æs publicum quid indat, neue immiſceat: neue quo quid indatur, immiſceatur, faciat ſciens dolo malo, quo id peius fiat. *Concordat item Inſt. de publ. iud. §. itẽ lex Iulia peculat. cuius uerba uide ∫. quæſt. 3. reg. 1.*

III. *Cauſa: Si in aurum argentumue aut æs publicum quid indat aut immiſceat, quo id peius fiat. Hæc cauſa approbatur uerbis d. l. 1. iam propoſitis hiſce:* Neue quis in aurum, &c.

IIII. *Cauſa: Si quaſi fiſci creditor debitum fiſci acceperit. Hæc cauſa approbatur l. 9. §. eodẽ capite. ff. ad l. Iul. peculatus, his uerbis:* Labeo ſcribit, non ſolùm pecuniam publicam, ſed etiam priuatam crimen peculatus facere: ſi quis quod fiſco debetur, ſimulans ſe fiſci creditorem, accepit, quamuis priuatam pecuniam abſtulerit. Is autem qui pecuniam traijciendam ſuſcepit, uel quilibet alius, ad cuius periculum pecunia pertinet, peculatum non committit.

V. *Cauſa: Si is qui in moneta publica operatur, extrinſecus ſibi pecuniam forma publica ſignat, uel ſignatam furatur. Hæc cauſa approbatur l. 6. §. qui cum. ff. d. tit. cuius uerba uide ī. lib. 4. cap. 8. quæſt. 1. cauſa 12. except. 3.*

VI. *Cauſa: Si in tabulis publicis minorem quantitatem ſcripſerit, quàm quid uenierit aut locatum ſit. Hæc cauſa approbatur l. 10. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Hac lege tenetur, qui in tabulis publicis minorem pecuniam, quàm quid uenierit aut locatũ erit, ſcripſerit, aliudue quid ſimile commiſerit.

VII. *Cauſa: Si quis publicarum tabularum inſpiciendarum deſcribendarumq; poteſtatem, ſine iuſſu eius qui ei rei præeſt, alicui fecerit. Hæc cauſa approbatur l. 9. §. ſenatus. ff. d. tit. his uerbis:* Senatus iuſsit lege peculatus teneri eos, qui iniuſſu eius qui ei rei præerat, tabularum publicarum inſpiciendarum deſcribendarumq; poteſtatem fecerint.

VIII. *Cauſa: Si quis pecuniam publicam in uſus aliquos retinuit, nec erogauit. Hæc cauſa approbatur ibidem his uerbis:* Eum quoq; qui pecuniam publicam in uſus aliquos retinuerit, nec erogauerit: hac lege teneri, Labeo lib. XXXVIII. Poſteriorum ſcripſit.

IX. *Cauſa: Si quis debitum exigat à debitore ſuo, qui & fiſco debet. Hæc cauſa reprobatur l. 12. ff. ad l. Iul. peculatus, his uerbis:* Peculatus nequaquã committitur, ſi exigam ab eo pecuniã, qui & mihi & fiſco debet. Non enim pecunia fiſci intercipitur, quæ debitori eius aufertur: ſcilicet quia manet debitor fiſci nihilo minus.

X. *Cauſa: Si tabulã legis, formãue agrorũ aut quid aliud continentẽ refixerit, uel quid inde imminuerit, deleuerit uel induxerit. Hæc cauſa approbatur l. 8. ff. d. tit. his uerbis:* Qui tabulã æreã legis, formãue agrorũ aut quid aliud cõtinẽtem, refixerit, uel quid inde immutauerit: lege Iulia peculatus tenetur. Eadẽ lege tenetur, q̃ q̃d in tabulis publicis deleuerit uel induxerit.

XI. *Cauſa: Si muros perforauit, uel inde aliquid abſtulit. Hæc cauſa approbatur l. 11. ff. d. tit. cuius uerba uide ī. lib. 12. cap. 10. reg. 17.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM cauſarum generales.

I. *Exceptio: Niſi nõ in publica, ſed in priuata pecunia crimẽ commiſſum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. ad l. Iul. peculat. cuius uerba uide ∫. eod. cap. de ſacrilegio, quæſt. 1. cauſa 1. ex. 2. Eius replicatio proponitur l. 9. §. eodẽ. ff. ad l. Iul. peculatus. cuius uerba uide ī. cauſa 4.*

II. *Except. Niſi in rẽ ciuitatis cõmiſſũ ſit: reprobatur l. 4. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Etſi de rẽ ciuitatis aliq̃d ſubripiatur: cõſtitutionib. diuorum

Principũ Traiani & Hadriani cauetur, peculatus crimen committi. Et hoc iure utimur. *Contradicit l.83. ff. de furtis, his uerbis*: Ob pecuniã ciuitati ſubtractam actione furti, non crimine peculatus tenetur. *Alciatus Diſpunctionum lib. 2. cap. 3. dicit, in antiquo exemplari ita referri*: Ob pecuniam ciuitati ſubtractã actione furti, nec nõ crimine peculatus tenetur.

III. *Exceptio: Niſi in præda ab hoſtibus capta commiſſum ſit. reprobatur l. 13. ff. ad l. Iul. peculatus, his uerbis*: Is qui prędam ab hoſtibus captã ſubripuit: lege peculatus tenetur, & in quadruplum damnatur.

IIII. *Exceptio: Niſi theſaurum è loco religioſo ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur l. 4. §. non fit. ff. d. tt. cuius uerba uide s. lib. 26. cap. 2. de loco religioſo, quæſt. 2. except. 11.*

V. *Exceptio: Niſi is cuius periculo res eſt, eam ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. Labeo. ff. d. tt. cuius uerba uide s. cauſa 1.*

II. ADVERSVS QVOS ACcuſatio propoſita competit?

I. *Regula, De eo cuius dolo contra legem peculatus factum eſt, proponitur l. 1. ff. ad l. Iul. peculatus. cuius uerba uide s. quæſt. prox. cauſa 2.*

II. *Regula, De eo qui furanti ſignum præbuit, proponitur l. 6. §. fin. ibi: is autem qui. ff. d. tt. cuius uerba uide j. quæſt. prox. reg. 3.*

III. *Regula, De eo qui aurum publicum ſubreptum habuit & conflauit, proponitur d. §. fin.*

IIII. *Regula, De miniſtris & iis qui ſubreptas pecunias ſuſceperunt, proponitur Inſt. de publ. iud. §. item lex Iul. pecul. cuius uerba uide j. quæſt. prox. reg. 1. Concordat l. unica. C. de crimine peculatus. cuius uerba uide j. d. reg. 1.*

V. *Regula, De heredibus, proponitur l. ult. ff. ad l. Iul. peculatus. cuius uerba uide s. lib. 2. ca. 3. action. 1. quæſt. 2. reg. 2.*

III. QVID VENIAT IN accuſatione propoſita, ſeu de pœnis peculatus.

I. *Regula, De capitis pœna & deportatione, proponitur Inſt. de publ. iud. §. item lex Iulia peculatus, his uerbis*: Lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam pecuniam, uel rem ſacram, uel religioſam furati fuerint. Sed ſiquidem ipſi iudices tẽpore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerint, capitali animaduerſione puniuntur. Et nõ ſolùm hi, ſed etiam qui miniſteriũ eis ad hoc exhibuerint, uel qui ſubtractas ab eis ſcientes ſuſceperint. Alij uerò qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis ſubiugentur. *Concordat l. unica. C. de crimine peculatus, his uerbis*: Iudices qui tempore adminiſtrationis publicas pecunias ſubtraxerunt, lege Iulia peculatus obnoxij ſunt. & capitali animaduerſione eos ſubdi iubemus: ijs quoq; nihilominus, qui miniſterium eis ad hoc adhibuerũt, uel qui ſubtractas ab ijs ſcientes ſuſceperunt, eadem pœna percellendis. *Concordat item l. 3. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. reg. prox. Concordat item l. 10. §. diuus. ff. eod. tt. cuius uerba uide j. de ſacrilegio, quæſt. 3. reg. 1.*

II. *Regula, De aquæ & ignis interdictione, proponitur d. l. 3. his uerbis*: Peculatus pœna aquæ & ignis interdictionem, in quã hodie ſucceſſit deportatio, continet. Porrò qui in eum ſtatum deducitur, ſicut omnia priſtina iura, ita & bona amittit.

III. *Regula, De exilio & metallo, proponitur l. 6. §. fin. ff. d. tt. his uerbis*: Si quis ex metallis Cæſarianis aurum argentumúe furatus fuerit, ex edicto diui Pij exilio uel metallo pro dignitate perſonæ punitur. Is autem qui furanti ſignum præbuit, perinde habetur atque ſi manifeſti furti cõdemnatus eſſet, & famoſus efficitur. Qui autẽ aurum ex metallo habuit illicitè, & conflauerit: in quadruplum cõdemnatur. *Concordat l. 18. in prin. ff. de pœnis, hiſce uerbis*: Si quis aliquid ex metallo Principis, uel ex moneta ſacra furatus ſit: pœna metalli aut exilij punitur.

IIII. *Regula, De pœna quadrupli, proponitur uerbis d. l. 6. §. fin. s. reg. prox. propoſitis hiſce*: Is autem qui furanti, &c. *Item hiſce*: Qui autem aurum, &c. *Cõcordat l. 13. ff. d. tt. ad l. Iul. peculatus. cuius uerba uide s. quæſt. 1. except. 3.*

IIII. QVAMDIV COMPETIT accuſatio peculatus?

Intra quinquennium. Quæ regula approbatur l. 7. ff. d. tt. his uerbis: Peculatus crimen ante quinquennium admiſſum obijci non oportebit.

V. EVENTVS.

Damnatus ſicut omnia iura, ita bona quoq; amittit. Quæ regula approbatur l. 3. ff. ad l. Iul. peculatus. cuius uerba uide s. quæſt. 3. reg. 2.

VI. ADFINIA REMEDIA ſequuntur.

II. DE SACRILEGII CRIMINE.

I. Cauſæ ex quibus accuſatio ſeu pœna ſacrilegij competit.

I. *Cauſſa: Si ſacrilegium factum ſit. Hæc cauſſa declaratur definitione ſacrilegij, l. 9. in prin. ff. ad l. Iul. peculatus. his uerbis*: Sacrilegi ſunt, q publica ſacra cõpilauerũt. *Huius cauſæ ſeu definitionis exceptio prima hæc eſt: Niſi priuata ſacra uel ædiculas incuſtoditas tẽtauerit. Hæc exceptio approbatur ibidẽ his uerbis*: Qui priuata ſacra, uel q ędiculas incuſtoditas tẽtauerint: amplius q̃ fures, minus quã ſacrilegi merentur. Quare quod ſacrũ, quodúe admiſſum in ſacrilegij crimen cadat, diligẽter cõſiderãdũ eſt. *Altera exceptio eſt: Niſi rem priuatã è loco ſacro ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur l. 5. ff. d. tt. his uerbis*: Diui Seuerus & Antoninus Caſsio Sexto re-

ſcripſe-

ſcripſerunt: res priuatorum ſi in ædem ſacram depoſitæ, ſubreptæ fuerint: furti actionem, non ſacrilegij eſſe.

II. Cauſa: Si ſepulchrum uiolauerit. Hæc cauſa approbatur l. 5. C. de ſepulchro uiolato. cuius uerba uide ʒ. lib. 26. cap. 1. quæſt. 2. cauſa 3.

III. Cauſa: Si diuinam legem non obſeruat, uel in his articulis fidei errat. Hæc cauſa approbatur l. 1. C. de crimine ſacrilegij, his uerbis: Qui diuinæ legis ſanctitatem aut neſciendo amittunt, aut negligendo uiolant & offendunt, ſacrilegium committunt.

IIII. Cauſa: Si de iudicio principis dubitat. Hæc cauſa approbatur l. 2. C. d. tit. cuius uerba uide ī. lib. 2. cap. 7. reg. 1.

II. Aduerſus quos?

De eo cuius dolo alius ſacrilegium commiſit, proponitur l. 10. §. diuus. ff. ad l. Iul. peculatus. cuius uerba uide ʒ. quæſt. prox. reg. 1.

III. Quid ueniat, ſeu quæ pœna ſacrilegium puniatur?

I. Regula, De pœna extraordinaria, proponitur l. 4. §. mandatis. ff. d. tit. his uerbis: Mandatis cauetur, ut Præſides ſacrilegos, latrones, plagiarios conquirant, & ut quiſq; deliquerit, in eum animaduertant. Et ſic conſtitutionibus cauetur, ut ſacrilegi extra ordinem digna pœna puniantur. *Concordat l. 6. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Sacrilegij pœnam debebit proconſul pro qualitate perſonæ, proq; rei conditione, & temporis, & ætatis, & ſexus, uel ſeuerius uel clementius ſtatuere. Et ſcio multos etiã ad beſtias damnaſſe ſacrilegos, nonnullos & uiuos exuſſiſſe, alios uerò in furcas ſuſpendiſſe: ſed moderanda pœna eſt uſq; ad beſtiarum damnationem eorum qui manu facta templum effregerunt, & dona dei noctu tulerũt. Cæterùm ſi quis interdiu modicum aliquid ex templo tulit, pœna metalli coercendus eſt: aut ſi honeſtiore loco natus ſit, deportandus in inſulam eſt. *Ait Iuriſconſultus:* Deportandus in inſulam eſt. *Huic concordat l. 10. §. diuus. ff. eod. tit. his uerbis:* Diuus Seuerus & Antoninus quendam clariſsimum iuuenem, cum inuẽtus eſſet arculã in templo ponere, ibique hominem includere, qui poſt clauſum templum de arca exiret, de templo multa ſubtraheret, & ſe in arculam iterum referret: conuictum in inſulam deportarũt.

II. Regula, De capitis pœna, proponitur l. 9. in prin. ff. d. tit. his uerbis: Sacrilegi capite puniuntur.

III. DE RESIDVIS.

I. Cauſæ ex quibus hæc accuſatio competit.

I. Cauſa: Si pecuniam publicam in alium uſum delegatam retinuit, neq; in eum uſum conſumpſit. Hæc cauſa approbatur l. 4. ff. ad l. Iul. peculatus, his uerbis: Lege Iulia de reſiduis tenetur, qui publicam pecuniam delegatam in uſum aliquẽ retinuit, neq; in eum conſumpſit. *Concordat l. 4. §. lege Iulia. ibi: ſed & qui. ff. eod. tit. cuius uerba uide ʒ. cauſa prox. Concordat itẽ l. 9. §. eũ quoq;. ff. eod. tit. cuius uerba uide ī. de peculatu, quæſt. 1. cauſa 8.*

II. Cauſa. Si apud aliquem pecunia publica ex adminiſtratione reſedit, neq; eam reddit. Hæc cauſa approbatur d. § lege, his uerbis: Lege Iulia de reſiduis tenetur is, apud quem ex locatione, emptiõe, alimentaria ratione, ex pecunia quã accepit, aliaue qua cauſa pecunia publica reſedit. Sed & qui pecuniam publicã in uſum aliquẽ acceptam retinuerit, nec erogauerit, hac lege tenetur. Qua lege damnatus amplius tertia parte quàm debet, punitur. *Huius cauſæ exceptio hæc eſt: Niſi peregrè iturus pecuniã apud ſe, eſſe apud ærarium ſit profeſſus. Hæc exceptio approbatur l. 9. §. fin. ff. d. tit. his uerbis:* Cum eo qui cum in prouinciam abiret, pecuniam quæ penes ſe eſſet, ad ærariũ profeſſus retinuerit: non eſſe reſiduæ pecuniæ actionẽ, Labeo ſcripſit: quia eam priuatus fiſco debebat. Et ideo inter debitores eum referri: eamq; ab eo is qui hoc imperio utitur, exigere: ſcilicet pignus capiendo, corpus retinendo, mulctam dicendo. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi intra annum pecunia non reſtituatur. Hæc replicatio approbatur ibidem his uerbis:* Sed eam quoque lex Iulia reſiduorum poſt annum reſiduam eſſe iuſſit.

II. Quid ueniat, ſeu quæ pœna puniatur.

Hac lege damnatus amplius tertia parte quàm debet, punitur. Quæ regula approbatur uerbis d. §. lege, paulò ſuperius propoſitis.

EXPILATAE HAEREditatis. Cap. VIII.

PRimò: *Ratio huius actionis proponitur l. ult. C. de crimine expilatæ hæreditatis, hiſce uerbis:* Expilatæ hæreditatis crimen locò deficientia actionis intendi conſueuiſſe, non eſt iuris ambigui. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ʒ. lib. prox. cap. 1. quæſt. 2. except. 10 & 11. Item concordat l. 2. in prin. ff. eod. tit. cuius uerba uide ʒ. quæſt. 3.*

II. CAVSA HVIVS ACTIonis.

Si res hæreditaria ſubrepta ſit. Hæc cauſa approbatur l. 1. ff. expilatæ hæreditatis, hiſce uerbis: Si qs alienã hęreditatẽ expilauerit: extraordinariè ſolet coerceri p accuſationẽ expilatę hæreditatis, ſicut in oratiõe diui Marci cauetur. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uxor uiri hæreditatem expilauerit. Quæ exceptio approbatur l. 5. ff. eod. tit. his uerbis:* Vxor expilatæ hæreditatis crimine idcirco non

non accuſatur, quia nec furti cum ea agitur. *Concordat l.11.ff.negoctior.geſtor. his uerbis:* Hæres uiri defuncti uxorem, quæ res uiri tempore nuptiarum in ſua poteſtate habuit, expilatæ hæreditatis poſtulare non debet. Prudentius itaq; fecerit, ſi ad exhibendum & negociorum geſtorum (ſi negocia quoque uiri geſſit) cum ea fuerit expertus. *Concordat item l 4.C.de crimine expilatæ hered.his uerbis:* Aduerſus uxorem quæ ſocia rei humanæ atq; diuinæ domus ſuſcipitur, mariti diem ſuum functi ſucceſſores expilatæ hæreditatis crimen intendere nõ poſſunt. Ideo res quas per eandem abeſſe quereris, competenti in rem actione: uel ſi dolo malo fecerit, quo minus res mobiles poſsideret, ad exhibẽdum perſequere. Fructus autem rerum quas mala fide tenuit, licet expilatæ hæreditatis non teneatur crimine, ſuos non facit: ſed extantes quidem uindicari, conſumptos uerò condici poſſe, procul dubio eſt. *Secunda exceptio eſt: Niſi heres rem hereditariam abſtulerit. Hæc exceptio approbatur l.3. C. familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide ſ̃.lib. 44.cap. 9. queſt.3. cauſa 3. Tertia exceptio uidetur: Niſi uitricus heredis rem hereditariam ſubripuerit. Hæc exceptio reprobatur l.2.C.de crimine expilatæ hered.his uerbis:* Expilatæ hæreditatis crimen aduerſus uitricum adito præſide prouinciæ perſequi non prohiberis. *Quarta exceptio uidetur: Niſi nouerca heredis rem hereditariam ſubripuerit. Hæc exceptio reprobatur l. 3.C.d.tt.his uerbis:* Si aui tui hæreditatem adijſti, expilatæ hæreditatis crimine aduerſus nouercam quondam tuam experiri nõ prohiberis. *Quinta exceptio eſt: Niſi res aliena ex hereditate ſit ſubrepta: puta commodata defuncto, uel pignori data. Hæc exceptio approbatur l. 14.§.ſi res.ff. de furtis.cuius uerba uide ſ̃.lib. prox. cap.4.reg.11.except.1. Sexta exceptio eſt: Niſi non ante, ſed poſt aditam hereditatem res ſit ſubrepta. Hæc exceptio approbatur l.1. C. de crimine expilatæ hered.his uerbis:* Expilatæ quidem hæreditatis crimen intentare non potes, quando communis arcæ rebus inſpectis claues traditas cohæredi profitearis. Sed cum de his exhibendis apud iudicem quæreretur, rationem compenſationis induci non oportuit: exhibitis enim quæ deſiderantur, ſuis iudicibus directa quæſtio derelinquenda eſt. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi heres poſſeßionem rerum hereditariarum nondum erat nactus. Hæc replicatio approbatur l.2.§. apparet. ff. expilatæ hered. his uerbis:* Apparet, expilatæ hæreditatis crimen eo caſu intendi poſſe, quo caſu furti agi non poteſt: ſcilicet ante aditam hæreditatem, uel poſt aditam, ſcilicet antequam res ab hærede poſſeſſæ ſunt. Nam in hoc caſu furti actionem non competere, palàm eſt: quamuis ad exhibendum agi poſſet, ſi qui uindicaturus exhiberi deſideret, palàm ſit. *Septima exceptio eſt: Niſi ſubripiens ignorauit rem hereditariam eſſe. Hæc exceptio reprobatur l.6 ff.d. tt.cuius uerba uide ſ̃. lib. prox. cap.3. queſtione 2. except.10.*

III. APVD QVEM COMpetit actio propoſita?

Apud præſidem prouinciæ. Quæ regula approbatur l. 2. in prin. ff. expilatæ hered. his uerbis: Si expilatæ hæreditatis crimen intendatur, præſes prouinciæ cognitionem ſuam accommodare debet. Cum enim furti agi nõ poteſt, ſolum ſupereſt auxilium Præſidis. *Concordat l.3.ff.eod.tt.cuius uerba uide ĩ.queſt. ult.reg.1.*

IIII. QVID VENIAT IN Actione propoſita?

Expilatæ hereditatis pœna extraordinaria eſt. Quæ regula approbatur d.l.3.Concordat l.1. ff. eod. tt.cuius uerba uide ſ̃.queſt.2.in prin. Planè heres qui expilauit hereditatem, in duplum id reſtituere tenetur. quæ pœna approbatur l.22. §.illo uidelicet.C. de iure deliberandi. cuius uerba uide ſ̃. libro 10.cap. 2.queſt.6.

V. EVENTVS.

I. *Regula: Vno heredum agente, prodeſt ſententia eius quoque cohæredibus. Quæ regula approbatur l.4.ff.expilatæ hereditatis, his uerbis:* Res hæreditarias omnium hæredum fuiſſe cõmunes, Paulus ait. Et ideo eum qui expilatæ hæreditatis crimen obiecit, & obtinuit, etiam cohæredi profuiſſe uideri.

II. *Regula: Expilatam eſſe hereditatem, legatarijs non obeſt. Quæ regula approbatur l.5.C.de crimine expilatæ hered. his uerbis:* Obtentu expilatæ hæreditatis emolumentum legatorum, maximè ſuſpenſa cognitione, legatarijs iiſdemque libertis defuncti auferri non oportet.

VI. ADFINIA REMEdia.

I. *Regula: In poteſtate heredis eſt, utrum expilatæ hereditatis iudicio, an petitione hereditatis experiri uelit. Quæ regula approbatur l.3.ff.expilatæ hered.his uerbis:* Diuus Seuerus & Antoninus reſcripſerunt: electionem eſſe, utrum quis uelit crimen expilatæ hæreditatis extra ordinem apud Præfectum urbi uel apud Præſides agere, an hæreditatem à poſſeſſoribus iure ordinario uindicare.

II. *Regula, De rei uendicatione, & ad exhibendum actione, proponitur l.17.C.de furtis, hiſce uerbis:* Quamuis etiam expilatæ hæreditatis criminis promiſcuus uſus, exemplo actionis furti, erga uxorẽ fieri non patiatur: tamẽ hæredes, itẽq; filij ſuper his quæ de patris bonis

bonis poſsidet, aduerſus eam in rem actione experiri non prohibentur. *Concordat l. 4. C. de crimine expilatæ hered. cuius uerba uide ĩ. queſt. 2 except. 1. Concordat item l. 2. in fine ff. eod. tit. cuius uerba uide ĩ. d. queſt. 2 except. 6. repl. 1.*

III. Regula, *De familiæ erciſcundæ iudicio, proponitur l. 3. C. familiæ erciſcundæ. cuius uerba uide ĩ. lib. 44. cap. 9. queſt. 1. cauſa 3.*

IIII. Regula, *De negociorum geſtorum actione, proponitur l. 32. ff. de negocijs geſtis. cuius uerba uide ĩ. queſt. 2. except. 1.*

V. Regula, *De furti actione, proponitur l. 70. §. fin. ff. de adeunda hered. cuius uerba uide ĩ. lib. 30. cap. 3. reg. 2. except. 20.*

DE SERVI CORRVPTI actione. Cap. IX.

PRimò: *Verba edicti quo actio hæc eſt introducta, proponuntur l. 1. in prin. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Ait Prætor, Qui ſeruum ſeruáue alienũ alienáue recepiſſe pſuaſiſſeúe quid ei dicetur dolo malo, quo eum eamúe deteriorem faceret: in eum quáti ea res erit, in duplum iudicium dabo.

II. CAVSAE EX QVIBVS actio propoſita competit.

I. *Cauſa: Si quis alienum ſeruum recepit. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti iam propoſitis. Concordat l. 1. C. ad l. Fabiam de plegiar. cuius uerba uide ĩ. lib. 4. cap. 6. queſt. 2. cauſa 1. Declaratur hæc cauſa l. 1. §. quod aũt. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Quod Prætor ait, Recepiſſe: ita accipimus; ſi ſuſceperit ſeruum alienum ad ſe. Et eſt propriè recipere, abſcondendi cauſa refugium ſeruo præſtare, uel in ſuo agro, uel in alieno loco ædificioúe.

II. *Cauſa: Si alieno ſeruo quid perſuaſit, quo deterior fieret. Hæc cauſa approbatur uerbis edicti paulo ſuperius propoſitis. Declaratur d. l. 1. §. perſuadere, his uerbis:* Perſuadere eſt plus quàm compelli atque cogi ſibi parère. Sed perſuadere τὸν μέσον ἐστι, nam & bonum conſilium quis dando poteſt ſuadere, & malum. Et ideo Prætor adiecit: Dolo malo, quo eum deteriorem faceret. neque enim delinquit, niſi qui tale aliquid ſeruo perſuadat, ex quo eum faciat deteriorem. Qui igitur ſeruum ſolicitat ad aliquid uel faciendum, uel cogitandum improbè: hic uidetur hoc edicto notari. *Huius exempla uide J. except. 11.*

III. *Cauſa: Si ſeruum alienum ſolicitauit ad aliquid faciendum uel cogitandum. Hæc cauſa approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Qui igitur ſeruum ſolicitat, &c. *Concordat l. 4. C. de furtis, cuius uerba uide ĩ. lib. prox. cap. 3. queſt. 2. cauſa 40.*

IIII. *Cauſa: Si malum ſerui propoſitum laudauit. Hæc cauſa approbatur l. 1. §. ſed utrum, in fine. ff. de ſeruo corrupto. cuius uerba uide J. except. 8.*

V. *Cauſa: Si ſeruum alienũ flagellauerit. Hæc cauſa approbatur l. 2. §. penult. ff. de priuatis delict. cuius uerba uide J. li. 48. ca. 16. exc. 5 diſt. 3. repl. 2 dupl. 1.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM cauſarum generales.

I. *Exceptio: Niſi proprietarius uel uſufructuarius ſerui eum corruperit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. §. ſi in ſeruo. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Si in ſeruo ego habeam uſumfructum, tu proprietatem: ſiquidem à me ſit deterior factus, poteris mecum experiri: ſin uerò tu id feceris, ego agere utili actione poſſum. Ad omnes enim corruptelas hæc actio pertinet: & intereſſe fructuarij uidetur, bonæ frugi ſeruum eſſe, in quo uſumfructum habet. Et ſi fortè alius eum receperit, uel corruperit: utilis actio fructuario competit.

II. *Exceptio: Niſi bonæ fidei poſſeſſor ſeruũ corruperit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. 1. ff. d. tit. his uerbis:* Qui bona fide ſeruum emit, hoc edicto non tenebitur: quia nec ipſe poterit ſerui corrupti agere: quia nihil eius intereſt ſeruum non corrumpi. Et ſanè ſi quis hoc admiſerit, eueniet ut duobus ſerui corrupti actio cõpetat: quod eſt abſurdũ. Sed nec eum cui bona fide homo liber ſeruit, hanc actionem poſſe exercere, opinamur.

III. *Exceptio: Niſi ſocius ſeruum communẽ corruperit. Hæc exceptio reprobatur l. 9. in prin. ff. de ſeruo corrupto. cuius uerba uide J. queſt. ult. except. 3.*

IIII. *Exceptio: Niſi ſeruus communis ſeruũ proprium corruperit, uel ſeruus cõſeruum. Hæc exceptio approbatur l. 14. §. ſi ſeruus. ff. d. tit. his uerbis:* Si ſeruus communis meus & tuus propriũ meũ ſeruũ corruperit: Sabinus ait, non poſſe agi cum ſocio: perinde ac ſi proprius meus ſeruus corrupiſſet conſeruum.

V. *Exceptio: Niſi ſeruus, in quo uſumfructum habeo, proprium meum ſeruum corruperit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 14. §. ſi is in quo, his uerbis:* Si is in quo uſumfructũ habeo, ſeruum meũ corruperit: erit mihi actio cum domino proprietatis.

VI. *Exceptio: Niſi uxor ſeruum mariti corruperit. Hæc exceptio reprobatur l. ult. ff. d. tit. his uerbis:* Serui corrupti nomine & cõſtáte matrimonio marito in mulierem datur actio, ſed fauore nuptiarum in ſimplum.

VII. *Exceptio: Niſi parẽs filij, uel patronus liberti ſeruũ corruperit. Hæc exceptio approbatur l. 6. ff. de obſequijs à libertis. cuius uerba uide ĩ. lib. 16. cap. 2. queſt. 5. reg. 4.*

VIII. *Exceptio: Niſi malum ſeruum corrupit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. ſed utrum. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Vtrum ita tenetur, ſi bonę frugi ſeruum pepulit ad delinquendum: an uerò & ſi malum hortatus eſt, uel malo ſeruo mõſtrauit quẽadmodũ faceret? Et eſt uerius, etſi malo monſtrauit, quem in mo-

in modum delinqueretur: teneri eũ. Imò etſi eret ſeruus omnimodo fugiturus, uel furtum facturus, hic uerò laudetor huius propoſiti extitit: tenetur. Non enim oportet laudando augere maliciam. Siue ergo bonum ſeruum fecerit malum, ſiue malũ deteriorem: corrupiſſe uidetur.

I X. Exceptio: *Niſi hæreditarium ſeruum corrupit. Hæc exceptio reprobatur l. 13. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Etſi quis ſeruum hæreditarium corruperit, hac actione tenebitur: ſed & petitione hæreditatis, quaſi prædo, tenebitur.

X. Exceptio: *Niſi non ſeruum, ſed liberum hominem corrupit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. ſed nec eam. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. except. 2. Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi filiumfamiliâs corrupit. Hæc replicatio approbatur l. 14. §. 1. ff. d. tt. his uerbis:* De filio filiaue familiâs corruptis huic edicto locus non eſt: quia ſerui corrumpi conſtituta hæc actio eſt. qui in patrimonio noſtro eſſet: & pauperiorem ſe factũ eſſe dominus probare poteſt, dignitate & fama domus integra ei manente. Sed utilis competit officio iudicis æſtimanda: quoniam intereſt noſtra animum liberorũ noſtrorum non corrumpi.

X I. Exceptio, *ſumpta ex re quam ſeruo alieno perſuaſit, reprobatur, & exempla ſuperioris cauſa ſecunda proponuntur l. 1. §. fin. cum lege ſequente. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Is deteriorem facit, qui ſeruo perſuadet, ut iniuriam faceret uel furtum, uel ut alienum ſeruum ſollicitaret, uel ut peculium intricaret, aut amator exiſteret, uel errori uel malis artibus eſſet deditus: uel in ſpectaculis nimius, uel ſeditioſus: uel ſi actori ſuaſit ſiue uerbis ſiue precio, ut rationes dominicas intercideret uel adulteraret, uel etiam ut rationẽ ſibi commiſſam turbaret: uel ſi luxurioſum uel contumacem facit: quive ut ſtuprum pateretur, perſuadet. *Aliud exemplum proponitur l. 3. §. unde quæritur. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. except. prox. Aliud exemplum proponitur l. 15. ff. eod. tt. his uerbis:* Corrumpitur animus ſerui, & ſi perſuadetur ei, ut dominum contẽnat. *Aliud exemplum proponitur l. 5. ff. de extraord. criminib. cuius uerba uide ſ. lib. 2. cap. 7. reg. 7.*

X I I. Exceptio: *Niſi ſine dolo malo factum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 1. cum lege ſequente. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Dolo malo edicto, calliditatem notat Prætor eius qui perſuadet. Cæterùm ſine dolo ſi quis deteriorem fecerit (uelſi luſus gratia fecerit) non tenetur. Unde quæritur, ſi quis ſeruo alieno ſuaſerit, in tectum ut aſcẽderet, uel in puteum deſcenderet, & ille parens aſcenderit uel deſcenderit, & ceciderit, cruſque uel quid aliud fregerit, uel perierit: an teneatur? Et ſi quidem ſine dolo malo fecerit, non tenetur: ſi dolo malo, tenebitur. Sed commodius eſt, utili lege Aquilia eum teneri. *Concordat l. 5. in prin. ff. eod. tt. his uerbis:* Doli uerbum etiam ad eum qui recepit, referendũ eſt: ut non alius teneatur, niſi qui dolo malo recepit. Cæterùm ſi quis ut domino cuſtodiret receperit, uel humanitate, uel miſericordia ductus, uel alia probata atq; iuſta ratione: non tenebitur.

X I I I. Exceptio: *Niſi liberum hominem putans eũ corrupit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 5. §. ſi quis dolo, his uerbis:* Si quis dolo malo perſuaſerit quid ſeruo, quem liberum putabat: mihi uidetur teneri eum oportere. magis enim delinquit, qui liberum corruperit. Et ideo ſi ſeruus fuerit, tenebitur.

X I I I I. Exceptio: *Niſi ſuadendo ſeruum non fecerit deteriorem. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. perſuadere. ibi: & ideo. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. cauſa 2. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi cũ ſeruus etiã ſine ſuaſione delictum eſſet commiſſurus, quia eius malum propoſitum laudauerit. Quæ replicatio approbatur d. l. 1. §. ſed utrum. ibi: imò etſi. cuius uerba uide ſ. except. 8. Altera replicatio eſt: Niſi cũ qs ſeruo ſuaſiſſet, ut rẽ domino auferret, et ad ſe pferret: ſeruus domino id indicauerit, dominusq; ſeruo rẽ dedit ad corruptorẽ perferendã. Hæc replicatio approbatur inſt. de obligat. quæ ex delicto naſc. §. unde illud quæſitum, his uerbis:* Quæſitum eſt, cũ Titius ſeruum Mæuij ſollicitauerit, ut quaſdam res domino ſubriperet, & ad eum perferret, & ſeruus id ad Mæuium pertulerit: Mæuius autem dum uult Titium in ipſo delicto deprehendere, permiſerit ſeruo quaſdam res ad eum perferre: utrum furti, an ſerui corrupti iudicio teneatur Titius, an neutro? Et cùm nobis ſuper hac dubitatione ſuggeſtum eſt, & antiquorum prudẽtum ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibuſdam neq; furti neq; ſerui corrupti actionem præſtantibus, quibuſdam furti tãtũmodo: nos huiuſmodi calliditati obuiam euntes, per noſtram deciſionem ſancimus, non ſolùm furti actionem, ſed & ſerui corrupti contra eum dari. Licet enim is ſeruus deterior à ſollicitatore minimè factus eſt, & ideo non cõcurrant regulæ quæ ſerui corrupti actionem introducunt: tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſerui introductum eſt, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ſi reipſa fuiſſet ſeruus corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate & in alium ſeruum, qui facilè poſſet corrumpi, tale facinus à quibuſdam perpetretur. *Ait Imp* Per noſtrã deciſionem. *hæc deciſio habetur l. 20. C. de furtis, hiſce uerbis:* Si quis ſeruo alieno ſuaſerit aliquã rem domini ſubripere, & ad ſe deferre, ſeruus autem hoc domino manifeſtauerit, & domi-

domino concedente res eius ad iniquam huiuſmodi ſuaſionis authorem pertulerit, & ipſe inuentus fuerit eam detinens: quali teneatur actione is qui eũ ſuſcepit. utrũ ne pro occaſione furti, an pro ſeruo, quia eum corrumpere uoluerit, ut non ſolùm furti, ſed etiam corrupti ſerui obligetur: ueteres dubitauerunt. Nobis itaq; eorum altercationes decidẽtibus, placuit nõ ſolùm furti actionem, ſed etiam ſerui corrupti contra eum dare. Licet enim ſeruus deterior minimè factus eſt: tamẽ conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſerui introductum eſt: & quemadmodum ſecundum iuris regulas furtum non eſt cõmiſſum (quia is uidetur furtum committere, qui cõtra uoluntatem rei eius cõtrectat) ipſe autem furti actione propter dolũ ſuum tenetur: ita & ſerui corrupti contra eum actio propter ſuum uicium non ab re extendatur, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam ipſe re fuiſſet ſeruus corruptus: ne ex huiuſmodi impunitate & in alium ſeruum, qui poſſet corrumpi, hoc facere pertentet.

X V. *Exceptio: Niſi ſeruus corruptus alienatus, manumiſſus, uel mortuus ſit. Hæc exceptio reprobatur l.5. §.fin. cum duab. legib. ſequentibus. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Hæc actio refertur ad tẽpus ſerui corrupti uel recepti, non ad præſens. Et ideo ſi deceſſerit, uel alienatus ſit, uel manumiſſus: nihilominus locum habebit hæc actio. nec enim extinguitur manumiſsione ſemel nata actio. Præteritæ enim utilitatis æſtimatio in hoc iudicio uerſatur. Nam & mali ſerui forſitan conſequũtur libertatem, & poſterior cauſa interdũ tribuit manumiſsionis iuſtam rationem. *Concordat l. 16. ff. eod. tt. his uerbis:* Dominus ſeruum diſpenſatorem manumiſit, poſtea rationes ab eo accepit: & cum de ijs non conſtarat, comperit apud quandam mulierem pecuniam eum conſumpſiſſe: quærebatur, poſſet'ne agere ſerui corrupti cum ea muliere, cum is ſeruus iam liber eſſet? Alfenus reſpondit, poſſe: ſed etiam furti de pecunijs quas ſeruus ad eam detuliſſet.

X V I. *Exceptio: Niſi ſemel actum ſit. Hæc exceptio ipſo quidem iure ſubſiſtit, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi ex alia maleficij ſpecie ſit actum, & de alia re. Hæc replicatio approbatur l.11. §.quamuis, cũ lege ſequente. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Quãuis rerum ſubtractarum nomine ſerui corrupti competit actio: tamen & furti agere poſſumus. Ope enim & conſilio ſollicitatoris uidentur res abeſſe. Nec ſufficit altera tre actione egiſſe: quia altera alteram non minuit. Idem & in eo qui ſeruum recepit, & celauit, & deteriorẽ fecit, Iulianus ſcribit. Sunt enim diuiſa inter ſe maleficia furis, & eius qui deteriorem ſeruum fecit. Hoc amplius, & condictionis nomine tenebitur. Quamuis enim condictione hominem, pœnam autem furti actione conſecutus ſit: tamen & quod intereſt debebit conſequi actione ſerui corrupti: quia manet reus obligatus etiam rebus redditis.

X V I I. *Exceptio: Niſi unus ex duobus ſocijs ſerui corrumpentis conuentus, pœnam ſoluerit. Hæc exceptio approbatur l.14. §.item ſi ſeruus, in fine. ff. d. tt. cuius uerba uide 3. quæſt. 6. reg. 9.*

III. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. *Regula, De domino ſerui corrupti. Regulariter domino ſerui corrupti hæc actio datur, non alij. Cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi ſeruus ab alio bona fide poſsideatur: hoc enim caſu bonæ fidei poſſeſſori actio uidetur danda. Sed hæc exceptio reprobatur l.1. §.1. ibi: quia nec ipſe. ff. de ſeruo corrupto. cuius uerba uide ĩ. quæſt. prox. except. 1. Altera exceptio eſt: Niſi alius in ſeruo corrupto uſumfructum habeat: nam & huic actio propoſita competit. Quæ exceptio approbatur l.9. §.ſi in ſeruo. ff. d. tt. cuius uerba uide ĩ. quæſt. prox except. 1. Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus corruptus alij pignori ſit datus. Hæc exceptio reprobatur l.14. §.pignori. ff. d. tt. his uerbis:* Pignori dati nomine debitor hanc actionem habet.

II. *Regula, De hærede eius cui competebat actio propoſita. Huic quoq; eadem competit actio. Quæ regula approbatur l.13. in prin. ff de ſeruo corrupto, his uerbis:* Hæc actio perpetua eſt, non temporaria: & hæredi cæteriſq; ſucceſſoribus competit. in hæredem autem non datur: quia pœnalis eſt. *Huius regulæ exceptio uidetur eſſe: Niſi ſeruus corruptus alij legatus ſit, uel alio modo è hæreditate alienatus. Hæc exceptio reprobatur l.8. ff. d. tt. his uerbis:* Et hæres eius cuius ſeruus corruptus eſt, habet hanc actionẽ: nec ſolùm ſi manſerit in hæreditate ſeruus, ſed etſi exierit, fortè legatus.

IIII. ADVERSVS QVOS actio propoſita competit?

Aduerſus hæredem corrumpentis non datur. Quæ regula approbatur uerbis d. l.13. in prin. iam propoſitis.

V. PER QVOS COMpetit?

Etiam per procuratorem exerceri poteſt actio propoſita. Quæ regula approbatur l.4. in fine. C. de furtis. cuius uerba uide ĩ. li. prox. ca. 1. quæſt. 1. cauſa 40. Concordat l.1. C. ad l. Fabiam de plagiarijs. cuius uerba uide ĩ. lib 4. cap. 6. quæſt. 2. cauſa 1.

VI. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. *Regula: in duplum eſt actio. Quæ regula approbatur uerbis edicti l.1. in prin. ff. de ſeruo corru-*

p:o.cuius uerba uide ſ.eod.cap.in prin. Concordat l. 5.§.hæc actio.ff.eod.tt.his uerbis: Hæc actio etiam aduerſus fatentem in duplom eſt: quãuis Aquilia inficiantem duntaxat coercear. Concordat item l.9.§.datur.ff.eod.tt.cuius uerba uide J. reg.1. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi uxor ſeruum mariti corruperit.tunc enim in ſimplum datur actio. Quæ exceptio approbatur l.17. ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.quæſt.2. except.6. Altera exceptio eſt: Niſi ſeruus ſeruãve corrupiſſe dicetur: tunc enim dominus ſeruum noxæ dedendo liberatur. Quæ exceptio approbatur d.l.1.§.ſi ſeruum, his uerbis: Si ſeruus ſeruaue feciſſe dicetur, iudicium cum noxæ deditione redditur. Tertia exceptio eſt. Niſi quis ſeruum reipub. ad fugã ſolicitauerit, uel auocauerit: hic enim cũ corrupto aliam præterea ſeruum reſtituere tenetur, & duodecim ſolidorum ſummam ſoluere. Quæ exceptio approbatur l.1.C.de ſeruis fugitiuis.cuius uerba uide ſ. lib.19.cap.12.reg.1. Quarta exceptio: Niſi actor rerum agentis corruptus dicatur, uel alius cuius iactura ad totius domus euerſionem pertinet: hoc enim tãſu extraordinaria eſt pœna. Quæ exceptio approbatur l.ult.ff.de officio præſidis, hiſcẽ uerbis: Præſes cum agnoſcit de ſeruo corrupto, uel ancilla deuirginata, uel ſeruo ſtuprato: ſi actor rerum agentis corruptus eſſe dicetur, uel eiuſmodi homo, ut non ſolùm iactura aduerſus ſubſtantiam, ſed ad totius domus euerſionem pertineat: ſeueriſsimè animaduertere debet. Quinta exceptio eſt: Niſi cuius inſtinctu ſeruus ad infamandum dominum ad ſtatuam confugit: in hunc enim præter propoſitam pœnã ſeuerè animaduertetur. Quæ exceptio approbatur l. 5.ff.de extraord.criminib. cuius uerba uide ſ.lib.20. cap.7.reg.4.

II. Regula: Ipſa res in duplo nõ continetur. Quæ regula approbatur l.14.§.in hac.ff. de ſeruo corrupto, his uerbis: In hac actione extra rem duplum eſt. Id enim quod damni datum eſt, duplicatur.

III. Regula: Quanti ea res eſt, duplatur. Quæ regula approbatur uerbis edicti l.1.in prin.ff.de ſeruo corrupto.quæ uide ſ.eod.cap.in prin.Concordat l.9.§.fin ff.eod.tt.cuius uerba uide J.proximè.Declaratur hæc regula d.§.fin. his uerbis: Datur hæc actio, quanti ea res erit, in duplum. Sed quæſtionis eſt, æſtimatio utrum eius duntaxat fieri debeat, quod ſeruus in corpore uel in animo damni ſenſerit, hoc eſt quanto uilior ſeruus factus ſit: an uerò & cæterorum? Et Neratius ait, tanti condemnandum corruptorem, quanto ſeruus ob id quòd corruptus ſit, minoris exiſtat. Concordat l.14.§. in hac. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. reg.prox. Item concordat d.l.14.§.æſtimatio, his uerbis: Aeſtimatio habetur in hac actione, quanto ſeruus inutilior factus ſit: quod officio iudicis expedietur. Ait iuriſconſultus: Quod officio iudicis expedietur. Huic concordat d.l.14.§.1.in fine.cuius uerba uide ſ. quæſt.2.except.10.repl.1.

IIII. Regula: Aeſtimatio refertur ad tempus ſerui corrupti. Quæ regula approbatur l.5.§.fin. cũ lege ſequente.ff.d.tt.cuius uerba uide ſ.quæſt.2. except.11.

V. Regula, De omni damno, proponitur l.11 in prin ibi: nam & uerba.ff.d. tt. his uerbis: Verba edicti, Quanti ea res erit: omne detrimentum recipiunt. Concordat l.10. ibi: quia omne. ff.eod.tt.cuius uerba uide J.reg. prox. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi damnum poſtea ob conſuetudinem peccandi contingens. Hæc exceptio approbatur per ea quæ proponuntur J.reg.7 except.1.

VI. Regula, De rebus quas ſeruus ſecum abſtulit, proponitur d.l.10. his uerbis: In hoc iudicium etiam rerum æſtimatio uenit, quas ſecum ſeruus abſtulit: quia omne damnum duplatur. neque intereſt, an ad eum perlatæ fuerint res, an ad alium, ſiue etiam cõſumptæ ſint. Etenim iuſtius eſt, eum teneri qui princeps fuerit delicti, quàm eum quæſi ad quem res perlatæ ſunt. Huius regulæ eadem eſt exceptio, quæ regulæ proximè ſequentis.

VII. Regula, De pœna quam dominus ob delictum ſerui corrupti præſtaturus eſt, & alijs actionibus quibus dominus alij ob ſeruum corruptum obligatur, proponitur l.14.§.his conſequenter. ff. d.tt. his uerbis: Et illud probatur, ſi ſeruo meo perſuaſeris, ut Titio furtum faciat: non ſolùm in id teneris, quo deterior ſeruus effectus eſt, ſed & in id quod Titio præſtiturus ſim. Item non ſolùm ſi mihi damnum dederit cõſilio tuo, ſed etiam ſi extraneo: eo quoque nomine mihi teneris, quòd ego lege Aquilia obnoxius ſim. Aut ſi ex conducto teneor alicui, quòd ei ſeruum locaui, & ꝓpterea deterior factus ſit: teneberis eo nomine, & ſi qua talia ſint. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi poſtea ſeruus ob conſuetudinem peccandi, aliquam actionem contraxerit, qua dominus teneatur. Hæc exceptio approbatur l.11. in prin.ff.de ſeruo corrupto, his uerbis: Neratius ait, poſtea furta facta in æſtimationem nõ uenire. quam ſententiam ueram puto. Concordat d.l.11.§.1.his uerbis: Seruo perſuaſi ut chirographa debitorum corrumpat. uidelicet tenebor. Sed ſi conſuetudine peccandi poſtea & rationes, cæteraque ſimilia inſtrumenta ſubtraxerit, uel interleuerit, uel deleuerit: dicendum erit, corruptorem horum nomine non teneri.

VIII. Regula: Si inutilis ſit factus ſeruus ut eum non expediat habere: in arbitrio domini eſt, utrũ retento ſeruo damnum, quanto deterior ſeruus factus eſt, ut duplum ſibi præſtari uelit: an reſtituto ſerui

pretium

precium eius conſequi. *Quæ regula approbatur l. 24.§.interdum.ff.d.tt..his uerbis:* Interdum ſi inutilis ſit, ut non expediat talem ſeruum habere: utrum & precium cogitur dara ſolicitator, & ſeruum dominus lucrifacit: an uerò cogi debet dominus reſtituere ſeruum, & precium ſerui accipere? Eruetius eſt, electionem domino dari, ſiue ſeruum detinere cupit, & damnum quanto deterior ſeruus factus eſt, in duplum accipere: uel ſeruo reſtituto (ſi copiam huius rei habet) precium conſequi. Quòd ſi non habeat, precium quoque ſimili modo accipere. Cedi autem ſolicitatori periculo eiuſdem à domino ſerui actionibus debet. Quod tamen de reſtitutione hominis dicitur, tunc locum habet, cum de uiuo homine agitur. Quid autem ſi de manumiſſo eo agatur? non facilè apud iudicem audietur, dicendo ideo ſe manumiſiſſe, quoniam habere noluerat domi: ut & precium habeat, & libertum.

I X. *Regula: Vnus ex pluribus dominis ſerui corrumpentis in ſolidum tenetur.* *Quæ regula approbatur d.l.14.§.item ſi ſeruus, his uerbis:* Si ſeruus communis extraneum corruperit: uidendum eſt, utrum cum duobus agi debeat, an & cum ſingulis exemplo cæterarum noxarum? Et magis eſt, ut unuſquiſque in ſolidum teneatur: altero autem ſoluente, alterum liberari.

VII. QVANDO COMpetit?

Si uxor mariti ſeruum corrupit, etiam conſtante matrimonio competit. Quæ regula approbatur l.ult. ff.de ſeruo corrupto. cuius uerba uide ſ. quæſt.2. except.6.

VIII. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua eſt actio. Quæ regula approbatur l.13. in prin.ff.d.tt. cuius uerba uide ſ. quæſt.2. reg.2.

IX. AD FINIA REMEDIA.

Regulariter ex cauſis ſ. propoſitis ſerui corrupti, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hec eſt: Niſi ſeruum corruptus furtum fecerit: hoc enim caſu etiam furti actio & condictio furtiua competit aduerſus corruptorem. Quæ exceptio approbatur l.11.§.quamuis.ff.de ſeruo corrupto. cuius uerba uide ſ. quæſt.2. except.16. Concordat l.16. in fine. ff.eod.tt. cuius uerba uide ſ. quæſt.2. except.15. Concordant item ea quæ propoſita ſunt ſ.d.quæſt.2. except.14. repl.2. Altera exceptio eſt: Niſi is qui ſeruũ ſolicitauit, eundem etiam occultauit: hoc enim caſu etiam furti actio competit. Quæ exceptio approbatur l.4. C.de furtis. cuius uerba uide ſ. lib. prox. cap. 3. quæſt.2. cauſa 40. Concordat l.2.§.penult.ff.de priuatis delictis. cuius uerba uide j. lib. prox. cap.16. except.5. diſtinct.2. repl.1. dupl.1. item Fauiæ crimen, quod approbatur l.2. C. ad l. Fauiam de plagiariis. *cuius uerba uide ſ. lib.4. cap.6. quæſt.2. cauſa 1. Tertia exceptio eſt: Niſi ſocius ſeruum communem corruperit: hoc enim caſu pro ſocio, uel communi diuidundo actio eſt. Quæ exceptio approbatur l.9. in prin. ff. de ſeruo corrupto, his uerbis:* Si quis ſeruum communem meum & ſuum corruperit: apud Iulianum lib. I X. Digeſtor quæritur, an hac actione teneri poſsit? Et ait, teneri eum pro ſocio, ſi ſocij ſint: præterea poterit & communi diuidundo teneri, ut Iulianus ait. Sed cur deteriorem facit Iulianus conditionem ſocij, ſi cum ſocio agat, quàm ſi cum extraneo agat? nam qui cum extraneo agit, ſiue receperit ſiue corruperit, agere poteſt: qui cum ſocio, ſine alternatione, id eſt ſi corruperit. niſi fortè nõ putauit Iulianus hæc cadere in ſocium: nemo enim ſuum receperit. Sed ſi celandi animo recepit, poteſt defendi eum teneri. *Quarta exceptio eſt: Niſi quis ſeruum hæreditarium corruperit: nam hic etiã petitione hæreditatis tenetur. Quæ exceptio approbatur l.13.§.fin. cũ lege ſequente. ff.d.tt. his uerbis:* Si quis ſeruum hæreditarium corruperit, hac actione tenebitur: ſed & petitione hæreditatis, quaſi prędo, tenebitur: ut tantum ueniat in hæreditatis petitionem, quantum in hanc actionem.

DE LIBERO HOMINE exhibendo interdictum.

Cap. X.

PRimò: *Verba huius interdicti proponuntur l. 1 in prin. ff. de libero homine exhibendo, hæc nimirum:* Ait Prætor, Quem liberum hominem dolo malo retinea, exhibeas.

I I. *Ratio huius interdicti proponitur d.l.1. in fine, cum lege ſequente, his uerbis:* Hoc interdictum proponitur tuendę libertatis cauſa: uidelicet ne homines liberi retineantur à quoquam. Neq; enim multum à ſpecie ſeruientium differunt, quibus non datur facultas recedendi. quod & lex Fauia proſpexit.

III. CAVSA EX QVA Actio propoſita competit?

Si liber homo ab aliquo detinetur: ut exhibeatur. ex hoc interdicto agi poteſt. Quæ cauſa approbatur uerbis edicti paulo ſuperius propoſitis. Cuius exceptio prima hæc eſt: Niſi is qui liberũ hominẽ in ſua poteſtate habet, eum retineat. Hæc exceptio approbatur l.3.§.is tamen.ff. de libero homine exh. his uerbis: Is qui in poteſtate habet, hoc interdicto non tenebitur: quia dolo malo non uidetur habere, qui iure ſuo utitur.

I I. *Exceptio: Niſi pater filiũ retineat, uel patronus libertum aut alumnum. Hæc exceptio approbatur d.l.3.§.ſi eum quis, his uerbis:* Si eum quis retineat filium, quem non habet in poteſtate: plerunq; ſine dolo malo facere uidebitur.

tur. pietas enim genuina efficit ſioe dolo malo retineri. niſi euidens dolus malus interccedat. Proinde etſi libertum ſuum, uel alumnum, uel noxæ deditum adhuc impubatem: idem erit dicendum.

III. *Exceptio: Niſi noxæ ſibi deditum retineat. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Vel noxæ deditum, &c.

IIII. *Exceptio: Niſi eum quem ab hoſtibus redemit, retinet. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.1.§.ſi quis eum, his uerbis:* Si quis eũ quam ab hoſtibus emit, retineat: in ea cauſa eſt, ut interdicto non teneatur. Non enim dolo malo facit. Planè ſi offeratur precium, interdictum locum habet. Sed etſi eum remiſit precio non accepto: dicendũ eſt, interdicto locum fore, ſi poſteaquã ſemel remiſit, uelit retinere.

V. *Exceptio: Niſi alia iuſta retinendi cauſa ſit. Hæc exceptio approbatur d.l.3.§.& generaliter, his uerbis:* Generaliter qui iuſtã cauſam habat hominis liberi apud ſe retinendi, non uidetur dolo malo facere.

VI. *Exceptio: Niſi quis ſeruum ſuum putans, eũ retineat. Hæc exceptio approbatur d.l.3.§ planè ſi dubitat, his uerbis:* Si dubitat utrum liber an ſeruus ſit, uel facit ſtatus controuerſiam: recedendum erit ab hoc interdicto, & agenda cauſa libertatis. Etenim rectè placuit, tunc demum hoc interdictum locum habere, quoties quis pro certo liber eſt. Cæterùm ſi quæratur de ſtatu, nõ oportet præiudicium fieri alienæ cognitioni. *Concordat l.4.§. Trebatius. ff. eod. tt. his uerbis:* Trabatius ait, non teneri eum qui liberum hominem pro ſeruo bona fide emerit, & retineat.

VII. *Exceptio: Niſi reus neſciat hominem apud ſe eſſe. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d l.1. §. is q neſcit, his uerbis:* Is q neſcit apud ſe eſſe hominẽ liberũ, dolo malo caret: ſed ubi certioratus retinet, dolo malo non caret.

VIII. *Exceptio, ſumpta ex genere & qualitate hominis liberi qui retinetur. reprobatur d.l.3.§. hæc uerba, his uerbis:* Hæc uerba, Quem liberum: ad omnẽ hominẽ liberum pertinent, ſiue pubes ſit, ſiue impubes: ſiue maſculus, ſiue fœmina: ſiue plures, ſiue unus: ſiue ſui iuris, ſiue alieni. hoc enim tãtùm ſpectamus, an liber ſit.

IX. *Exceptio, ſumpta ex quantitate retentorũ, reprobatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Siue plures, ſiue unus.

X. *Exceptio: Niſi uolens retineatur. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur d.l.3.§. ſi quis uolentem, his uerbis:* Si quis uolentem retineat, non uidetur dolo malo retinere. Sed quid, ſi quidem retineat, nõ tamẽ ſine calliditate circũuentũ, uel ſeductũ, uel ſolicitatum, neq; bona uel probabili ratione hoc facit? rectè dicitur dolo malo retinere. *Huius exemplũ proponitur l.4.§.fin. ff. d. tt. cuius uerba uide 3. quæſt. 9. except. 4.*

XI. *Exceptio: Niſi retẽtus ſuũ ſtatũ ignoret. Hæc exceptio reprobatur d.l.4. in prin. his uerbis:* Si qs liberũ hoĩem ignorantẽ ſuũ ſtatũ retinet: ſi tamen dolo malo retineat, cogitur exhibere.

XII. *Exceptio: Niſi reus abſens ſit. Reprobatur hæc exceptio l.3.§. penult. ff. de libero homine exhibẽdo, his uerbis:* Hoc interdictũ & in abſentem eſſe rogandum, Labeo ſcribit. ſed ſi nõ defendatur, in bona eius eundum ait.

XIII. *Exceptio: Niſi ſemel actum ſit. Hæc exceptio approbatur d.l 1.§ ſi tamen, his uerbis:* Si poſteaquã hoc interdicto actũ eſt, alius hoc interdicto agere deſideret: palàm erit, poſtea alij nõ facilè dandũ: niſi de pfidia prioris potuerit aliqd dici. Itaq; cauſa cognita amplius q̃ ſemel interdictũ hoc erit mouẽdũ. Nã nec in publicis iudicijs pmittitur amplius agi, poſtquã ſemel actũ eſt, q̃ ſi præuaricationis fuerit damnatus prior accuſator. Si tamẽ reus condẽnatus malit litis æſtimationẽ ſufferre, quàm hominẽ exhibere: nõ eſt iniquũ, ſępius in eũ interdicto experiri, uel eidẽ ſine exceptione, uel alij. *Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi prior accuſator fuerit præuaricatus. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce.* Niſi de pfidia prioris potuerit aliquid dici, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi priore iudicio reus litis æſtimationẽ præſtitit, nõ hominẽ exhibuit. Quæ replicatio approbatur uerbis iã propoſitis hiſce:* Si tamẽ reus cõdẽnatus malit litis ęſtimationẽ ſufferre, &c. *Tertia replicatio eſt: Niſi legis Fauiæ accuſatio antea fuerit inſtituta. Hæc replicatio approbatur d.l.3 in prin. his uerbis.* Hoc interdictũ nõ aufert legis Fauiæ executionẽ Nam & hoc interdicto agi poterit, & nihilominus accuſatio legis Fauiæ inſtitui. Et uerſa uice qui egit Fauia, poterit nihilominus etiam hoc interdictum habere: præſertim cum alius interdictum, alius Fauiæ actionem habere poſsit.

IIII. QVIBVS COMPETIT hoc interdictum?

Cuilibet uolenti competit. Quæ regula approbatur l.3.§. hoc interdictum. ff. de libero homine exhib: his uerbis: Hoc interdictum omnibus competit: nemo enim prohibendus eſt libertati fauere. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ſuſpectus ſit qui agere uelit. Hæc exceptio approbatur d.l.3.§ planè ex cauſa, his uerbis:* Planè ex cauſa ſuſpectæ perſonæ remouendæ ſunt: ſi fortè talis perſona ſit, quam uerisimile ſit colludere, uel calumniari. *Altera exceptio eſt: Niſi mulier uel pupillus hoc interdicto experiri uelit. Hæc exceptio ipſo quidem*

iure

iure ſubſiſtit. uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi pro cognato, parente uel adfine ſuo experiri uelit. Quæ replicatio approbatur d.l.1.§. ſed ſi mulier, his uerbis: Si mulier uel pupillus hoc interdictũ deſiderent, pro cognato, uel parente, uel adfine ſuo ſoliciti: dandum eſſe eis interdictum, dicendum eſt. Nam & publico iudicio reos facere poſſunt, dum ſuas ſuorumque iniurias exequuntur. *Tertia exceptio eſt: Niſi plures ſimul experiri uelint: hoc enim caſu unus à prætore eſt eligendus. Quæ exceptio approbatur d.l.3.§. ſi plures, his uerbis:* Si plures ſunt qui experiri uolent: eligendus eſt à Prætore, ad quem maximè res pertinet, uel is qui idoneor eſt. Et eſt optimum, ex coniunctione, ex fide, ex dignitate actorũ hoc interdicto eligendum.

V. QVID VENIAT IN interdicto propoſito?

Vt homo qui retinetur, exhibeatur. Hæc regula approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis. Declaratur definitione uerbi Exhibere d.l.3. §. ait Prætor, his uerbis: Ait Prætor, Exhibeas. At exhibere eſt in publicum producere, & uidendi tangendiq; hominis facultatem præbere. Propriè autem exhibere eſt, extra ſecretum habere.

VI. QVANDO COMPETIT interdictum?

I. *Regula: Statim ſine ulla dilatione competit, & homo exhibendus eſt. Quæ regula approbatur l.4.§. nullo tempore. ff. de libero hom. exhib. his uerbis:* Nullo tempore dolo malo retineri homo liber debet: adeò ut quidam putauerint, nec modicum tempus ad eum exhibendũ dandum: quoniam præteriti facti pœna præſtanda eſt.

II. *Regula: Si retento moueatur ſtatus quæſtio, prius liberalis cauſa agenda eſt. Quæ regula approbatur l.3 §. planè ſi dubit. ff. eod. tt. cuius uerba uide ſ. quæſt.3. except.6.*

VII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetuum eſt interdictum. Quæ regula approbatur l.1.§. fin. ff. d.tt. his uerbis: Hoc interdictũ perpetuum eſt.

VIII. EVENTVS.

Hoc interdicto non fit præiudicium legi Fauiæ. Quæ regula approbatur d.l.3. in prin. cuius uerba uide ſ. quæſt.3. except.11. repl.3.

IX. ADFINIA REMEDIA.

Regulariter, ſi homo liber ab aliquo retinetur, interdictum de libero homine exhibendo, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi accuſatio ex lege Fauia de plagiarijs. Quæ exceptio approbatur d.l.3. in prin. De hac accuſatione uide ſ. lib.4. cap 6. Altera exceptio eſt: Niſi parentes liberos ſibi exhiberi deſiderent: hoc enim caſu interdicta de liberis exhibendis & ducendis cõpetunt: de quibus uide ſ. lib 16. cap.6. Tertia exceptio eſt: Niſi maritus uxorem ſibi exhiberi deſideret: hoc enim caſu peculiare interdictum competit. de quo uide ſ. lib.14. cap.7. reg.12. Quarta exceptio eſt: Niſi creditor debitorem latentem ſibi exhiberi deſideret: hoc enim caſu pro interdicto propoſito in bona debitoris fit miſſio. Quæ exceptio approbatur l.4.§. fin. ff. de libero homine exhib. his uerbis: Creditori non competit interdictum, ut debitor exhiberetur. Nec enim debitorem latitantem exhibere quiſquam cogitur: ſed in bona eius ex edicto Prætoris itur.

DE ABIGEIS ACTIO. Cap. XI.

PRimò: *Genus & ratio huius actionis proponitur l.1. ff. de abigeis, his uerbis:* Abigeatus crimen publici iudicij non eſt, quia furtum magis eſt: ſed quia plerunq; abigei & ferro utuntur, ſi deprehendantur, ideo grauiter puniri eorum admiſſum ſolet.

II. CAVSA HVIVS Actionis.

Si pecora ſubtracta & abacta ſint. Hæc cauſa approbatur l.1.§. abigei. ff. d.tt. his uerbis: Abigei propriè hi habentur, qui pecora ex paſcuis uel ex armentis ſubtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi ſtudium quaſi artem exercent, equos de armentis, uel oues de gregibus abducentes. *Huius cauſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi bouem aberrantẽ, uel equum in ſolitudine relictum abegit. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Si quis bouem aberrantem, uel equos in ſolitudine relictos abduxerit: non eſt abigeus, ſed potius fur. *Altera exceptio eſt: Niſi unum aut alterum abegit. Hæc exceptio approbatur l.3. in prin. ff. d.tt. his uerbis:* Oues pro numero abactorum aut abigeum, aut furem faciunt. Quidam decem oues gregem eſſe putauerunt: porcos etiam quinque uel quatuor abactos: equum, bouem uel unum abigeatus crimen facere. *Concordat l.16.§. quantitas. ff. de pœnis cuius uerba uide ſ. lib.3. cap. 4. De reliquis circumſt. reg.3. Huius exceptionis replicatio prima hæc eſt: Niſi equum unum aut bouem abegit. Quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Equum, bouem, &c. *Altera replicatio eſt: Niſi ſæpius unum aut alterum abegit. Hæc replicatio approbatur d.l.3.§. qui ſæpius, his uerbis:* Qui ſæpius abegerunt, licet ſemper unum uel alterum pecus ſubripuerint: tamen abigei ſunt. *Tertia exceptio eſt: Niſi pecora abacta ſua eſſe putauit. Hæc exceptio approbatur l.1.§. fin. ff. de abigeis, hiſce uerbis:* Qui pecora de quorum proprietate faciebat controuerſiam, abegit: ut Saturninus quidem ſcribit, ad examinationem ciuilem remittendus eſt. Sed hoc ita demum probandum eſt, ſi non color abigeatus quæſitus eſt, ſed uerè putauit

tauit ſua, iuſtis rationibus ductus.

III. QVID VENIAT IN actione propoſita? ſeu de pœna abigeatus.

I. *Regula, De pœna gladij & operis temporarij, proponitur d. l. 1. in prin. ff. de abigeis, biſce uerbis:* De abigeis puniendis ita diuus Hadrianus proconſuli Beticæ reſcripſit. Abigei cum duriſsimè puniuntur, ad gladium dánari ſolent. Puniuntur aũt duriſsimè non ubiq;, ſed ubicunq; frequentiua eſt id genus maleficij: alioquin in opus nonnunquam temporarium dantur. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi honeſtiore loco nati ſint abigei. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. quanquam, his uerbis:* Quanquam Hadrianus metalli pœnam, item operis, uel etiam gladij præſtituerit: attamen qui honeſtiore loco nati ſunt, non debent ad hanc pœnam pertinere: ſed aut relegandi erunt, aut ſunt ordine mouendi. Sanè qui cum gladio abegerint, non iniquè beſtijs obijciuntur. *Altera exceptio eſt: Niſi porcum, capram uel ueruecẽ abegit. Hæc exceptio approbatur d. l. 1. §. ſed & qui, his uerbis:* Qui porcum, uel capram, uel uerueecem abduxit: nõ tam grauiter, quàm qui maiora animalia abigunt, plecti debet. *Tertia exceptio eſt: Niſi non à ſylua nec grege, ſed à ſtabulo abegit. Hæc exceptio approbatur l. 3. in prin. ibi: cumq; plenius. ff. de abigeis, his uerbis:* Quidam putauerunt eum plenius coercendũ, qui à ſtabulo abegerit domitum pecus, nõ à ſylua nec grege. *Quarta exceptio eſt: Niſi cum gladio abegerint. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. quanquam, in fine. ff. eod. ti. cuius uerba uide ſ. ead. reg. in prin.*

II. *Regula, De pœna eius qui abigeos recepit, proponitur d. l. 3. §. fin. cuius uerba uide ſ. lib. 3. cap. 6. actio 3. in fine.*

IIII. ADIVNCTA.

Cum inſcriptione & ſine inſcriptione actio hæc proponitur. Quæ regula approbatur l. unica. C. de abigeis, biſce uerbis: Abacti animalis accuſatio non ſolùm cum inſcriptione, ſed etiam ſine ea obſeruatione proponitur.

ARBORVM FVRTIM cæſarum. Cap. XII.

I. GENVS HVIVS Actionis.

PRima regula: *Furti actio non eſt. Quæ regula approbatur l. 7. in prin. ibi: nec eſſe ff. arborum furtim cæſarum, his uerbis:* Non eſſe hanc furti actionem, ſcribit Pædius: cum & ſine furto fieri poſsit, ut quis arbores furtim cędat.

II. *Regula: Pœnalis eſt actio. Quæ regula approbatur d. l. 7. § fin. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. reg. 1.*

II. *Simile proponitur l. 1. §. eius. ff. d. tit. his uerbis:* Eius actionis eadem cauſa eſt, quæ eſt legis Aquiliæ.

III. CAVSAE EX QVIBVS actio propoſita competit?

I. *Cauſa: Si furtim arbores alienas quis cæcidit. Hæc cauſa declaratur l. 7. in prin. ff. arbor. furtim cæſar. his uerbis:* Furtim cæſæ arbores uidentur, quæ ignoráte domino, celandiq; eius cauſa cæduntur. *Declaratur item l. 5. in prin. ff. eod. tit. his uerbis:* Cædere eſt non ſolùm ſuccidere, ſed etiam ferire cędendi cauſa. Cingere eſt, deglabrare. Secare eſt, ſubſecuiſſe. Non enim poterat cæcidiſſe intelligi, qui ſerra ſecuiſſet.

II. *Cauſa: Si radicitùs arbores euulſit & extirpauit. Hæc cauſa reprobatur d. l. 7. §. ſi quis radicitùs: cuius uerba uide ſ. quæſt. 8. except. 3.*

EXCEPTIONES PRIMAE cauſæ.

I. Exceptio: *Niſi non tota arbor, ſed pars eius cæſa ſit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 7. §. etſi, his uerbis:* Etſi non tota arbor cæſa ſit: rectè tamẽ agetur, quaſi cæſa ea.

II. Exceptio: *Niſi uitis cæſa ſit, hedera, arundo, uel ſalictum: Hæc exceptio reprobatur l. 3. in prin. ff. d. tit. his uerbis:* Vitem arboris appellatione contineri, pleriq; ueterum exiſtimauerũt. Hederæ quoq; & arundines arbores non malè dicentur. idem de ſalicto dicendum eſt.

III. Exceptio: *Niſi arbor quæ nondum radices egit, cæſa ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſed ſi quis, hiſce uerbis:* Si quis ſaligineas uirgas instituendi ſalicti cauſa defixerit, hæq; antequam radices egerint, ſuccidantur aut euellantur: rectè Pomponius ſcribit, non poſſe agi de arboribus ſuccisis: cum nulla arbor propriè dicatur, quæ radices non cõceperit. *Huius exceptionis replicatio prima eſt: Niſi arbor è ſeminario ſtirpitùs translata, nondum terrã comprehenderit. Quæ replicatio approbatur d. l. 3. §. quòd ſi quis, hiſce uerbis:* Quòd ſi quis ex ſeminario ſtirpitùs arborem tráſtulerit: eam quamuis nondum comprehenderit terrã, arborem tamen uideri, Pomponius lib. XIX. ex Sabino probat. *Altera replicatio eſt: Niſi arbor ſubuerſa radicitùs reponi poßit, aut ita translata ſit, ut poni poßit. Hæc replicatio approbatur d. l. 3. §. Labeo, his uerbis:* Labeo etiam eam arborem rectè dici putat, quæ ſubuerſa radicitùs etiam nunc reponi poteſt: aut ita translata eſt, ut poni poſsit. *Tertia replicatio eſt: Niſi ſtirpes oleæ ſint. Hæc replicatio approbatur d. l. 3. §. fin. his uerbis:* Stirpes oleæ arbores eſſe magis placet, ſiue iam egerint radices, ſiue nondum. Omnium igitur harum arborum quas ennmerauimus, nomine agi poterit.

IIII. Ex-

IIII. Exceptio: *Niſi arbor cuius radices deſinunt uiuere, caeſa ſit.* Hæc exceptio reprobatur *d. l. 3. §. quòd ſi quis ibi: ideo ea, his uerbis:* Ea quoq; arborem eſſe uidetur, cuius radices deſinent uiuere, quamuis adhuc terra contineatur. quam ſententiam Labeo quoq; probat.

V. Exceptio: *Niſi arbor quæ adhuc tenera eſt, ut herbæ loco ſit, cædatur.* Hæc exceptio approbatur *l. 4. ff. arbor. furtim cæſarum, his uerbis:* Certè non dubitatur, ſi adhuc adeò tenerum ſit, ut herbæ loco ſit, non debere arboris numero haberi.

VI. Exceptio: *Niſi non clàm, ſed palàm ceciderit, & ſciente domino.* Hæc exceptio approbatur *l. 9. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Furtim arbores cædit, qui clàm cædit. *Concordat d. l. 9. in fine, his uerbis:* Qui per uim ſciente domino cędit, nō incidit in hanc actionem.

VII. Exceptio: *Niſi ſerra ſecuit.* Hæc exceptio *approbatur l. 5. in prin. ff. d. tt. cuius uerba uide ſ. cauſſa 1.*

VIII. Exceptio: *Niſi uicinus in cuius agrum arbor radices egit, cecidit.* Hæc exceptio reprobatur *l. 6. §. ſi arbor. ff. d. tt. his uerbis:* Si arbor in uicini fundum radices porrexerit, recidere eas uicino non licebit: agere autem licebit, nō eſſe ei ius ſicuti tignum, aut protectum immiſſum habere. Si radicibus uicini arbor aletur: tamen eius eſt, in cuius fundo origo eius fuerit.

IX. Exceptio: *Niſi actor agrum in quo arbores caeſæ ſunt, uendiderit.* Hæc exceptio reprobatur *l. ult. ff. d. tt. his uerbis:* Qui agrum uendidit, nihilominus arborum furtim cæſarum agere poteſt.

X. Exceptio: *Niſi alia actione eiuſdem delicti nomine actum ſit.* Hæc exceptio approbatur *l. 10. ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæſt. ult. except. 6.* Huius *exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi in id quod plus uenit in actionem propoſitam, quàm priore iudicio reus eſt condemnatus.* Hæc replicatio approbatur *l. 1. ff. d. tt. his uerbis:* Si furtim arbores cæſæ ſint: & ex lege Aquilia, & ex XII. Tabulis dandā actionem, Labeo ait. Sed Trebatius ita utranq; dandam, ut iudex in poſteriorem deducat Id quod ex prima conſecutus ſit, & reliquo condemnet eum. *Concordat l. 11. ff. eod. tt. his uerbis:* Si de arboribus cæſis ex lege Aquilia actum ſit: Interdicto Quod ui aut clàm reddito abſoluetur, ſi ſatis prima condemnatione grauauerit reum: manente nihilominus actione ex lege XII. Tabularum.

IIII. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. Regula, *De eo qui uſumfructum fundi habet. Huic actio propoſita nō competit. quæ regula approbatur l. 5. §. fin. ff. arbor furtim cæſar. his uerbis:* Is cuius uſusfructus eſt in fundo, hanc actionem non habet.

II. Regula, *De eo qui fundum uectigalem habet. Huic actio propoſita competit. quæ regula approbatur d. §. fin. his uerbis:* Qui fundum uectigalem habet: hanc actionem habet, ſicuti aquæ pluuiæ arcendæ actionem, & finium regundorum.

III. Regula, *De hæredibus. His quoq; actio propoſita cōpetit. quæ regula approbatur l. 7. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Hæc actio etſi pœnalis ſit, perpetua eſt. ſed aduerſus hæredem non datur: hæredi, cæteriſq; ſucceſſoribus dabitur. cōdemnatio autem eius duplum cōtinet.

V. ADVERSVS QVOS COMpetit actio propoſita?

I. Regula, *De hæredibus, proponitur uerbis d. §. fin. iam propoſitis hiſce:* Sed aduerſus hæredem non datur.

II. Regula, *De eo cuius iuſſu factum eſt, proponitur d. l. 7. §. fine autem, his uerbis:* Siue quis ſuis manibus cędat, ſiue ſeruo imperet arbores cingi, ſecari, cædi: hac actione tenetur. Idē eſt, ſi libero imperet.

III. Regula, *De domino ſerui delinquentis, proponitur d. §. fine autem, his uerbis:* Si ſeruo ſuo non præceperit dominus, ſed ipſe ſua uoluntate admiſerit: Sabinus ait, competere noxalem, ut in cæteris maleficijs. Quæ ſententia uera eſt.

VI. QVID VENIAT IN Actione propoſita?

I. Regula: *In duplum hæc actio datur. quæ regula approbatur d. l. 7. §. fin. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. reg. 3. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi dominus ſerui nomine conuentus, ſeruum noxæ dedat. quæ exceptio approbatur uerbis d. §. fin è autem, ſ. reg. prox. propoſitis.*

II. Regula, *De æſtimatione facienda, proponitur l. 8. ff. eod. tt. his uerbis:* Facienda æſtimatio quanti domini interſit non lædi. Ipſarū quoq; arborum preciū deduci oportet, & eius quod ſupereſt, fieri æſtimationem.

III. Regula: *Si plures conueniantur, uel agant, definitur l. 6. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si plures eandem arborem furtim ceciderint, cum ſingulis in ſolidum agetur: at ſi eadem arbor plurium fuerit, uniuerſis duntaxat una & ſemel pœna præſtabitur.

IIII. Regula: *Etiam criminaliter agi poteſt, & latronum pœna competit. quæ regula approbatur l. 2. ff. d. tt. his uerbis:* Sciendum eſt, eos qui arbores, & maximè uites ceciderint: etiam tanquam latrones puniri.

VII. QVAMDIV COMpetit?

Perpetua eſt actio. quæ regula approbatur l. 7. §. fin. ff. arbor. furtim cæſar. cuius uerba uide ſ. queſtion. 4. reg. 3.

VIII. ADFINIA REmedia.

Regulariter ex cauſſa ſupradicta, arborum furtim cæſarum, non alia competit actio. Cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi actio legis Aquiliæ. quæ exceptio approbatur l. 1. ff. d.tt. cuius uerba uide ī. quæſt.1.except.10.repl.1. Concordat l.12.ff.eod.tt. cuius uerba uide d. repl. 1. Altera exceptio eſt: Niſi interdictum Quod ui aut clàm. quæ exceptio approbatur d.l.12. Tertia exceptio eſt: Niſi radicitus arborem euulſerit uel extirpauerit. hoc enim caſu legis Aquiliæ ſolùm actio competit. quæ exceptio approbatur l.7.§.ſi quis.ff.d.tt. his uerbis: Si quis radicitùs arborem euulſerit, uel extirpauerit: hac actione non tenetur. neq; enim uel cædit, uel ſuccidit, uel ſubſecuit: Aquilia tamen tenetur, quaſi ruperit. *Quarta exceptio eſt: Niſi arbores cæſas etiam lucri faciendi cauſſa contrectauerit. hoc enim caſu etiam furti actio, condictio, & ad exhibendum competit. quæ exceptio approbatur l.9.in prin.ff.d.tt. his uerbis:* Si cæciderit, & lucri faciendi cauſſa contrectauerit: etiam furti tenebitur. lignorum cauſſa & condictione, & ad exhibendum. *Quinta exceptio eſt: Niſi per uim arbores cæciderit. Hæc exceptio approbatur d. l. 9. in fine. cuius uerba uide ī. quæſtion. 3. exception. 6. Sexta exceptio eſt: Niſi colonus cæciderit. hic enim etiam ex locato tenetur. quæ exceptio approbatur l. 10. ff. d. tt. his uerbis:* Si colonus ſit qui cæciderit arbores, etiam ex locato cum eo agi poteſt. Planè una actione contentus debet eſſe actor. *Septima exceptio eſt: Niſi quis criminaliter agere uelit, de qua re uide ī. quæſtion. 6. regula 4.*

DE TIGNO IVNCTO. Cap. XIII.

PRimò: *Ratio huius actionis proponitur l. 1. in prin. ff. de tigno iuncto, his uerbis:* Lex XII. Tabul. neq; ſoluere permittit tignum furtiuum ædibus uel uineis iunctū, neq; uindicare. Quod prouidenter lex effecit, ne uel ædificia ſub hoc prætextu diruátur, uel uinearum cultura turbetur. Sed in eum qui conuictus eſt iunxiſſe, in duplum dat actionem. *Concordat Inſt. de rerum diuiſ. §. cū in ſuo. ibi: quod ideo prouiſum. cuius uerba uide ī. lib. 20. cap. 1. cauſſa 10 except. 6. in prin.*

II. CAVSSA EX QVA DAtur hæc actio.

Si quis tignum alienum ædibus uel uineis ſuis iunxerit. Hæc cauſſa approbatur uerbis d.l.1. in prin. iam propoſitis. Concordant ea quæ propoſita ſunt ī. lib. 20. cap. 1. cauſſa 10. except. 7. repl. 2. in prin. Declaratur hæc cauſſa definitione tigni d.l.1. §. tigni, his uerbis: Tigni appellatione continetur omnis materia, ex qua ædificium conſtat, uineæq; neceſſaria. Vnde quidam aiunt, tegulam quoq;, & lapidem, & cæmenta, cæteraq;, ſi qua ædificijs ſunt utilia (tigna enim à tegendo dicta ſunt) hoc amplius & calcem, & arenam appellatione tignorū contineri. Sed & in uineis tigni appellatione omnia uineis neceſſaria continentur: utputa perticæ, pedamenta. *Concordat Inſt. d. §. cum in ſuo. ibi: appellatione. Item concordat l. 62. ff. de uerb. ſignif. his uerbis:* Tigni appellatione in lege XII. Tabul. omne genus materiæ, ex qua ædificia conſtant, ſignificatur. *Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi tignum uxoris mariti ædibus ſit iunctum, uel contrà. Hæc exceptio approbatur l. 63. ff. de donat. inter uirum & uxorem. cuius uerba uide ī. lib. 35. cap. 6. exception. 15.*

III. QVID VENIAT IN Actione propoſita?

In duplū actio datur. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ī. quæſt. 2. Concordat l. 23. §. tignum. ff. de rei uendicat. cuius uerba uide ī. lib. 20. cap. 1. cauſſa 10. except. 7. repl. 2.

IIII. EVENTVS.

Etiamſi actione propoſita actum ſit, nihilominus rei uendicatio ſupereſt. quæ regula approbatur l. 2. ff. de tigno iuncto, his uerbis: Etſi propoſita tigni furtini nomine ædibus iuncti actum: deliberari poterit, an extrinſecus ſit rei uindicatio? & eſſe non dubito. *Huic quodammodo contradicere uidetur Inſt. de rerum diuiſ. §. cum in ſuo, in fine. cuius uerba uide d. cauſſa 10. except. 6. in prin.*

V. ADFINIA REMEDIA.

Si tignum alienum ædibus iunctum ſit: de tigno iuncto, non alia competit actio. cuius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi tignum rurſus ſit ſeparatum. tunc enim rei uindicatio & ad exhibendum actio etiam competit. quæ exceptio approbatur d. §. cum in ſuo, in fine. Altera exceptio eſt: Niſi quis ſciens tignum alienum ædibus ſuis iunxerit. hic enim etiam rei uendicatione & ad exhibendum actione conueniri poteſt. quæ exceptio approbatur per ea quæ propoſita ſunt d. cauſſa 10. exception. 7. repl. 2. duplicat. 1.

DE DAMNO IN TVRBA dato actio. Cap. XIIII.

PRimò: *Verba edicti quo actio hæc eſt introducta, proponuntur l. 4. in prin. ff. ui bonor. raptor. hæc:* Prætor ait, Cuius dolo malo in turba damnum quod factum eſſe dicetur, in eum in anno quo primùm de ea re experiundi poteſtas fuerit, in duplum: poſt annum in ſimplum iudicium dabo.

II. *Differentiæ huius interdicti & ſuperioris, de quo ī. lib. prox. cap. 9. actum eſt, proponuntur d.l. 4. §. ſi quis aduentu. ibi: eritq; hæc, his uerbis:* Erit hæc differentia inter hoc edi-

ctum

ctum & ſuperius, quòd ibi de eo damno prætor loquitur, quod dolo malo hominibus coactis datum eſt, uel raptum etiam non coactis hominibus. At hic de eo damno, quod dolo malo in turba datum eſt: etiamſi non ipſe turbam coegit, ſed ad clamorem eius, uel dicta, miſericordia turba contracta eſt: uel ſi alius contraxit, & ipſe ex turba fuit. Idcirco illud quidem edictum propter atrocitatem facti, quadrupli pœnam comminatur: at hoc dupli. Sed & hoc & illud intra annum tribuit experiundi facultatem: poſt annum in ſimplum competit. loquitur autem hoc edictum de damno dato, & de amiſſo: de rapto non. Sed ſuperiore edicto ui bonorum raptorum agi poterit. Amiſſa autem dicuntur ea quæ corrupta alicui relinquuntur, ſciſſa fortè uel fracta.

III. GENVS HVIVS actionis.

In factum actio eſt. quæ regula approbatur d. l. 4. §. hæc autem, his uerbis: Hæc actio in factum eſt.

IIII. CAVSSAE EX QVIbus datur actio propoſita?

I. *Cauſſa: Si damnum in turba datum ſit. Hæc cauſſa approbatur uerbis edicti ā. quæſt. 1. propoſitis. Concordat d. l. 4. §. hoc edictum, his uerbis:* Hoc edictum de eo damno proponitur, quod quis in turba dedit. Turbam autem appellatā Labeo ait ex genere tumultus, idq; uerbum ex Græco tractum τύρβη. Turbam autem ex quo numero admittimus? ſi duo rixam commiſerint, utiq; non accipiemus in turba id factum: quia duo turba non propriè dicuntur. Enimuerò ſi perplures fuerint (decem puta aut quindecim homines) turba dicetur. Quid ergo ſi tres aut quatuor? turba utiq; non erit. & rectiſsimè Labeo inter turbam & rixam multum intereſſe ait. nanq; turbam multitudinis hominum eſſe turbationem & cœtum: at rixam duorum.

II. *Cauſſa: Si in turba quid amiſſum ſit, corruptum, ſciſſum, fractum. Hæc multiplex cauſſa approbatur d. l. 4. §. loquitur. cuius uerba uide ā. quæſtion. 2.*

III. *Cauſſa: Si in turba quid raptū ſit. Hæc cauſſa reprobatur d. §. loquitur.*

IIII. *Cauſſa: Si quis in turba per iniuriam ſit uerberatus. Hæc cauſſa reprobatur d. l. 4. §. ſi cum ſeruum. cuius uerba uide ǰ. except. 3.*

EXCEPTIONES PRAECEDENTIVM cauſſarum generales.

I. *Exceptio: Niſi alibi quàm in turba factum ſit. Hæc exceptio approbatur d. l. 4. §. hæc autem, his uerbis:* Docere actor in turba damnum datum eſſe debet. Ceterùm ſi alibi datum ſit, quàm in turba: ceſſabit hæc actio. *Declaratur hæc exceptio definitione turbæ d. l. 4. §. hoc edictum, cum ſequentibus. cuius uerba uide paulo ſuperius cauſſa 1.*

II. *Exceptio: Niſi is qui damnum dedit, turbam non coegit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. ſi quis aduentu. ibi: at hic de eo. cuius uerba uide ā. quæſt. 2. Concordant ea quæ habentur ǰ. except. prox.*

III. *Exceptio: Niſi ſine dolo malo eius qui damnum dedit, turba ſit coacta. Hæc exceptio reprobatur d. §. ſi quis aduentu, his uerbis:* Si quis aduentu ſuo turbam concitauerit, uel contraxerit, uel clamore, uel facto aliquo, dum uel criminatur aliquem, uel miſericordiā prouocat: ſi dolo malo eius datū ſit damnū, etiamſi non habuit conſiliū turbæ cogēdæ, tenetur. uerum eſt enim, dolo malo eius in turba dāni quid datum. neq; enim exigit prætor, ut ab ipſo ſit turba conuocata: ſed hoc, ut dolo malo alicuius in turba damnum datum ſit. *Concordat d. l. 4. §. ſi cum ſeruū, his uerbis:* Si cum ſeruum meum Titius pulſaret, turba fuerit collecta, idq; ſeruus in ea turba aliquid perdiderit: cum eo qui pulſabat, agere poſſum: quippe cum in turba dolo malo damnum datum ſit: ſic tamen, ſi ut damnum daret, ideo cœperat cædere. Cæterùm ſi alia cauſſa uerberandi fuerit, ceſſat actio. Etſi quia ipſe turbam conuocaſſet, ut turba coràm ſeruum uerberaret iniuriæ faciendæ cauſſa, non damni dandi conſilio: locum habet edictū. Verum eſt enim, eum qui per iniuriam uerberat, dolo facere: & eum qui cauſſam præbuit damni dandi, damnum dediſſe.

IIII. *Exceptio: Niſi ſine dolo malo damnum ſit datum. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sic tamen, ſi ut damnum daret, ideo cœperat cædere. Ceterùm ſi alia cauſſa uerberandi fuerit, ceſſat actio. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi quis ideo turbā cōuocauit, ut ab ea quis uerberaretur. hoc enim caſu, quāuis non damni dandi conſilio conuocauit, de damno tamen dato tenetur. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et ſi quis ipſe turbam conuocaſſet, ut turba coràm ſeruū uerberaret, &c.

V. QVIBVS COMPETIT Actio propoſita?

De heredibus proponitur d. l. 4. §. fin. his uerbis: Quæ de heredibus cæteriſq; ſucceſſoribus in ui bonorum raptorum actione diximus, & hic erunt repetita.

VI. ADVERSVS QVOS competit actio?

Regulariter aduerſus eum qui damnum in turba dedit, nō alium, competit actio propoſita: ut patet ex uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis. Cuius regula exceptio prima hæc eſt: Niſi dolo malo alte-

rius

rius alius damnũ in turba dedit. hoc enim caſu etiã aduerſus eum cuius dolo alius damnum dedit. datur actio. quæ exceptio approbatur d.l 4.§.hoc autem, his uerbis: Hoc edicto tenetur non ſolùm qui damnũ in turba dedit: ſed etiam is qui dolo malo fecit, ut in turba damni quid daretur: ſiue illò uenerit, ſiue non fuerit præſens. Dolus enim malus etiam abſentis eſſe poteſt. Concordat d.l. 4.§. ſi cum ſeruum, ibi: etſi quis ipſe. cuius uerba uide ſ. quæſt. 4. except. 5. Huius replicatio hæc eſt: Niſi non fuerit præſens is qui dolo fecit, ſed abſens. Hæc replicatio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce: Siue illò uenerit, ſiue non fuerit præſens, &c. Contradicere uidetur d.l.4. § hoc edicto, his uerbis: Hoc edicto dicẽdum eſt etiam eum teneri, qui uenit, & in turba fuit author damni dandi: ſi tamen & ipſe inter turbam fuit, cum dãnum daretur, & dolo malo fuit: nam & huius dolo malo in turba damni quid factum eſſe, negari non poteſt. Altera exceptio eſt: Niſi ſeruus damnum in turba dederit. hoc enim caſu in dominum, non ſeruum actio uidetur dãda. Sed hæc exceptio reprobatur d.l.4.§.penult. his uerbis: In ſeruum etiam & in familiam prætor dat actionem. Tertia exceptio uidetur: Niſi is qui damnum in turba dedit, mortuus ſit. hoc enim caſu in hæredem eius actio uidetur danda. Sed hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. fin. cuius uerba uide ſ. quæſt. prox.

VII. QVID VENIAT IN actione propoſita?

I. Regula: Intra annum in duplum, poſt annum in ſimplum competit. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ. eod. cap. in prin. propoſitis. Concordat d.l. 4.§. idcirco illud. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2. Concordat item d.l. 4. §. hæc autem. cuius uerba uide J. reg. prox.

II. Regula: Duplicatur quanti ea res eſt, uerum ſcilicet rei precium, & præſentis temporis fit æſtimatio. quæ regula approbatur d.§ hæc autem. his uerbis: Hæc actio in factum eſt, & datur in duplum quanti ea res erit: quod ad precium uerum rei refertur, & præſentis temporis fit æſtimatio, & ſemper in duplum intra annum eſt.

VIII. QVAMDIV COMpetit?

Annalis eſt. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. quæſt prox. reg. 1 Concordat d.l.4.§. ſed & hoc. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2.

IX. AD FINE REmedium.

De rapto in turba non hac, ſed ui bonorum raptorum actione agitur. quæ regula approbatur d.l. 4.§. loquitur. cuius uerba uide ſ. quæſt. 2.

DE INCENDIO, RVINA, *naufragio, rate, naue expugnata. actio. Cap. XV.*

PRimò: Verba edicti quo actio hæc introducta eſt, proponuntur l.1. in prin. ff. de incendio, ruina, naufragio, hæc: Prætor ait, In eum qui ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata quid rapuiſſe, recepiſſe dolo malo, damniúe quid in his rebus dediſſe dicetur: in quadruplum in anno, quo primùm de ea re experiundi poteſtas fuerit: poſt annum in ſimplum iudicium dabo. Item in ſeruum & familiam noxale iudicium dabo.

II. Ratio & uſus huius edicti eiusq; actionis proponitur d.l.1.§.1. his uerbis: Huius edicti utilitas euidens eſt, & iuſtiſsima ſeueritas: ſiquidem publicè intereſt nihil rapi ex huiuſmodi caſibus. Et quanquam ſint de his facinoribus etiam criminum executiones: attamen rectè prætor fecit, qui forenſes quoque actiones criminibus iſtis propoſuit.

III. CAVSSAE EX QVIBVS actio propoſita competit?

I. Cauſſa: Si ex incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata quid raptum ſit. Hæc cauſſa approbatur uerbis edicti paulo ſuperius propoſitis. Declaratur d.l.1.§. ex incendio, his uerbis: Ex incendio quemadmodum accipimus? utrum ex ipſo igne, an uerò ex eo loco ubi incendium fit? & melius ſic accipietur, Propter incendium: hoc eſt, propter tumultum incendij, uel propter trepidationem incendij rapi: quemadmodum ſolemus dicere in bello admiſſum, quod propter cauſſam belli admittitur. Proinde ſi ex adiacẽtibus prædijs, ubi incendium fiebat, raptum quid ſit: dicendum edicto locum eſſe: quia uerum eſt ex incendio rapi. Item ruinæ appellatio refertur ad illud tempus quo ruina fit: non tantùm ſi ex his quæ ruerunt, tulerit quis, ſed etiamſi ex adiacentibus. Ait prætor: Naufragio. Huius interpretationem uide J. exception. 4. Ait inſuper: Rate, naue expugnata. Hæc uerba declarantur l.1.§. deinde ait. ff. d.tt. de incendio, ruina, his uerbis: Deinde ait prætor, Rate, naue expugnata. Expugnare uidetur, qui in ipſo quaſi prælio & pugna aduerſus nauem & ratem aliquid rapit: ſiue expugnet, ſiue prædonibus expugnantibus rapiat. Labeo ſcribit, æquum fuiſſe, ut ſiue de domo, ſiue uilla expugnatis aliquid rapiatur: huic edicto locus ſit. non enim minus in mari, quàm in uilla per latrunculos inquietari uel infeſtari poſſumus. Declarantur item uerba

propoſita

propoſita l. 6 ff. eod. tit. his uerbis: Expugnatur nauis, cum ſpoliatur, aut mergitur, aut diſſoluitur, aut pertunditur, aut funes eius perſcinduntur, aut uela conſcinduntur, aut ancoræ inuolantur de mari.

II. *Cauſſa: Si quis ex incendio, ruina, naufragio, &c. quid recepit dolo malo. Hæc cauſſa approbatur uerbis edicti l. 1. in prin. ff. de incendio, & eodē cap. in prin. propoſitis hiſce:* Recepiſſe dolo malo, &c. *Concordat l. 3. §. non tantùm. ff. eod. tit. his uerbis:* Nō tantùm qui rapuit, uerùm is quoq; qui recepit, ex cauſis ſuprascriptis tenetur: quia receptatores non minus delinquunt, quàm aggreſſores. *Concordat item d. l. 3. §. non ſolùm. cuius uerba uide ſ. cauſſa prox. Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi ſine dolo malo recepit. Hæc exceptio approbatur d. l. 3. §. ſed enim, his uerbis:* Sed additum eſt, Dolo malo: quia non omnis qui recepit, ſtatim etiam deliquit, ſed qui dolo malo recepit. Quid enim ſi ignarus recepit? aut quid ſi ob hoc recepit, ut cuſtodiret, ſaluaq; faceret ei qui amiſerat? utiq; non debet teneri.

III. *Cauſſa: Si quis ex incendio, ruina, naufragio, &c. quid abſtulit, uel amouit. Hæc cauſſa approbatur d. l. 3. §. non ſolùm, his uerbis:* Non ſolùm qui rapuit, ſed & qui abſtulit uel amouit, uel damnum dedit, uel recepit, hac actione tenetur. Aliud autem eſſe rapi, aliud amoueri, palàm eſt: ſiquidem amoueri aliquid etiam ſine ui poteſt, rapi autem ſine ui non poteſt.

IIII. *Cauſſa: Si in incendio, ruina, naufragio, &c. alicui damnū datum ſit. Hæc cauſſa approbatur uerbis d. §. non ſolùm, iam propoſitis hiſce:* Vel damnum dedit. *Concordat l. 1. in prin. ibi: damni dederit quid. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. eod. cap. in prin. Huius cauſſæ exceptio hæc eſt: Niſi ſine dolo malo damnum datum ſit. Hæc exceptio approbatur, ſimul & exemplo declaratur d. l. 3. §. quod ait, his uerbis:* Quod ait prætor, De damno dato: ita demum locum habet, ſi dolo malo damnum datum ſit. Nam ſi dolus malus abſit, ceſſat edictum. Quemadmodum ergo procedit quod Labeo ſcribit, ſi defendendi mei cauſſa uicini ædificium orto incendio diſſipauerim, & meo nomine & familiæ iudicium in me dandum? cum enim defendendarum mearum ædium cauſſa fecerim, utiq; dolo careo. Puto igitur uerum non eſſe quod Labeo ſcribit. an tamen lege Aquilia agi cum hoc poſsit? & non puto agendum: nec enim iniuria hoc fecit, qui ſe tueri uoluit, cum aliàs non poſſet. & ita Celſus ſcribit.

EXCEPTIONES PRÆCEDENTIVM cauſſarum generales.

I. *Exceptio: Niſi ſine dolo malo factum eſt. Hæc exceptio approbatur uerbis d. §. quod ait, iam propoſitis. Concordat d. l. 3. §. ſed enim. cuius uerba uide ſ. cauſſa 2. except. 1.*

II. *Exceptio: Niſi non expugnata, ſed eiecta naue rapuit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 3. §. qui eiecta, his uerbis:* Qui eiecta naue quid rapuit, hoc edicto tenetur. eiecta, hoc eſt quod Græci aiunt *ἐκ ναυαγίου*.

III. *Exceptio: Niſi non naue, ſed domo uel uilla expugnata, rapuit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 3. §. 1. Labeo. cuius uerba uide ſ. cauſſa 1.*

IIII. *Exceptio: Niſi poſt incendium, ruinam, naufragium, ratem, nauem expugnatam, rem iacentem ſubripuerit. Hæc exceptio approbatur l. 1. §. fin. cum duabus legibus ſequentibus. ff. de incendio, his uerbis:* Ait prætor, Naufragio. Hic illud quæritur, utrùm ſi quis eo tempore tulerit, quo naufragium fit: an uerò etiamſi alio tempore, hoc eſt poſt naufragium? namq; res ex naufragio etiam hæ dicuntur, quæ in litore poſt naufragium iacent. & magis eſt, ut eo tempore & loco quo naufragium fit uel factum eſt, ſi quis rapuerit, incidiſſe in hoc edictum uideatur. Qui autem in litore rem iacentem, poſteaquam naufragium factum eſt, abſtulit: in ea conditione eſt, ut magis fur ſit, quàm hoc edicto teneatur: quemadmodum is qui quod de uehiculo exciderit, tulit. nec raptor uidetur, qui in litore rem iacentem tollit. *Concordat l. 5. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. except. prox.*

V. *Exceptio: Niſi ex alio loco, quàm quo incendium, ruina, naufragium, &c. fit, res rapiatur. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Et loco. *Concordat d. l. 5. his uerbis:* Si quis ex naufragio, uel incendio, ruinaue ſeruatam rem, & alio loco poſitam, ſubtraxerit aut rapuerit: furti ſcilicet, aut aliàs ui bonorum raptorum iudicio tenetur: maximè ſi non intelligebat, ex naufragio uel incendio ruinaue eam eſſe. Iacentem quoque rem ex naufragio, quæ fluctibus expulſa ſit, ſi quis abſtulerit: plerique idem putant. Quod ita uerum eſt, ſi aliquod tempus poſt naufragium interceſſerit. alioquin ſi in ipſo naufragij tempore id acciderit: nihil intereſt, utrum ex ipſo mari quiſque rapiat, an ex naufragijs, an ex litore. De eo quoque quod ex rate, naue expugnata raptum ſit, eandem interpretationem adhibere debemus. *Huius exceptionis replicatio hæc eſt: Niſi tempore incendij, ruinæ, naufragij, &c. res in uicinis locis poſita rapiatur. quæ replicatio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Quod ita uerum eſt, &c. *Concordat l. 1. §. ex incendio, ibi: proinde ſi ex. item §. item ruinæ. ff. eod. tit. cuius uerba uide ſ. cauſſa 1.*

VI. *Exceptio: Niſi ante incendium, ruinam, naufragium,*

fragium,&c.factum rapiatur. quæ exceptio approbatur quidem ipſo iure, uerùm eius replicatio hæc eſt: Niſi in ipſa ſuſpicione incendij, ruinæ, naufragij raptum ſit. Hæc replicatio approbatur l.4. in prin. ff.d.tt.his uerbis: Pedius poſſe etiam dici, ex naufragio rapere eum qui, cum nondũ naufragium fiat, in ipſa trepidatione rapiat. *Huius replicationis duplicatio hæc eſt: Niſi poſtea non ſequatur incendium, ruina, naufragium. &c. Hæc duplicatio approbatur l.1.§.ſi ſuſpicio.ff.eod.tt. his uerbis:* Si ſuſpicio fuit incendij uel ruinæ, & incendium uel ruina non fuerit: uideamus, an hoc edictum locum habeat? & magis eſt, ne habeat: quia neq; ex incendio, neq; ex ruina quid raptum eſt.

VII. *Exceptio: Niſi dominus rerum eas rapuerit. Hæc exceptio approbatur l. ult. in prin. ff. de incendio, ruina, his uerbis:* Licere unicuiq; naufragium ſuum impunè colligere, conſtat: idq́; Imperator Antoninus cum diuo patre ſuo reſcripſit.

VIII. *Exceptio: Niſi dominus relinquendi animo res ſuas iactauerit. Hæc exceptio approbatur l.44. §.ſi iactum.ff.de furtis. cuius uerba uide ſ. lib.prox. cap.3. quæſt.2.cauſſa 19.except 2.repl.1.*

IIII. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. *Regula, De eo cui res abeſt, proponitur l. 18. C.de furtis.cuius uerba uide j.quæſt.6.reg.1.*

II. *Regula, De hæredibus, proponitur l.4. §.fin. ff.de incendio, ruina cuius uerba uide j.quæſt.prox.*

III. *Regula, De fiſco, proponitur l.3.§.fin.ff.d.tt. cuius uerba uide j.quæſt.8.reg.3.*

V. ADVERSVS QVOS competit?

De hæredibus rapientis proponitur d.l.4. §. fin. his uerbis: Hæ actiones etiam hæredibus dantur: at in hæredes eatenus dandæ ſunt, quatenus ad eos peruenit.

VI. QVID VENIAT IN Actione propoſita?

Intra annum in quadruplum, poſt annum in ſimplum competit. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ.eod.cap.in prin.propoſitis. Concordat l.18.C.de furtis, hiſce uerbis: In eum qui ex naufragio uel incendio cepiſſe, uel in his rebus damni quid dediſſe dicitur: intra annum utilem ei cui res abeſt, quadrupli: poſt in ſimplum actionem proditam, præter pœnam olim ſtatutam, forma edicti perpetui declarat. *Ait Imp.* Præter pœnam olim ſtatutam. *De hac pœna uide j. quæſt.8. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſeruus deliquerit. hoc enim caſu dominus ſeruum noxæ dedendo liberatur. quæ exceptio approbatur uerbis edicti ſ.eod.cap.in prin.propoſitis hiſce:* Item in ſeruum & familiam noxale iudicium dabo.

VII. QVAMDIV COMpetit?

Annalis eſt actio. quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur per ea quæ propoſita ſunt ſ. reg. proxim.

VIII. ADFINIA REmedia.

I. *Regula: Ex cauſſis ſupradictis actio propoſita, non alia competit. cuius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi poſt naufragium factum rem iacentem ſubripuit. hoc enim caſu furti actio eſt, uel ui bonorum raptorum. quæ exceptio approbatur l.3.in prin.ff.de incendio. cuius uerba uide ſ. quæſt.3. except.4. Concordat l.5.in prin.ff eod.tt. cuius uerba uide ſ. quæſt.3. except.5. Reliquas exceptiones uide in regulis ſequẽtib.*

II. *Regula, De furti actione, proponitur l.44.§. ſi iactum.ff.de furtis. cuius uerba uide ſ. lib.proxim. cap.3.quæſt.2.cauſſa 19.except.2.repl.1.*

III. *Regula, De duobus ſenatuſconſultis Claudij temporibus factis, proponitur l.1.§.fin.ff.de incẽdio, his uerbis:* Senatuſconſultum Claudianis temporibus factum eſt, ut ſi quis ex naufragio clauos, uel unum ex his abſtulerit, omnium rerum nomine teneatur. Item alio ſenatuſconſulto cauetur: eos quorum fraude aut conſilio naufragi ſuppreſſi per uim fuiſſent, ne naui ibiue periclitantibus opitulentur: legis Corneliæ quæ de ſicarijs lata eſt, pœnis adficiendos. Eos autem qui quid ex miſerrima naufragorum fortuna rapuiſſent, lucratiue fuiſſent dolo malo: in quantum edicto Prætoris actio daretur, tantum & fiſco dari debere.

IIII. *Regula, De conſtitutione diui Antonini, proponitur l.4.§.1.ff.eod tt.his uerbis:* Diuus Antoninus de his qui prædam ex naufragio diripuiſſent, ita reſcripſit: Quod de naufragijs nauis & ratis ſcripſiſti mihi, eò pertinet, ut explores qua pœna adficiẽdos eos putem, qui diripuiſſe aliqua ex illa probentur. Et facilè (ut opinor) conſtitui poteſt. Nam plurimum intereſt, peritura collegerint, an quæ ſeruari poſſint, flagitioſè inuaſerint. Ideoq́; ſi grauior præda ui appetita uidebitur: liberos quidem fuſtibus cæſos in triennium relegabis: at ſi ſordidiores erunt, in opus publicum eiuſdem temporis dabis. Seruos flagellis cæſos in metallum damnabis. Si non magnæ pecuniæ res fuerint: liberos fuſtibus, ſeruos flagellis cæſos dimittere poteris. Et omnino ut in cæteris, ita in huiuſmodi cauſſis ex perſonarum conditione & rerum qualitate diligenter pœnæ ſunt æſtimandæ: ne quid aut durius aut remiſsius conſtituatur, quàm cauſſa poſtulabit.

V. *Regula, De conſtitutione diui Hadriani, & alio quodam ſenatuſconſulto, proponitur l.7. ff.d.tt. his uerbis:* Ne quid ex naufragijs diripiatur,

tur,uel quis extraneus interueniat colligẽdis eis,multifariam proſpectum eſt. Nam & diuus Hadrianus adicto præcepit, ne hi qui iuxta litora maris poſsiderent, ſcirent, ſi quando naui uel infixa uel fracta intra finea agri cuiuſq; naufragia diripiant, in ipſos iudicia præſides his qui res ſuas direptas quærantur, reddituros: ut quidquid probauerint ſibi ademptum naufragio,id à poſſeſſoribus recipiant.De his autem quos diripuiſſe probatum ſit, præſidem ut de latronibus grauem ſententiam dicare. Et quo facilior ſit probatio huius admiſsi,permiſit eis qui quid paſſos ſe huiuſmodi querantur, adire Præfectos. & apud eos teſtari,reosq; parere:ut pro modo culpæ uel uincti,uel ſub fidaiuſſoribus ad Præſidem remittantur. A' domino quoq; poſſeſsionis, in qua id admiſſum dicatur, ſatis accipi , ne cognitioni deſit, præcipitur. Sed nec interuenire naufragijs colligendis aut militem , aut priuatum , aut libertum, ſeruumúe Principis, placere ſibi, ait Senatus.

VI.Regula,*De officio præſidis.proponitur l.10. ff. d. tt. his uerbis:* Ne piſcatores nocte lumine oſtenſo fallant nauigantes, quaſi in portum aliquem delaturi , eoq; modo in periculum naues & qui in eis ſunt deducant,ſibiq; execrandam prædam dent:præſidis prouinciæ religioſa conſtantia efficiatur.

VII.Regula,*De conſtitutione imperatoris Honorij, proponitur l. 5. C. de naufragijs.cuius uerba uide alibi.*

VIII. Regula, *De lege Iulia de ui publica & priuata,proponitur ī. lib. 4. cap.2. queſt.1. cauſſa 12 & 13.*

DE HIS QVI DEIECErint uel effuderint,actio. Cap. XVI.

PRimò: *Verba edicti quo actio hec introducta eſt,proponuntur l.1. in prin.ff. de his qui deiecerint uel effuderint, hec:* Prætor ait de his qui deiecerint uel effuderint: Vnde in eũ locum quo uulgò iter fiet,uel in quo conſiſtetur, deiectum uel effuſum quid erit: quantum ex ea re damnum datum factumue erit, in eum qui ibi habitauit, in duplum iudicium dabo. Si eo ictu homo liber perijſſe dicetur, quinquaginta aureorum iudicium dabo.Si uiuet, nocitumque ei eſſe dicetur : quantum ob eam rem æquum iudici uidebitur,eum cum quo agetur condemnari , tanti iudicium dabo. Si ſeruus inſciente domino feciſſe dicatur:in iudicio adijciam,ut noxam dedere liceat.

II. *Ratio & uſus huius edicti eiuſq; actionis proponitur d.l.1.§.ſumma,his uerbis:* Summa cum utilitate id Prætorem edixiſſe, nemo eſt qui neget.publicè enim utile eſt , ſine metu & periculo per itinera commeari.

III. GENVS ET PROPRIVM huius actionis.

I. Regula:*In factum actio eſt.que regula approbatur d.l.1.§.hec in factum.cuius uerba uide J.queſt. 6.reg.1.*

II.Regula:*Pœnalis actio eſt.que regula approbatur l.5.§.hec autem.ibi:nam & pœnalis.ff.eod.tt. cuius uerba uide J.queſt.5.reg.1.except.1.*

III.Regula:*Popularis eſt actio.que regula approbatur d.uerſ.nam & pœnalis.*

IIII.Regula:*Ex bono & æquo oritur.que regula approbatur d.§.hec autem,in fine.cuius uerba uide J.queſt.5.reg.1.except.2.*

V. Regula:*Ex quaſi maleficio oritur. que regula approbatur l.4.§.is quoq;.ff.de action.& obligat. his uerbis:* Is ex cuius cœnaculo , uel proprio ipſius , uel conducto , uel in quo gratis habitabat, deiectum effuſumúe aliquid eſt,ita ut alicui noceret:quaſi ex maleficio teneri uidetur.Ideo autem non propriè ex maleficio obligatus intelligitur: quia plerunq; ob alterius culpam tenetur, aut ſerui, aut liberi. Cui ſimilis eſt is qui ea parte qua uulgò iter fieri ſolet,id poſitum uel ſuſpenſum habet,quod poteſt(ſi ceciderit)alicui nocere. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. de obligationib. quæ quaſi ex delicto naſcuntur. §. item is ex.*

IIII. CAVSSAE EX QVIBVS actio propoſita competit?

I. Cauſſa: *Si in eum locum quo uulgò iter fit, uel in quo conſiſti ſolet, quid deiectum uel effuſum ſit, quo alicui damnum datum eſt, uel liber homo occiſus. Hec cauſſa approbatur uerbis edicti ī. eod. cap. in prin. propoſitis. Concordant ea que propoſita ſunt ī.reg.prox.*

II. Cauſſa:*Si quid ſuſpenſum decidit uel effuſum eſt, quo alicui nocitum eſt. Hec cauſſa approbatur l.1.§. quod cum ſuſpend. ff. de his qui deiecerint, his uerbis:* Quod cum ſuſpenderetur decidit,deiectum uideri: ſed & quod ſuſpenſum decidit,pro deiecto haberi, magis eſt. Proinde etſi quid pendens effuſum ſit: quamuis nemo hoc effuderit, edictum tamen locum habere dicendum eſt. *Concordat l. 5. §. ſi id quod. ff. eod.tt. cuius uerba uide J. cap.prox.queſt.6.reg.1.*

EXCEPTIONES HARVM CAVSSArum generales.

I. Exceptio : *Niſi non in eum locum quo uulgò iter ſit , deiectum uel effuſum ſit. Hec exceptio elicitur ex uerbis edicti ī. propoſitis. Concordat l.1.§.parui autem.ff. d.tt. cuius uerba uide J. proximè.*

II. Exceptio:*Niſi in priuatum,non in publicum*

locum deiectum uel effuſſum ſit. Hæc exceptio reprobatur d. §. parui autem, his uerbis: Parui intereſſe debet, utrum publicus locus ſit, ao uerò priuatus : dommodo per eũ uulgò iter fiat. quia iter facientibus proſpicitur, non poblicis uijs ſtudetur. Semper eoim ea loca per quæ uulgò iter fieri ſolet, eandem ſecuritatem habere debent. Cæterùm ſi aliquando uulgus in ills uia non commeabat, & tunc deiectum ſit uel effuſum, cum adhoc ſecreta loca eſſent, & modò cœpit commeari: non debet hoc edicto teneri.

III. Exceptio: *Niſi de naue ſit deiectum. Hæc exceptio reprobatur l. 6. §. fin. ff. d. tt. his uerbis:* Si de naue deiectum ſit, dabitur actio utilis in eum qui oaui præpoſitus ſit.

IIII. Exceptio: *Niſi non in ciuitate uel uico, ſed extrà ſit deiectum. Hæc exceptio reprobatur d. l. 6. in prin. his uerbis;* Hoc edictum noo tantùm ad ciuitates & uicos, ſed & ad uias, per quas uulgò iter ſit, pertinet.

V. Exceptio: *Niſi noctu ſit deiectum uel effuſum, non interdiu. Hæc exceptio approbatur. ſimul & diſtinguitur d. l. 6. §. 1. his uerbis:* Labeo ait, locum habere hoc edictum, ſi interdiu deiectum ſit, non nocte. Sed quibuſdam locis & nocte iter fit.

VI. Exceptio: *Niſi ſine culpa inhabitantis deiectum uel effuſum ſit. Hæc exceptio reprobatur l. 1. §. hæc in factum. ibi: nec adijcitur. ff. de his qui deiecerint. cuius uerba uide J. quæſt. 6. reg. 1. Concordant ea quæ proponuntur ā. quæſt. proxim. reg. 5. ibi: quia plerunq;.*

VII. Exceptio: *Niſi quis operantium uel diſcentium deiecerit uel effuderit. Hæc exceptio reprobatur l. 5. §. ſi horrearius. ff. d. tt. his uerbis:* Si horrearius aliquid deiecerit uel effuderit, aut conductor apothecæ, uel qui in hoc duntaxat cõductum locum habebat, ut ibi opus faciat uel doceat: in factum actioni locus eſt, etiamſi quis operantium deiecerit uel effuderit, uel diſcentium.

VIII. Exceptio: *Niſi cum alio eiuſdem delicti nomine actum ſit. Hæc exceptio approbatur l. 3. ff. d. tt. cuius uerba uide J. quæſt. 6. reg. 3.*

V. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

I. Regula, *De hæredibus. His quoq; actio propoſita competit. quæ regula approbatur l. 5. §. hæc autẽ. ff. de his qui deiecerint, his uerbis:* Hæc actio quę cõpetit de effuſis & deiectis, perpetua eſt. & hæredi competit: in hærede uerò nõ datur. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ex eo agatur, quòd liber homo periiſſe dicatur. quæ exceptio approbatur d. §. hæc autẽ, his uerbis:* Quæ autem de eo competit, quòd liber periiſſe dicetur: intra annum duntaxat competit, neq; in hæredem, ſed nec hæredi ſimilibusq; perſonis datur: nam & pœnalis eſt & popularis. Dummodo ſciamus, ex pluribus deſiderantibus hanc actionem ei potiſsimùm dari debere, cuius intereſt, uel qui adfinitate cognationeue defunctum contingit. *Altera exceptio eſt: Niſi ex eo agatur, quòd libero homini nocitum eſſe dicatur. Hæc exceptio approbatur ibidem, his uerbis:* Sed ſi libero homioi nocitum ſit, ipſi perpetua erit hæc actio: ſi alius uelit experiri, annua erit. nec enim hæredibus iure hæreditario competit. Quippe quod in corpore libero damni datur, iure hæreditario tranſire ad ſucceſſores non debet, quaſi non ſit damnum pecuniariũ. nam ex bono & æquo oritur.

II. Regula: *Cuilibet uolenti datur hæc actio. quæ regula approbatur. uerbis d. §. hæc autem, ā. reg. prox. except. 1. propoſitis hiſce:* Et popularis. *Concordant ea quæ propoſita ſunt ā. lib. 26. cap. 12. quæſt. 3. reg. 1. Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi plures agere uolent. hoc enim caſu unus eligendus, cuius maximè intereſt. quæ exceptio approbatur uerbis d. §. hæc autem, d. except. 1. propoſitis hiſce:* Dummodo ſciamus, ex pluribus, &c. *Concordant ea quæ propoſita ſunt d. quæſt. 3. reg. 2.*

VI. ADVERSVS QVOS COMpetit actio propoſita?

I. Regula, *De habitatore ædium, ex quibus deiectum uel effuſum eſt. Hic regulariter actione propoſita tenetur, non alius. quæ regula approbatur uerbis edicti l. 1. in prin. ff. de his qui deiecerint, ā. eod. cap. in prin. propoſitis hiſce:* In eum qui ibi habitauit. *Concordat d. l. 1. §. hæc in factum, his uerbis:* Hæc in factum actio in eum datur, qui inhabitauit cum quid deijceretur uel effunderetur, non in dominum ædium. Culpa enim penes eum eſt. Nec adijcitur culpę mentio uel inficiationis, ut in duplum detur actio: quamuis damni iniuriæ utrunq; exigat. *Concordat item l. 6. §. habitator. ff. eod. tt. his uerbis:* Habitator ſuam ſuorumq; culpã præſtare debet. *Concordat item d. l. 6. §. fin. cuius uerba uide ā. quæſt. 4. except. 3. Concordant item ea quæ propoſita ſunt ā. quæſt. 3. reg. 5. Declaratur regula propoſita d. l. 1. §. habitare, his uerbis:* Habitare dicimus uel in ſuo, uel in conducto, uel gratuito. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi hoſpes pauliſper hoſpitetur ibi: hic enim non tenetur. quæ exceptio approbatur d. §. habitare, his uerbis:* Hoſpes non tenebitur, qui ibi non habitat, ſed pauliſper hoſpitatur: ſed is tenetur, qui hoſpitium dedit. Tantum autem intereſt inter habitatorem & hoſpitem, quantum intereſt inter domicilium habentem, & peregrinantem. *Altera exceptio eſt: Niſi liberti, clientes uel alij amici, qui apud patronum uel amicum ſuum gratis habitant. Hæc exceptio approbatur l. 5. §. 1. ff. d. tt. cuius uerba uide J. reg. 1. except. 3. Tertia exceptio uidetur: Niſi habitator*

tator tantùm locum conductum habuit, ut ibi opus facceret, uel doceret. Hæc exceptio reprobatur d.l.5. §.ſi horrearius. cuius uerba uide ỹ. quæſt.4. except. 7. Quarta exceptio eſt: *Niſi habitator ſit abſens. Hæc exceptio approbatur, ſimul & diſtinguitur Nouell.c.68.§.quòd ſi alter quidem. cuius uerba uide ỹ. lib.5.cap.2.quæſt.1. except. 48.* Quinta exceptio *uidetur: Niſi filiusfamiliâs ibi habitauerit. hoc enim caſu in patrem eius actio uidetur danda. ſed hæc exceptio reprobatur l.1.§.ſi filiusfam.ff. de his qui deiecerint, his uerbis:* Si filiusfamiliâs cœnaculum conductum habuit, & inde deiectum uel effuſum quid ſit: de peculio in pattem noo datur: quia non ex contractu uenit. in ipſum itaq; filium hæc actio competit. *Concordat l.4.§.ideo ſi filiusfam.ff.de action.& obligat. his uerbis:* Si filiusfamiliâs ſeorſim à patre habitauerit, & quid ex cœnaculo eius deiectum effuſumúe ſit, ſiue quid poſitum ſuſpenſumúe habuerit, cuius caſus periculoſus ſit: Iuliano placuit, in patrem neque de peculio, neq; noxalem dandam eſſe actionem, ſed cum ipſo filio agendum. *Concordat iiſdem uerbis Inſt. de obligat. quæ quaſi ex delicto naſc. §. ſi filiusfamiliâs.* Sexta exceptio *uidetur: Niſi ſeruus ibi habitauerit. hoc enim caſu in dominum eius actio uidetur danda. Sed & hæc exceptio reprobatur d.l.1.§.cum ſeruus, his uerbis:* Cum ſeruus habitator eſt, utrum noxalis actio danda ſit, quia non eſt ex negocio geſto: an de peculio, quia non ex delicto ſerui uenit? neq; rectè dicitur ſerui noxa, cum ſeruus nihil nocuerit. Sed ego puto ſeruum impunitum eſſe non oportere, ſed extra ordinem officio iudicis corrigendum. *Concordat l.4.§.ideo ſi filiusfamil.ff.de action.& obligat. uerbis paulo ſuperius propoſitis hiſce:* Neq; noxalem, &c.

II. *Regula, De hæredibus, proponitur l.5.§. hæc autem. ff. de his qui deiecerint. cuius uerba uide ỹ. quæſt. prox. reg. 1.*

III. *Regula, De pluribus habitantibus. Aduerſus omnes competit actio propoſita. quæ regula approbatur l.1.§.fin. cum tribus legibus ſequentibus. ff. d. tt. his uerbis:* Si plures in cœnaculo eodem habitẽt, unde quid deiectum eſt, in quemuis hæc actio dabitur: cum ſanè impoſsibile eſt ſcire, quis deieciſſet uel effudiſſet. Et quidem in ſolidum. Sed ſi cum uno fuerit actum, cæteri liberabuntur perceptione, non litis conteſtatione, præſtaturi partem damni ſocietatis iudicio uel utili actione ei qui ſoluit. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi reus conuentus ſolidum præſtiterit. quæ exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Sed ſi cum uno fuerit actum, cæteri liberabuntur, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi plures diuiſo inter ſe cœnaculo habitent. hoc enim caſu is ſolus tenetur, ex cuius parte deiectum eſt. quæ exceptio approbatur l.5. in prin. ff. d. tt. his uerbis:* Si plures diuiſo inter ſe cœnaculo habitent: actio in eum ſolum datur, qui inhabitat eam partem, unde effuſum eſt. *Concordat d.l.5.§. interdum, his uerbis:* Interdum, quo ſine captione actoris fiat, oportebit Prætorem æquitate motum potius dare actionem in eum, ex cuius cubiculo uel exhedra deiectum eſt, licet plures in eodem cœnaculo habitent. Quòd ſi ex mediano cœnaculi quid deiectum ſit: uerius eſt, omnes teneri. *Tertia exceptio eſt: Niſi quis alijs habitationem uel hoſpitium præbens, ipſe maximam cœnaculi partem inhabitet: hic enim ſolus tenebitur. quæ exceptio approbatur d.l.5. §.1. his uerbis:* Si quis gratuitas habitationes dederit libertis & clientibus, uel ſuis, uel uxoris: ipſum eorum nomine teneri, Trebatius ait. quod uerum eſt. Idem erit dicendum, & ſi quis amicis ſuis modica hoſpitiola diſtribuerit. Nam et ſi quis cœnaculariam exercens, ipſe maximam partem cœnaculi habeat: ſolus tenebitur. Sed et ſi quis hoſpitalia habeat, æquè ſolus tenebitur. Sed ſi quis cœnaculariam exercens, modicum ſibi hoſpitium retinuerit, reſiduum pluribus locauerit: omnes tenebuntur qui in hoc cœnaculo habitant, unde deiectum effuſumúe eſt.

VII. QVID VENIAT IN Actione propoſita?

I. *Regula: In duplum datur actio. quæ regula approbatur uerbis edicti ỹ. eod. cap. in prin. propoſitis. Concordat l.1.§. hæc in factum, in fine. ff. de his qui deiecerint. cuius uerba uide ỹ. quæſt. prox. reg 1. in prin. Concordat item Inſt. de obligat quæ quaſi ex delicto naſc. his uerbis:* De eo quod deiectum effuſumúe eſt, dupli, quantum damni datum ſit, conſtituta eſt actio. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi liber homo perijſſe dicatur. hoc enim caſu quinquaginta aureorum iudicium datur. quæ exceptio approbatur uerbis edicti ỹ. propoſitis hiſce:* Si eo ictu homo liber perijſſe dicetur, quinquaginta aureorum iudicium dabo. *Concordat d.l.1.§. ſed cum liber, his uerbis:* Cum liber homo perijt, damni æſtimatio non fit in duplum: quia in homine libero nulla corporis æſtimatio fieri poteſt. ſed quinquaginta aureorum condemnatio fit. *Concordat Inſt. de obligat. quæ quaſi ex delicto naſc. §. ob hominem, his uerbis:* Ob hominem liberum occiſum, quinquaginta aureorum pœna cõſtituitur. Si uerò uiuat, nocitumq; ei eſſe dicatur: quantum ob eam rem æquum iudici uidetur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis præſtitas, cæteraq; impendia quæ in curatione facta ſunt: præterea operas quibus caruit. aut cariturus eſt ob id quòd inutilis

utilis eſt factus. *Altera exceptio eſt: Niſi libero homini nocitum eſſe dicatur: hoc enim caſu extraordinaria pœna eſt. quæ exceptio approbatur uerbis edicti ī propoſitis hiſce:* Si uiuet, nocitumq; ei eſſe dicetur: quanrum ob eam rem æquó iudici uidebitur, eum cum quo agetur con demnari: tanti iuditium dabo. *Concordat Inſt. d. §. ob hominem, uerbis iam propoſitis hiſce:* Si uerò uiuat, &c. *Declaratur hæc exceptio d. l. 1. §. hæc autem uerba, his uerbis:* Hæc uerba, Si ui uet, nocitumq; ei eſſe dicetur: non pertinent ad damna quæ in rem hominis liberi facta ſunt (ſi fortè ueſtiméta eius, uel quid aliud ſciſſum corruptumúe eſt) ſed ad ea qoæ in corpos eius admittuntur. *Planè quanti æſtimandū damnum in corpore liberi hominis præſtitum, definitur l. 7. ff. de his qui deiecerint. de qua re uide ī. lib. prox. cap. 12. quæſt. 3. reg. 10. Tertia exceptio eſt: Niſi ſeruus inhabitantis deieciſſe uel effudiſſe dicatur. hoc enim caſu dominus ſeruum noxæ dedēdo liberatur. quæ exceptio approbatar uerbis edicti ī. propoſitis hiſce:* Si ſeruus inſciēte domino feciſſe dicetur: in iudicio adijciā, ut ooxæ dedere liceat. *Quarta exceptio eſt: Niſi ſeruus cœnaculū inhabitet. hic enim officio iudicis extra ordinē corrigēdus. quæ exceptio approbatur l. 1. §. cū ſeruus. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. quæſt. prox. reg. 1. except. 6.*

II. Regula: Vnus ex pluribus inhabitantibus in ſolidum tenētur. quæ regula approbatur l. 3. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. quæſt. prox. reg. 3.

VIII. QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua eſt actio. quæ regula approbatur l. 5. §. hæc autem. ff. de his qui deiecerint. cuius uerba uide ī. quæſt. 5. reg. 1. in prin. Huius regulæ exceptio prima hæc eſt: Niſi ex eo quòd liber homo periiſſe dicatur, agitur. hoc enim caſu eſt annalis actio. quæ exceptio approbatur d. §. hæc autem. ibi: quæ autem de eo. cuius uerba uide d. reg. 1. except. 1. Altera exceptio eſt: Niſi ex eo agatur, quòd libero homini nocitum eſſe dicatur. hoc enim caſu alij agenti annalis eſt actio, ipſi autem cui nocitum eſt, perpetua. quæ exceptio approbatur d. §. hæc autem. ibi: ſed ſi libero. cuius uerba uide d. reg. 1. except. 2.

IX. EVENTVS.

I. Regula: Reo condemnato, aduerſus deiectorem uel effundentem actio datur ad id quod præſtitit, ſibi reſtituendum. quæ regula approbatur l. 5. §. cum autem. ff. de his qui deiecerint, his uerbis: Cùm legis Aquiliæ actione propter hoc quis condem natus eſt: meritò ei qoi ob hoc quod hoſpes, uel quis alius de cœnaculo deiecit, cō demnatus eſt, in factum dādam eſſe Labeo ait aduerſus deiectorem. quod uerum eſt. Planè ſi locauerit deiectori, etiam ex locato habebit actionem.

II. Regula: Vnus ex pluribus inhabitantibus in ſolidum condemnatus, id quod præſtitit á ſocijs pro parte repetere poteſt. quæ regula approbatur l. 4. ff. d. tt. cuius uerba uide ī. quæſt. 6. reg. 3.

DE POSITO ET SVSPENſo actio. Cap. XVII.

PRimò: *Verba edicti quo hæc actio introducta eſt, proponuntur l. 5. §. prætor ait. ff. de his qui deiecerint, hæc ſcilicet:* Prætor ait, Ne quis in ſubgrunda protectoúe ſupra eum locū quo uulgò iter fiet, inúe quo conſiſtetur, id poſitum habeat, cuius caſus nocere cui poſsit. Qui aduerſus ea fecerit, in eum ſolidorum decem in factum iudicium dabo. Si ſeruus inſciente domino feciſſe dicetur, aot æſtimatiooem dari, aut noxæ dedi iubebo.

II. Ratio huius edicti eiusq; actionis proponitur d. l. 5. §. hoc edictum, his uerbis: Hoc edictū ſuperioris portio eſt. conſequens etenim fuit, Prætorem etiam in hunc caſum proſpicere: ut ſi quid in his partibus ædium periculoſe poſitum eſſet, ne noceret.

III. GENVS HVIVS actionis.

I. Regula: In factum actio eſt. quæ regula approbatur uerbis edicti paulo ſuperius propoſitis hiſce: In factom iudicium dabo.

II Regula: Popularis eſt actio. quæ regula approbatur d. l. 5. § fin. cuius uerba uide ī. quæſt. 5.

III. Regula: Pœnalis eſt actio. quæ regula approbatur d. §. fin.

IIII. Regula: Ex quaſi maleficio oritur. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ī. cap. prox. quæſt. 5. reg. 3.

IIII. CAVSSA EX QVA DAtur hæc actio.

Si quis in ſubgrunda uel protecto ſupra eum locum quo uulgò iter fit, & in quo conſiſti ſolet, id poſitum habeat, cuius caſus alicui nocere poßit. Hæc cauſſa approbatur uerbis edicti ī. eod. cap. in prin. propoſitis. Cōcordant ea quæ propoſita ſunt d. reg. 5. Huius cauſſæ prima exceptio, ſumpta ex perſona poſitum habentis, reprobatur d. l. 5. §. ait prætor, his uerbis: Ait prætor, Ne quis in ſubgrunda protectoúe. Hæc uerba, Ne quis: ad omnes pertinent uel inquilinos, uel dominos ædiū ſiue inhabitent, ſiue non, habeant tamen aliqoid in ijs locis expoſitum.

II. Exceptio, ſumpta ex loco in quo poſitum eſt, reprobatur d. l. 5. §. ſupra eum locum, his uerbis: Supra eum locum quo uulgò iter fiet, inúa qoo conſiſtetur, id poſitum habeat, &c. Accipere debemus Poſitum habere, ſiua in habitatiooibus uel cœnaculis, ſiue etiam in horreis uel cuius alterius ædificij.

III. Exceptio; Niſi in pergula poſitum habuerit, non in ſubgrunda uel protecto. Hæc exceptio approbatur d. l. 5. §. ſi id quod. ibi: nam cum pictor. cuius uerba uide ī. quæſt. 6. reg. 1.

IIII. Exceptio: Niſi non poſitum, ſed ſuſpenſum

habuerit,

habuerit. Hæc exceptio approbatur d. §. ſi id quod. ibi:idem ſeruandum reſpondit.

V. *Exceptio: Niſi caſus eius quod poſitum eſt, nulli poßit nocere. Hæc exceptio approbatur d.l.5.§. prætor ait, his uerbis:* Prætot ait, Cuius caſus nocere cui poſsit. Ex his uerbis manifeſtatur, non omne quod poſitum eſt, ſed quidquid ſic poſitum eſt, ut nocere poſsit, hoc ſolùm proſpicere Prætorem, ne poſsit nocere. nec ſpectamus ut noceat, ſed omnino ſi nocere poſsit, edicto locus ſit. Coercetur autem qui poſitum habuit, ſiue nocuit id quod poſitum erat, ſiue non nocuit.

VI. *Exceptio: Niſi poſitum nulli nocuerit. Hæc exceptio reprobatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Nec ſpectamus ut noceat.

V. QVIBVS COMPETIT actio propoſita?

Hæredibus quoq; competit hæc actio. quæ regula approbatur d.l.5.§.fin. his uerbis: Iſta actio popularis eſt, & hæredibus ſimilibusq; competit: in hæredem autem non competit, quia pœnalis eſt.

VI. ADVERSVS QVOS competit?

I. *Regula, De eo qui poſuit, & eo qui inhabitat, proponitur d. l. 5. §. ſi id quod, his uerbis:* Si id quod poſitum erat, deciderit & nocuerit: in eum competit actio qui poſuit, non in eum qui habitauit: quaſi hæc actio nõ ſufficiat. Quia poſitum habuiſſe non utiq; uidetur qui poſuit: niſi uel dominus fuit ædium, uel inhabitator. Nam cum pictor in pergula clypeum uel tabulam expoſitam habuiſſet, eaq; excidiſſet, & tranſeunti dãni quid dediſſet: Seruius reſpondit, ad exemplum huius actionis dari oportere actionem: hanc enim nõ competere, palàm eſſe. quia neq; in ſubgrunda, neq; in protecto tabula fuerat poſita. Idem ſeruandum reſpondit, & ſi amphora ex reſticula ſuſpenſa decidiſſet, & damnum dediſſet: quia & legitima & honoraria actio deficit.

II. *Regula, De eo qui ab alio poſitum patitur, proponitur d.l.5.§.poſitum habere, his uerbis:* Poſitum habere etiã is rectè uidetur, qui ipſe quidem non poſuit, uerùm ab alio poſitum patitur. Quare ſi ſeruus poſuerit, dominus autem poſitum patiatur: non noxali iudicio dominus, ſed ſuo nomine tenebitur.

III. *Regula, De hæredibus. Aduerſus hos actio propoſita non competit. quæ regula approbatur d.l. 5.§.fin. cuius uerba uide ſ.quæſt.prox.*

IIII. *Regula, De patre & domino eius qui poſitum uel ſuſpenſum habuit. Aduerſus hos non datur actio propoſita. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ſ.cap.prox.quæſt.6.reg.1. except.5 & 6.*

VII. QVID VENIAT IN actione propoſita?

Decem ſolidorum actio eſt. quæ regula approbatur uerbis edicti ſ.eod.cap. in prin. propoſitis. Concordat Inſt. de oblig. quæ quaſi ex delicto naſc. §. item is ex, his uerbis: De poſito & ſuſpenſo pœna decem aureorum conſtituta eſt. *Huius regulæ exceptio hæc eſt: Niſi ſeruus fecerit, dominusq; ſeruum noxæ dedere malit. quæ exceptio approbatur eiuſdem edicti uerbis hiſce:* Si ſeruus inſciente domino feciſſe dicetur: aut æſtimationem dari, aut noxæ dedi iubebo. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi dominus à ſeruo poſitum ſciens patiatur. quæ replicatio approbatur d. l.5. §. poſitum habere. cuius uerba uide ſ. reg. prox.*

DE CRIMINE STELLIONATUS. Cap. XVIII.

I. GENVS ET PROPRIA huius actionis.

I. *Regula: Neq; publicum, neq; priuatum eſt iudicium. quæ regula approbatur l. 1. ff. ſtellionatus, his uerbis:* Actio ſtellionatus neq; publicis iudicijs, neq; priuatis actionibus continetur. *Concordat l.3.ff. de extraordinarijs criminib. his uerbis:* Stellionatus uel expilatæ hæreditatis iudicia accuſationem quidem habent, ſed non ſunt publica. *Concordat item l.3. C. de crimine ſtellion. his uerbis:* Stellionatus accuſatio inter crimina publica nõ habetur.

II. *Regula: Quod in priuatis iudicijs eſt de dolo actio, hoc in criminib. ſtellionatus perſecutio. quæ regula approbatur l.3.§ 1.ff. ſtellionatus. cuius uerba uide j.quæſt.prox.cauſſa 1.*

III. *Regula: Non infamat. quæ regula approbatur l.2.ff.eod.tit. cuius uerba uide j.quæſt.4.reg.1.*

II. CAVSSAE EX QVIBVS hæc actio competit?

I. *Cauſſa: Si quid dolo factum eſt, deficitq; titulus criminis, hæc actio competit: quæ cauſſa approbatur l.3.§.1.ff. ſtellionatus, his uerbis:* Stellionatum obijci poſſe his qui dolo quid fecerũt, ſciẽdum eſt: ſcilicet ſi aliud crimẽ non ſit quod obijciatur. quod enim in priuatis iudicijs eſt de dolo actio, hoc in criminibus ſtellionatus perſecutio. Vbicunq; igitur titulus criminis deficit, illic ſtellionatum obijciemus. *Concordat d.l.3.§. & ut generaliter, his uerbis:* Deficiente titulo criminis, hoc crimen locum habet, nec opus eſt ſpecies enumerare: *Planè ſpecies huius cauſſæ ſunt cauſſæ ſequentes.*

II. *Cauſſa: Si rem alij obligatam, diſsimulata obligatione, alij diſtraxerit, permutauerit, uel in ſolutũ dederit. Hæc cauſſa approbatur d.l.3.§. maximè autem, his uerbis:* Maximè in his locum habet ſtellionatus perſecutio, ſi quis fortè rem alij obligatam, diſsimulata obligatione,

per calliditatem alij diſtraxerit, uel permutauerit, uel in ſolutum dederit: nam hę omnes ſpecies ſtellionatum continent.

III. Cauſſa: Si rem alij obligatam, diſsimulata obligatione, alij pignori dedit. Hæc cauſſa approbatur l.4. C. de crimine ſtellionatus, his uerbis: Ignorantiæ creditoris, cui res quidem apud alios obligatæ, pignoris ſiue hypothecæ iure obligantur: non ſine periculo capi conſueuit. Etenim eiuſmodi fraudes ad extraordinariam criminis executionem ſpectare, ac ſtellionatus commiſſum ſeueriſsimè eſſe uindicandum, ſæpe reſcriptum eſt. Proinde ſiue ignorantiam tuam debitor circumuenire tentauerit, ſeu obligatione ritè perfecta, participato fraudis cõſilio, per ſubiectam quaſi anteriorem perſonam diſpendium tuum ad occultum compendium ſuum trahere pertentet: adire ſuum iudicem potes, congruentem iuri ac debitæ religioni ſententiam relaturum. *Concordat l.16. ibi: ſed & extra. ff. de pignor. actione. cuius uerba uide ē. lib. 40. cap. 10. quæſt. 1. cauſſa 7. Huius cauſſæ exceptio prima hæc eſt: Niſi debitor oblato debito pignus reluat. Hæc exceptio approbatur l.1. C. d. tt. his uerbis:* Improbum quidem & criminoſum fateris eaſdem res pluribus pignoraſſe, diſsimulando in poſteriore obligatione, quòd eædem alijs pignori tenerentur. Verùm ſecuritati tuæ conſules, ſi oblato omnibus debito, criminis inſtituendi cauſſam peremeris. *Altera exceptio eſt: Niſi ignorans rem alij obligatam eſſe, eam alij rurſus obligauerit. Hæc exceptio approbatur l.16. §. 1. ff. de pignor. actione. cuius uerba uide d. quæſt. 1. cauſſa 2. Tertia exceptio eſt: Niſi debitor creditori indicauerit, eandem rem alij quoq; obligatam eſſe. Hæc exceptio approbatur l.15. §. qui res ſuas. ff. de pignor. & hypoth. cuius uerba uide ē. lib. 40. cap. 8. quæſt. 6. reg. 20. except. 2.*

IIII. Cauſſa: Si quis rem alienam ignoranti creditori pignori dederit. Hæc cauſſa approbatur, ſimul & diſtinguitur d. l.16. §. 1. Concordat l. ult. ff. ſtellionatus. cuius uerba uide ē. lib. 7. cap. 6. quæſt. 7. reg. 5. Concordat item l.2. C. de crimine ſtellionatus, his uerbis: Si pater tuus in te donationem contulit, & cum emãcipatus eſſes, traditionibus dominium corporum in te tranſtulit, poſteaq; creditorem ſortitus, quaſdam earũ rerum ſine uoluntate tua uelut proprias ſuas obſtrinxit: Ius tuum non læſit. nec tamen iniuriæ ſtellionatus crimine petetur: cum ſciens alienam rem, te non conſentiẽte uelut propriam ſuo nexuit creditori. *Huius cauſſæ exceptiones eædem ſunt quæ cauſſæ proximè præcedentis.*

V. Cauſſa: Si creditor non numeratam pecuniam exegit, uel numeratam bis accepit. Hæc cauſſa approbatur l.29. §. in omnibus, in fine. ff. mandati. cuius uerba uide ē. lib. 45. cap. 4. quæſt. 6. reg. 1. except. 4.

VI. Cauſſa: Si peierauit. Hæc cauſſa approbatur l. ult. ff. ſtellionatus. cuius uerba uide ē. lib. 7. cap. 6. quæſt. 7. reg. 5.

VII. Cauſſa: Si quis imposturam fecit, uel colluſionem in necem alterius. Hæc cauſſa approbatur l.3. §. idem ſi quis. ff. d. tt. his uerbis: Si quis imposturam fecerit, uel colluſionem in necem alterius: ſtellionatus poterit poſtulari.

VIII. Cauſſa: Si merces ſuppreßit. Hæc cauſſa approbatur d. l.3. §. fin. his uerbis: Qui merces ſuppreſſit, ſpecialiter hoc crimine poſtulari poteſt.

IX. Cauſſa: Si merces ſuppoſuit, obligatas auertit uel corrupit. Hæc cauſſa approbatur d. l.3. §. ſed et ſi quis, hiſce uerbis: Si quis merces ſuppoſuerit, uel obligatas auerterit uel corruperit: æquè ſtellionatus reus erit.

III. APVD QVEM COMPETIT actio propoſitæ?

Apud Præſidem prouinciæ. quæ regula approbatur d. l.3. in prin. his uerbis: Stellionatus accuſatio ad Præſidis cognitionem ſpectat. *Concordat l.7. §. ſunt præterea. ff. de extraord. criminib. his uerbis:* Sunt crimina quę ad executionẽ Præſidis pertinent: utputa ſi quis inſtrumẽta ſua prodita eſſe dicat. nam huius rei executio Præfecto urbi à diuis fratribus data eſt.

IIII. QVID VENIAT? SEV de pœna ſtellionatus.

Pœna extraordinaria eſt. quæ regula approbatur, ſimul & modus pœnæ ſtatuendæ definitur d. l.3. §. pœna, his uerbis: Pœna ſtellionatus nulla legitima eſt, cum nec legitimum crimen ſit. Solent autẽ ex hoc extra ordinẽ plecti: dummodo non debeat opus metalli hæc pœna in plebeijs egredi. In his autem qui ſunt in aliquo honore poſiti, ad tempus relegatio, uel ab ordine motio remittenda eſt. *Concordat l.2. ff. eod. tt. his uerbis:* Stellionatus iudicium famoſum quidem non eſt, ſed coercitionem extraordinariam habet.

V. ADFINIA REmedia.

I. Regula: Si quis rem alienam, uel alij obligatam, alij pignori obligauerit, uel alio modo creditorem in contrahendo pignore decepit: etiam contraria pigneraticia actione tenetur. quæ regula approbatur per ea quæ propoſita ſunt ē. lib. 40. cap. 10. quæſt. 1.

II. Regula: Si quis eandem rem duob. in ſolidum diuerſis contractibus uendiderit, etiam falſi crimine tenetur. quæ regula approbatur l.21. ff. ad l. Cornel. de falſis, hiſce uerbis: Qui duobus in ſolidum eandem rem diuerſis contractibus uendiderint, pœna falſi coercentur. Et hoc diuus Hadrianus conſtituit.

DE VARIIS EXTRAORdinarijs delictis & criminibus.
Cap. XIX.

PRima regula: *Si qs alienas ſolicitauerit nuptias, et matrimonia interpellauerit, proponitur l.1. in prin. ff. de extraord. criminibus, his uerbis:* Solicitatores alienarũ nuptiarũ, itẽq; matrimoniorum interpellatores, etſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter uoluntatem pniciosę libidinis extra ordinẽ puniũtur.

II. *Regula: Si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi ſuperſtitione numinis terreantur, proponitur l.30. ff. de pœnis, hiſce uerbis:* Si quis aliquid fecerit, quo leues hominum animi ſuperſtitione numinis terreantur: diuus Marcus huiuſmodi homines in inſulam relegari reſcripſit.

III. *Regula, De circulatoribus, proponitur l.8. ff. de extraord. criminib. his uerbis:* In circulatores, qui ſerpentes circumferunt & proponunt, ſi cui ob eorum metum damnum datum eſt, pro modo admiſsi actio dabitur.

IIII. *Regula, De concuſsionis iudicio, proponitur l.1. ff. de concuſsione, his uerbis:* Concuſsionis iudicium publicum non eſt. Sed ſi ideo pecuniam accepit quis, quòd crimen minatus ſit: poſt publicum iudicium eſſe ex Senatuſconſultis, quibus pœna legis Corneliæ teneri iubentur, qui in accuſationem innocentium coierint, quiue ob accuſandum uel non accuſandum, denunciandũ uel non denunciandum teſtimonium pecuniam acceperint. *Concordat l.1. ff. eod. tit. cuius uerba uide § lib. 4. cap. 8. quæſt. 1. cauſa 10.*

V. *Regula. De ſcopeliſmo, proponitur l.9. §. ſunt quædam. ff. de extraord. crimin. his uerbis:* Sunt quædam quæ more prouinciarum coercitionem ſolent admittere: utputa in prouincia Arabia σκοπελισμὸν crimen appellant, cuius rei admiſſum tale eſt: Plerique inimicorum ſolent in prædium inimici σκοπελίζειν, id eſt, lapides ponere indicio futuros, quòd ſi quis eum agrum coluiſſet, malo leto periturus eſſet inſidijs eorum qui σκοπέλους poſuiſſent. Quæ res tantum terrorem habet, ut nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum qui σκοπελισμὸν fecerunt. Hanc rem Præſides exequi ſolent grauiter uſq; ad pœnam capitis: quia & ipſa res mortem cõminatur.

VI. *Regula: Si Nili aggeres rumpat, proponitur d. l.7. §. fin. his uerbis:* In Aegypto qui chomata rumpit, uel diſſoluit (hi ſunt aggeres qui quidem ſolent aquam Niloticam continere) æquè plectitur extra ordinem: ſed pro conditione ſua & pro admiſsi menſura quidam opere publico aut metallo plectuntur. Sed & metallo quidem ſecundũ ſuam dignitatem, ſi quis arborem ſycam in ...nun exciderit. Nam & hæ res uindicatur extra ordinẽ non leui pœna: idcirco quòd hæ arbores colligunt aggeres Niloticos per quos incrementa Nili diſpenſantur, & deminutiones æquè coercentur. Chomata etiam & diacopi qui in aggeribus fiunt, plecti efficiunt eos qui id admiſerint. *Cõcordat l. unica. C. de Nili aggerib. non rumpendis, hiſce uerbis:* Si quis poſthac per Aegyptũ intra duodecimũ cubitũ fluminis Nili ualla fluentis de proprijs ac uetuſtis uſibus præter fas præterq; morẽ antiquitatis uſurpauerit: flammis eo loco cõſummatur, in quo uetuſtatis reuerentiã, & propemodũ ipſius imperij appetierit ſecuritatẽ: cõſcijs & cõſortibus eius deportatione cõſtringẽdis, ita ut nũquam ſupplicãdi eis, uel recipiendi ciuitatem, uel dignitatem, uel ſubſtantiam licentia tribuatur.

VII. *Regula, De arboribus ex luco Daphnenſi uel Perſeo non excidendis, nec transferendis aut uendendis, proponitur l.1. C. de cupreßu & luco Daph. his uerbis:* Si quis Daphnenſis luci in Syria, uel Perſeia in Aegypto arborẽ cõparauerit, quinq; libris auri nouerit ſe eſſe mulctãdũ: non minore diſpendio & illo feriendo, qui uẽdere arbores auſus fuerit, quas non licet emptoribus comparare. *Concordat l.2 C. eod. tit. his uerbis:* Omnes iudices cuiuſcũq; dignitatis ſciant, poſthac abſq; permiſſu magnitudinis tuæ arborẽ ex Daphnenſi luco Antiochenæ ciuitatis præcidendi, uel quolibet modo lapſas trãsferendi licentiã ſibimet denegandã. Sed nec à luco uel à litore unã cupreſſum elijs plantatis excidere ſibi licere cõtendat, ac nè ſolatio antiquitus ei cõceſſo priuari per omnia uideatur: pro eo quòd ei cupreſſum excidere denegatur, unam libram auri eundẽ priuatis noſtris largitionib. excipere decernimus: quinq; librarum auri condemnatione huius legis temeratorem plectendo.

VIII. *Regula, De luſu prohibito, proponitur l. ult. C. de religioſis, hiſce uerbis:* Alearum uſus antiqua res eſt, & extra opera pugnatoria cõceſſa tuerũ, pro tempore prodijt in lachrymas, extranearum multa nationum ſuſcipiens. Quidam enim ludẽtes, nec ludum ſcientes, ſed numeratione tantùm proprias ſubſtantias perdiderũt die noctuq; ludendo argento, apparatu lapidibus & auro: conſequẽter aũt ex hac inordinatione blaſphemare Deũ conãtur, & inſtrumenta cõficiunt. Cõmodis igitur ſubiectorũ proſpicientes, hac generali lege decernimus, ut nulli liceat in publicis uel priuatis domib. ludere, neq; inſpicere. Et ſi contrà factũ fuerit, nulla ſequatur cõdẽnatio: ſed ſolutum

reddatur, & competentibus actionibus repetatur ab his qui dederũt, aut eorũ hæredibus: aut his negligentibus, à procuratoribus uel patribus, ſeu defenſoribus, nõ obſtãte niſi quinquaginta annorũ præſcriptione. Epiſcopis uerò locorũ hoc prouidẽtibus, & præſidũ auxilio utẽtibus, deinde ordinẽt quinq; ludos: comon belou, comon diaulomolon, rhindalca, kayron & cepetuſen. Sed nec pmittimus etiam ludere in his ultra unũ ſolidũ, etiãſi multũ diues ſit: ut ſi quẽ uinci cõtigerit, caſum grauẽ non ſuſtineat. Nõ enim bella ſolummodo bene ordinamus, ſed & res ludicras. Sed iſtã interminãtes pœnã tranſgreſſoribus, poteſtatẽ dando epiſcopis hoc inquirendi, & pręſidum auxilio ſedandi: prohibemus etiam ne ſint equi lignei. Et ſi quis ex hac occaſione uincitur: hoc ipſe recuperet, domibus eorum publicatis, ubi hęc reperiuntur. Si autẽ noluerit accipere is qui dedit: procurator noſter hęc inquirat, & in opus publicum conuertat. *Ex uerbis iam propoſitis datur actio ad repetendum id quod quis luſu perdidit. cuius exceptio prima eſt in certis luſus ſpeciebus exceptis uerbis iam dictis hiſce*: Deinde ordinent quinq; ludos: comon belon, &c. *Similis exceptio continetur l. 2. cum lege ſequente. ff. de aleatoribus, his uerbis*: Senatuſconſultũ uetuit in pecuniam ludere: præterquã ſi quis certet diſco, uel pilo iaciendo, currẽdo, ſaliendo, luctando, pugnãdo: quod uirtutis cauſa fiat. In quibus rebus ex lege Titia & Cornelia etiam ſponſionem facere licet. Sed ex alijs, ubi pro uirtute certamen non fit, non licet. *Huius exceptionis replicatio eſt: Niſi ultra unum ſolidum ludatur. Quæ replicatio approbatur uerbis d. l. ult. ꝟ. propoſitis hiſce*: Sed nec permittimus etiam ludere in his ultra unũ ſolidum, &c. *Altera exceptio eſt: Niſi non in pecuniam, ſed in ea quæ in conuiuijs apponuntur, ludatur. Hæc exceptio approbatur l. 4. in prin. ff. de aleatorib. his uerbis*: Quod in conuiuio ueſcendi cauſa ponitur, in eam rem familia ludere permittitur. *Tertia exceptio uidetur: Niſi parens uel patronus cum filio uel liberto ludens uicerit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 4. §. fin. his uerbis*: Aduerſus parentes & patronos repetitio eius quod in alea luſum eſt, utilis ex hoc edicto danda eſt.

CVI EIVS COMPETIT Actio propoſita?

De procuratoribus, patribus & defenſoribus uicti proponitur uerbis d. l. ult. ꝟ. propoſitis hiſce: Aut his negligentibus, à procuratoribus, &c. *Concordat d. l. 4. §. 1. cuius uerba uide ȷ. proximè.*

De domino uicti proponitur d. §. 1. his uerbis: Si ſeruus uel filiusfamiliãs uictus fuerit, patri uel domino competit repetitio.

ADVERSVS QVOS COMPETIT actio propoſita?

De domino uincentis proponitur d. l. 4. §. item ſi ſeruus. his uerbis: Si ſeruus accipit pecuniam, dabitur in dominum de peculio actio, non noxalis: quia ex negocio geſto agitur. Sed non amplius cogendus eſt pręſtare, quàm id quod ex ea re in peculio ſit.

QVANDIV COMPETIT Actio propoſita?

Non niſi quinquaginta annorum preſcriptione ſubmouetur. Quæ regula approbatur uerbis d. l. ult. ꝟ. propoſitis hiſce: Non obſtante niſi quinquaginta annorum præſcriptione. *Hæc de luſu prohibito. Sed & aliæ eius pœnæ ſtatuuntur l. 1. ff. de aleatorib. de quibus uide ſ. lib. prox. cap. 3. queſt. 2. except. 31. item cap. 11. except. 21. item cap. 14. except. 19. item cap. 19. queſt. 1. cauſa 1. except. 1.*

IX. REGVLA. *De blaſphemijs et adiurationib. proponitur l. ult. §. fin. C. de religioſis, hiſce uerbis*: Prouideant iudices, ut à blaſphemijs & periurijs (quæ eorum inhibitionibus debent comprimi) omnes penitùs conquieſcant. *Concordat Nouell. c. 77. his uerbis*: Omnibus iam hominibus qui rectè ſapiunt, manifeſtum eſſe putamus, in nullam nos rem æquè omnia conferre ſtudia, aut perinde aliquid in notis habere, quàm ut qui fidei noſtræ à Domino Deo concrediti ſunt, honeſtè uiuant, & eius beneuolentiam demereantur: præſertim cũ Dei erga homines amor nõ interitum, ſed cõuerſionem ac ſalutem uelit: & eos qui alicubi offenderunt, Deus, ſimulatq; eriguntur, & in uiam redeunt, ſuſcipiat. Qua etiam de re omnes cohortamur, ut Dei timorem in animo concipiant, & eius implorent benignitatem. Et ſcimus quòd qui Deum diligũt, quiq; eius præſtolentur miſericordiam, hoc agant. Quia uerò diabolica quidam inſtigatione detenti, grauioribus ſeipſos luxurijs commiſerunt, & huius naturæ contraria faciũt: adhortamur & hoſce, ut Dei timorem & futurum iudicium in animo concipiant, & iſtiuſmodi diabolicis & illicitis luxurijs abſtineant: ne per tam impia facinora à iuſta Dei ira uel urbes cum ſuis incolis peſſum ire inueniantur. Per ſanctas enim ſcripturas edocemur, quòd ob tam impia facinora etiam urbes unà cum hominibus perierint. Inſuper quia ultra prædictos quidam execrabilia etiam uerba & iuramenta de Deo proferunt, Deum prouocantes ad iracundiã: conſimiliter & hos admonemus, ut tam execrabilibus uerbis, & item per capillum & caput adiurationibus, & id genus alijs uerbis abſtineant. Nam ſi conuicia hominibus ingeſta ſaltem inulta nõ relinquuntur: multo magis

gis qui diuinum nomen conuicijs inceſsit, dignus eſt qui ſuppliciũ ſuſtineat. Propteree igitur omnes huiuſmodi cohortamur, ut præfatis delictis abſtineant, & Dei timorem in animum ſumant, & aoa qui honeſtè uitam tranſigunt, imitentur. Propter huiuſmodi enim delicta & fames & terręmotus & peſtilentiæ oborluntur. Atq; hoc genus hominum propteree, ut memoratis illicitia actionibus abſtineant, admonemus, ne ſuas ipſorum animas cõ ijcient in interitum. Nam ſi poſt hanc noſtram edmonitionem ijſdem inhærere de lictis allqui deprehãdantur: principiò quidem indiguos ſe præbebunt Dei erga homines amore, deinde legitimas etiam ſuſtinebunt pœues. Dedimus etenim glorioſiſsimo regiæ urbia pręfecto negocium, ut eos qui poſt hanc uoſtram admonitionem prædictis illicitis & impijs actiónibus inhærere non dubitauerint, & comprehendat, & ultimo ſubmittat ſupplicio: ne quádo ex talium peccatorum contemptu per tam impis fecinora inueniatur tã ipſa hæc ciuitas, quàm tote ciuilitaa & reſpub. ſuſtinere iniuriem. Siquidem et ſi poſt hanc noſtram cohortationem aliqui tales inn anientes eos occultauerint: conſimilitat & ipſi à domino Deo condemnabuntur. Sed & ipſe glorioſiſsimus pręfectus, ſi quos te le aliquid delinquere deprehenderit, neq; illis ſecundum leges noſtras uindictam induxerit: principiò quidem Dei iudicio obnoxius erit, deinde uerò etiam à nobis indignationem excipiet.

X. *Regula, De non naturalibus luxurijs, proponitur uerbis d.c. 77. iam propoſitis hiſce:* Quia uerò diabolica quidem inſtigatione detenti, grauioribus ſeipſoa luxurijs commiſerunt, & huius naturæ contraria ſaciunt, &c. *Plura de hac re uide ſ. lib. 4. cap. 7. queſt. 2. cauſa 19.*

X I. *Regula, De infantibus expoſitis, proponitur l. 2. C. de infantibus expoſitis, hiſce uerbis:* Vnuſquiſq; ſobolem ſuem nutriat. Quòd ſi exponendam putauerit, animaduerſioni quæ conſtituta eſt, ſubiacebit. Sed nec dominis uel patronis repetandi aditum relinquimus, ſi ab ipſis expoſitos quodammodo ad mortem uoluntas miſericordiæ amica collegerit. nec enim diceta quis ſuum poterit, quem pereuntem contempſit.

X I I. *Regula, De incendijs puniendis. Regulariter incendiarij ultimo ſupplicio afficiuntur. Quæ regula approbatur, ſimul & diſtinguitur l. 9. ff. de incendio, ruina. his uerbis:* Qui ædes aceruumúe frumẽti iuxta domum poſitum combuſſerit: uinctus, uerberatus igni necari iubetur: ſi modò ſciens prudensque id commiſerit. Si uerò caſu, id eſt negligentia: aut noxam ſarcire iubetur, aut ſi minus idoneus ſit, leuius caſtigatur. Appellatióe autem ædium omnes ſpecies ædificij continentur. *Concordat l. 12. in fine. ff. eod. tt. his uerbis:* Qui data opera in ciuitate incendium fecerint: ſi humiliore loco ſint, beſtijs ſubijci ſolent. Si in eliquo gredu id ſecerint: capite puniuntur, aut certè in inſulam deportantur. *Concordat item l. 1. in prin. ff. ad l. Cornel. de ficarijs. cuius uerba uide ſ. lib. 4. cap. 4. queſt. 1. cauſa 1. Concordat item l. 10. ff. eod. t. his uerbis:* Si quia dolo inſulam meam exuſſerit, capitis pœna plectetur quaſi incendiarius. *Concordat item l. 28. §. incẽdiarij. ff. de pœnis. cuius uerba uide ſ. except. prox. Concordat item l. 11. C. qui accuſare non poſſunt, his uerbis:* Data opera partis aduarſæ res ueſtraa incendio exarlae eiſſe adſeuerantes, crimen legis Corneliæ de ſicarijs exequi poteſtis. *Huius regulæ exceptio prima hæc eſt 1 Niſi culpa aut negligentia rei cõuenti incendium ſit factum: tũc enim nõ capite punitur, ſed leuius. quæ exceptio approbatur uerbis d. l. 9. ſ. propoſitis hiſce:* Si uerò caſu, id eſt negligantia: aut noxam ſercire iubetur, aut ſi minus idoneus ſit, leuius caſtigetur. *Concordat l. 3. §. cognoſcit. ibi: et quia plerũq; ff. de officio præfecti uigilum. cuius uerba uide ſ. lib. 2. cap. 14. queſt. 4. Concordat item d. §. incendiarij, his uerbis:* Incendierij capite puniuntur, qui ob inimicitias uel prædæ cauſa incenderint intra oppidum: pleruunq; & uiui exuruntur. Qui uerò caſam aut uillam, aliquanto leuius. Nam fortuita incendia ſi cum euitari poſſent, per nagligentiam eorum apud quos orta ſunt, demno uicinis fuerunt, ciuiliter exercentur: ut qui iactnre adfectus eſt damni, diſceptet, uel modicè uindicetur. *Altera exceptio eſt: Niſi non ædificium intra oppidum, ſed caſa aut uilla exuſta ſit. Hæc exceptio approbatur uerbis iam propoſitis hiſce:* Qui uerò caſam aut uillam, aliquento leuius. *Tertia exceptio eſt: Niſi caſu fortuito ſine dolo uel culpa ſit factum incendium. Hæc exceptio approbatur l. 11. ff. de incendio, ruina, his uerbis:* Si fortuitò incendium factum ſit, uenia indiget: niſi tam leta culpa fuit, ut luſoriæ aut dolo ſit proxima.

X I I I. *Regula, De his qui titulos prædijs ſuis uel alienis affigunt, aut uela regalia ſuſpendunt. proponitur l. 1. C. ut nemo priuatus titulos prædijs ſuis uel alienis, &c. his uerbis:* Regiæ maieſtatis eſt, ut noſtræ tantùm domus & patrimonia titulorum inſcriptione legentur. Omnes igitur intelligant, publico iuri eſſe imputandum id cui nomen dominicum præſcribitur. *Concordat l. 2. C. eod. tt. his uerbis:* Ne quis uela regalia ſuſpandere, uel titulum audeat ſine præcaptione iudicis

v

iudicis competentis rebus alienis imponere, quas quocunq; modo qualiſcũq; perſona poſsidet, licet nõ dominus, licet iniuſtus poſſeſſor, uel temerarius inuaſor, q poſsidet, docetur. Eum aũt q hoc facere auſus fuerit, ſi plebei⁹ eſt: ultimo ſubdi ſupplicio. Si clariſsimus, uel curialis, uel miles uel clericus: pſcribẽdũ deportãdũq; nõ ſolùm ciuitate Romana, ſed etiam libertate priuari cẽſemus: executoresq; huius legis omnes iudices eſſe oportere. Deponendi aũt uel frãgẽdi titulos, uel etiã cõſcindẽdi uela non ſolùm eis ad quorũ piudiciũ tale aliquid, contraq; leges cõmittitur, ſed omnibus tam liberis q̃ ſeruis, ſine metu calumniæ, uel accuſatiõe criminis licẽtiã miniſtramus: decernẽtes, iudices eorũq; officia tricenis libris auri mulctari, ſi talem accuſationẽ uel admittãt, uel depoſitã ſcribi cõcedãt. *Cõcordat itẽ Nouell. c. 17. §. bis etiã q, bis uerbis:* His q tabulas alienis prędijs aut officinis in urbib. affigere, ſuaq; nomina inſcribere auſi fuerint: uſq; adeò id factũ periculoſum cõſtituens, ut cognoſcãt qui talia pperrãt, ſuã ipſorũ ſubſtãtiã fiſco adſignet. Si quis enim quæ ſoli maieſtati imperatorię & fiſco conceduntur, conetur ſubripere: is in ſuis primùm rebus periculum ſentiat, impoſitisq; reb. illius publicis titulis, ſtatuatur alijs in exẽplũ continentiæ: qui quidem ſi eodem improbitatis genere impliciti fuerint, conſimilibus & ipſi pœnis erunt obnoxij. *Concordat item Nouell. c. 164. cuius uerba uide ſ. reg. prox.*

XIIII. *Regula, De his qui ſigna rebus alienis imponunt, proponitur l. 1. C. ut nemini liceat ſine iudicis author. ſigna reb. imponere alienis, hiſce uerbis:* Sæpe reſcriptum eſt, ante ſententiam ſigna rebus quas alius tenebat, imprimi non oportere. Et ideo ea rebus aut fructibus apud te conſtitutis illicitè impoſita, poteris ipſe licitè detrahere: ut amotis his, cauſa q̃ ex officio tibi inſertur, terminetur. *Cõcordat l. 2. C. eod. tt. bis uerbis:* Rebus quas alius detinet, imprimere ſigna nemini licet: etiamſi ſuas uel obligatas ſibi eas eſſe aliquis affirmet. *Concordat item Nouell. c. 164. bis uerbis:* Cognouimus quòd quidam oberrantes defunctorum perturbãt patrimonia, ſed neq; teſtamenta ualere ſinunt, neq; item ab inteſtato ſucceſsiones locum capere, mobilibus quidem rebus immittentes ſignacula, immobilibus uerò imponentes titulos: ut hac ratione ipſis illorum ſucceſsio adcreſcat, inq; ea decentẽ aliquem ordinẽ occupẽt. Quoniã uerò impoſsibile eſt in tãta multitudine exactè ea quæ ſingulatim in talib. eueniunt pdiſcere: perpulchrũ nobis uiſum eſt, ſi generali hac lege ad certã redigeremus formulã. Propterea ſancimus, ut uniuerſi citra inuidiã & rebus iuribusq; ſuis pfruãtur, & ad ſuos iſta trãſmittãt hæredes. Penitùs autẽ nemo omniũ illorũ inuadat patrimonia, authorũ ſucceſſores damnis implicet, aut titulos ſiue ſignacula rebus pter legũ noſtrarum placitũ imponat. Nã & ſucceſsiões ab inteſtato, quo quiſq; uocatur ordine, cõfirmamus, & ultimas horum uoluntates legitimè cõſiſtentes non ſubuertimus, &c.

XV. *Regula, De armis nemini permittẽdis, proponitur Nouell. c. 17. §. penult. bis uerbis:* Neq; armis quenquam uti permittes, qui de numero militum non ſit.

XVI. *Regula, De monopolijs, pactis mercatorũ, ne merces minoris quàm inter ſe cõuenerit, uẽdãtur: pactisq; artificũ, ne opus ab uno cœptũ alius perficiat: proponitur l. unica. C. de monopolijs, bis uerbis:* Iubemus ne quis cuiuſcũq; ueſtis, uel piſcis, uel pectinũ fortè aut echini, uel cuiuslibet alterius ad uictũ, uel ad quẽcũq; uſum pertinentis speciei, uel cuiuslibet materię pſua authoritate, uel ſacro iam elicito, aut in poſterũ eliciẽdo reſcripto, aut pragmatica ſanctione, uel ſacra noſtrę pietatis adnotatione, monopoliũ audeat exercere: neúe quis illicitis habitis cõuẽtionibus cõiurare aut paciſci, ut ſpecies diuerſorũ corporũ negotiationis nõ minoris, q̃ inter ſe ſtatuerint, uenũ dẽtur. Aedificiorũ quoq; artifices, uel ergolabi, aliorumq; diuerſorum operum pfeſſores, & balneatores penitùs arceãtur pacta inter ſe cõponere, ut ne quis quod alteri cõmiſſum ſit, opus impleat, aut iniunctam alteri ſolicitudinem alter intercipiat: data licẽtia unicuiq; ab altero inchoatum & derelictũ opus per alterũ ſine aliquo timore diſpẽdij implere, omniaq; huiuſmodi facinora denũciãdi ſine ulla formidine, & ſine iudiciarijs ſumptibus. Si quis autẽ monopolium auſus fuerit exercere, bonis proprijs exſpoliatus perpetuitate damnetur exilij. Cæterarũ præterea profeſsionũ primates, ſi in poſterũ aut ſuper taxãdis rerũ precijs, aut ſup quibuslibet illicitis placitis, auſi fuerint cõuenientes huiuſmodi ſe pactis cõſtringere: quadraginta librarũ auri ſolutiõe percelli decernimus: officio tuę ſedis quinquaginta librarũ auri cõdamnatione mulctãdo, ſi in phibitis monopolijs & interdictis corporũ pactionib. cõmiſſas fortè (ſi hoc euenerit) ſaluberrimæ noſtræ diſpoſitionis condemnationes uenalitate interdum, aut diſsimulatione, uel quolibet uicio minus fuerit executum.

XVII. *Regula: Si quidã improbè in alienã litẽ coierint, pœna proponitur l. 6. ff. ad l. Iul. de ui priuata, bis uerbis:* Ex Senatuſcõſulto Voluſiano, qui improbè

improbè cöeunt in alienam litẽ, ut quidquid ex condemnetione in rem ipſius redactum fueri, inter hos communicaretur: lege Iulia de ui priuata tenentur. *Concordat l.1.in prin. ibi: ſocietatem uo. ff. ad l. Cornel. de falſis. cuius uerba uide ĩ.lib.4.cap.8.queſt.1.cauſa 18.*

X V I I I. *Regula: Si quis illicitum collegium uſurpauerit, pœna definitur l.2. ff. de collegijs & corporib. his uerbis:* Quiſquis illicitum collegium uſurpauerit: ea pœna tenetur, qua tenentur hi qui hominibus armatis loca publica uel templa occupaſſe iudicati ſunt. *Que autem collegia licita uel illicita ſint, uide ĩ.lib. 12.cap.6.*

X I X. *Regula: Si quis iudici pecuniam mutuauerit, uel precium honoris dederit, pœna proponitur l. 16. C. ſi certum petatur. cuius uerba uide ĩ.lib.39.cap. 2.queſt.1.except.8.*

X X. *Regula: Si quis à parente filium pignori acceperit, pœna proponitur l.5. ff. quæ res pignori. cuius uerba uide ĩ.lib.40.cap.2.except.34.*

X X I. *Regula, De purpura non uendenda, proponitur l.1. C. quæ res uendi non poſſunt, his uerbis:* Fucendæ atq; diſtrehendæ purpuræ, uel in ſerico uel in lane, q̃ bletie, uel oxybletta etq; hyacinthina dicitur, facultatem nullus poſsit habere priuatus. Sin eutem alique ſupradicti muricis uellus uẽdiderit: fortunarum ſe ſuerum, & capitie ſciat ſubiturũ eſſe diſcrimen. *Concordat l.5. C. de ueſtibus holobaris. cuius uerba uide ĩ.lib.11.cap.16.queſt.5.reg.2.*

X X I I. *Regula, De ſerico à barbaris non emendo, proponitur l.2. C. quæ res uendi non poſs. his uerbis:* Comparandi ſerici à barberis facultatem omnibus, ſicut iem præceptum eſt, prętet comitem comerciorum, etiamnum iubemus auferri.

X X I I I. *Regula, De armis & alijs quibuſdam rebus à mercatoribus ad barbaros non transferendis, proponitur ĩ.lib.4.cap.1.queſt.1.cauſa 19.*

X X I I I I. *Regula: Si palatinus à priuatis Ceſaris quid emat, pœna proponitur l.ult. C. de reſcind. uend. his uerbis:* Veſtium euri & argenti ſeu mencipiorum coemendorum, ſi quando à priuatis noſtris ea contigerit uenundari, palatini ſcient ſibi copiam denegetam: pœna in eos emiſsionis precij exercende.

X X V. *Regula: Si officialis quid à ſubditis ſuis emat, pœna proponitur l.46. ff. de cõtrah. empt. cuius uerba cũ alijs huc ptinẽtib. uide ĩ.lib.2.cap.2.reg.4.*

X X V I. *Regula: Si medicus ab ægroto emat, prohibetur l.5. ff. de extraord. cogn. cuius uerba uide ĩ. lib.12.cap.7.queſt.1.reg.6.*

X X V I I. *Regula: Si quis eunuchos fecerit, uel uendiderit, punitur l.1. C. de eunuchis, hiſce uerbis:* Si quis poſt henc ſanctionem in orbe Romeno eunuchos fecerit, capite puniatur mancipio teli, nec non etiam loco, ubi hoc commiſſum fuerit domino ſciente & diſſimulante, confiſcando. *Concordat l.2. C. eod. tit. his uerbis:* Romanæ gentis homines, ſiue in berbaro, ſiue in Romeno ſolo eunuchos factos, nullatenus quolibet modo ad dominium cuiuſquem transferri iubemus: pœna grauiſsima ſtetuenda aduerſus eos qui hæc perpetrare auſi fuerint: tabellione uidelicet, qui huiuſmodi emptionis, ſiue cuiuslibet alterius alienationis instrumẽta cõſcripſerit, & eo qui octauã uel aliquid uectigalis cauſa pro his ſuſceperit, eidem pœnæ ſubijciendo. Barbaræ euté gentis eunuchos, extra loca noſtro imperio ſubiecta factos, cunctis negociatoribus, uel quibuſcunq; alijs emendi in commercijs & uendendi, ubi uoluerint, tribuimus facultatem. *Concordat item Nouell. c.142. his uerbis:* Supplicia quæ ab aliquot retrò principibus cõtra eos qui eunuchos facere anderent, conſtituta ſunt, omnia ſanè manifeſta exiſtunt. Ex quo enim nonnulli rationem ſalutie ſuæ non habentes, ante paruum edmodum tempna euſi ſunt tam impium in ſe delictum admittere: propterea & nonnulli meritae de ſe dedetunt pœnes, elij poſt irrogata ſupplicie in exilium miſsi ſunt. Verùm enim uerò quia ne ſic quidem à tam impie actione tamperetur, ſed in tertiam multitudinem hoc flagitij genus excurrit, ut ſæpenumerò è multia uix pauci euedant incolumes, uſque edeò ut quidam ex his qui ſeruati fuerunt, ſub noſtro eſpectu depoſuerint, è nonaginta ægrè tres ſeruatos eſſe: quis obſecro in tantum ſalutis ſuæ contemptor exiſtit, ut hæc diſpiciat, & inulta relinquat? Nam ſi leges noſtræ eos etiam qui gladium contra aliquem diſtringunt, ſupplicijs ſubdunt: quomodo impunè conniuentibus præterire oculis poſſumus tot perpetrates cędes, & factum contra Deum pariter & leges noſtras præſumptum? Inde adeò neceſſarium duximus, eos qui huiuſmodi facere auſint, exquiſitius per hanc legem perſequi. Sencimus igitur, ut qui in quocunque Reipub. noſtræ loco quancunque perſonem caſtrare præſumunt, aut etiam præſumpſerint: ſiquidem uiri ſint qui hoc facere præſumpſerint, aut etiem præſumunt, idẽ hoc quod elijs fecerunt, & ipſi patientur: & ſi incolumes eneſerint, tam bona eorum addicantur fiſco per eum qui pro tempore megiſtretum obijt gloriæ tuæ, quàm ipſi mittantur in gypſum, ubi locorum per omne uitæ ſuæ tempus eſſe debebunt. Sin uerò mulieres ſint quæ id egerint, afficiantur & ipſæ ſupplicio, & bone earum per eum qui pro tempore gerit magiſtratum tuum,

tuum, addicantur fiſco, mittanturq́; in exilium: ur ex quo putauerint eut putant Impium ſe lucrum aſſecuturas, ex eo ſupplicia ſimul & bonorum ſuorum remiſsionem ſuſtineant. Porrò & eos qui ad hoc mandatum dederint, obtulerintúe perſonas, aut etiam domos uel locum aliquẽ ad hoc præbuerint aut præbent, ſiue uiri ſint, ſiue mulieres: eadem ſubire ſupplicia iubemua, utpore qui iniuſtæ huius actionis teſtes facti ſunt. Verùm ipſos caſtratos, tametſi à uetuſtioribus temporibus liberos eſſe oportebat: iubemus tameu, ut qui iam inde à decima indictione nunc ineuntis menſis per quemcunque in locis noſtrę Reipub. caſtrati fuerint, liberi ſint, neque ullo modo aut quouis genere contractus iu ſeruitutem tetrahantur: neque litem inſtrumeutum de ipſis uel publicum uel priuara manu conſcriptum, quocunque tandem modo aut per fraudem factũ aut fiendum, ualeat: ſed neque inquirendi illorum ſtatus cauſa cognitiones, quæ anacriſes dicuntur, de iſtiuſmodi perſouis intetponantur, aut interpoſitę ualeant. Sed & omnes eos qui tali contractui in poſterum miniſterium præbent, ſuperius traditas ſubire pœnas iubemus. Prętetea ſi uſuueniat, ut ſeruus propter morbum caſtretur: iubemus ut ille libertatem nanciſcatur. Qui enim initiò liberi erant, eos probabile eſt, cum in hoc genus morbi inciderint, ſui poteſtatem habuiſſe, ut quod uellent ſibi remedium adhiberent. Iubemus igitur, ut in noſtra republica caſtrati iam inde à memorato tẽpore, apud quãcunque perſonam ſint, liberali cauſa adſerantur manu, & liberi ſint, neque unquam in ſeruitutem trahantur. Cæterùm ſi qui eorum poſt præſentem noſtram legẽ aliquos apud ſe derinere caſtratos præſumpſeriut, damua etiam ipſis caſtratis licentiam, nimirum qui ſemel ex præſente noſtra lege libertatem promeruerint, ut hic quidem maieſtatem Imperatoriam, & ſanctiſsimum pro tempore patriarcham adeant, neque non apud glorioſiſsimos Imperij noſtri proceres relationẽ ea de re inſtituant: in prouincijs uerò apud teligioſiſsimos locorum epiſcopos, & harum præſides: quo magis prouidentia omniũ noſtrorum magiſtratuum, & periculo obtemperantium ipſis cohortium (ſiue Cõſtantinopoli, ſiue alibicunque locorum noſtræ reipub.) his ſecundum libertatem dentur uindiciæ, libertasque ex præſente noſtra lege ipſis largita conſequetur. Nam tot cædes conniuentibus oculis accipere per cauſam eorum qui talia in noſtra præſumunt repub. neutiquam ſuſtinuerimus. Si enim barbari ſi multaq; noſtra de hoc audierunt mandata, hæc cuſtodierunt: quomodo tandem permitteremus, ut poſt tot retrò principum ſanctiones tale quid denuò deliuquatur, & inultum relinquatur in noſtra republica? Quæ igitur nobis placuerunt, &c.

X X V I I I. *Regula: Si quis non ſecundum auctionis formulam operas locauerit, uel merces uendiderit: pœna tripli punitur, Nouell. c. 122. bis uerbis:* Omnis artifex, aut mercenarius, aut mercator, ſecundum auctionis formulam operas locato, merceſúe uendito. Nam ſi quid amplius acceperit, pœnæ tripli ſubiacet.

X X I X. *Regula: Si tutor, curator uel quis alius depoſito officio, nondũ ratione reddita, cũ fiſco cõtraxerit: pœna falſi tenetur. Quæ regula approbatur, ſimul et diſtinguitur l. 1. §. tutores. ff. ad l. Cornel. de falſis. biſce uerbis:* Tutores & curatores, & hi qui officio depoſito non reſtituerunt tutelam uel curationem, cum fiſco contrahere non poſſunt. At ſi quis contra hanc legẽ præfectis ærario obtẽpſetit: ut perinde puniatur ac ſi falſum commiſiſſet, diui Seuerus & Antoninus conſtituerunt. Sed ad illos hoc non pertinet (ut ijdem Principes reſcripſerunt) qui antequam tutelam ſuſciperent, hoc geſſerunt. nec enim excuſationes admiſiſſe, ſed fraudes excluſiſſe uidẽtur. Iidem Principes reſcripſerunt, ita demum eum qui rationem tutelæ uel curæ noudum reddiderit, cum fiſco contrahere non debere, ſi uiuat is cuius tutela admi niſtrata eſt. Nam ſi deceſſerit, licet nondũ hæredi eius rationem reddiderit: iure eũ contrahere. Sed et ſi iure hæreditario ſucceſſerunt in fiſcalem contractum tutor uel curator, licet ante rationem redditam: nõ puto pœnam locum habere, licet adhuc uiuat is cuius tutela uel cura adminiſtrata eſt. *Concordat l 49. ff. locati. cuius uerba uide ſ. lib. 41. cap. 1. queſt. 1. except. 9.*

X X X. *Regula: Si quis in locum alienum intulerit mortuum: in factum actione tenetur. Quæ regula approbatur edicto Pretoris l. 2. §. Pretor ait. ff. de religioſis, biſce uerbis:* Prætor ait, ſiue homo mortuus, oſſa'ue hominis mortui in locum purum alterius, aut in ſepulchrum in quo ius non fuerit, illata eſſe dicentur: qui hoc fecit, in factum actione tenebitur, & pœnæ pecuniariæ ſubijcietur. *Concordat d. l. 2. §. 1. bis uerbis:* Qui mortuum in locum alienum intulit, uel inferre curauit: tenebitur in factum actione. *Ait Pretor:* In locum purum. *Quis dicatur purus locus, definitur d. l. 2. §. purus, bis uerbis:* Purus locus dicitur, q neq; ſacer, neq; ſanctus, neq; religioſus, ſed ab omnibus huiuſmodi nominibus

bus uacare uidetur. *Ait inſuper Prætor:* Aut in ſepulchrum. *Quid ſepulchrum ſit, definitur d. l. 2. §. ſepulchrum. cuius uerba uide ſ. lib. 26. cap. 2. de loco religioſo, quæſt. 1. reg. 1. Huius regulæ exceptio prima, ſumpta ex loco in quem mortuus illatus eſt, reprobatur d. l. 2. §. in locum, his uerbis:* In locum alterius accipere debemus, ſiue in agro, ſiue in ædificio. *Concordat l. 8. §. in hac. ff. eod. tit. his uerbis:* In hac actione loci puri appellatio & ad ædificium producenda eſt. *Concordat item l. 7. §. aduerſus. ff. eod. tit. his uerbis:* Aduerſus eum qui in alterius arcã lapideam, in qua adhuc mortuus non erit conditus, mortuum intulit, utilem actionẽ in factum proconſul dat: quia non propriè uel in ſepulchrum, uel in locum alterius intuliſſe dici poteſt. *Altera exceptio uidetur: Niſi uſufructuarius loci mortuum eò intulerit. Hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. ſed & fructuarius, his uerbis:* Et fructuarius inferendo tenebitur domino proprietatis. *Tertia exceptio uidetur: Niſi ſocius in locum communem mortuum intulerit. Sed & hæc exceptio reprobatur d. l. 2. §. an & ſocius, his uerbis:* An & ſocius teneatur, ſi ignorante ſocio intulerit, tractari poteſt: eſt tamen uerius, familiæ erciſcũdæ uel communi diuidundo conueniri eum poſſe. *Quarta exceptio eſt: Niſi non ſepulturæ cauſa intulit. Hæc exceptio approbatur d. l. 2. §. de ea autem, his uerbis:* De ea illatione Prætor ſenſit, quæ ſepulturæ cauſa fit. *Quinta exceptio eſt: Niſi reus id quod intulit, rurſus tollat. Hæc exceptio approbatur l. 7. in prin. ff. d. tit. de religioſis, his uerbis:* Is qui intulit mortuum in alienũ locum, aut id tollere quod intulit, aut loci precium præſtare cogitur per in factũ actionem: quæ tam hæredi quàm in hæredem competit, & perpetua eſt. *Plures exceptiones uide ſ. lib. 26. capite 2. de loco religioſo, quæſt. 2.*

QVIBVS COMPETIT ACTIO propoſita?

Soli domino, non alij competit. Quæ regula approbatur l. 2. §. in locum ff. de religioſis, hiſce uerbis: In locum alterius accipere debemus, ſiue in agro, ſiue in ædificio. Sed hic ſermo domino dat actionem, non bonæ fidei poſſeſſori. nam cum dicat in locum alterius, apparet de domino eum ſentire, id eſt eo cuius locus eſt. *Huius exceptio hæc eſt: Niſi ei quoq; qui in eo loco uſumfructum uel ſeruitutem habet. Hæc exceptio approbatur l. 8. §. in hac. ff. d. tit. his uerbis:* Non ſolùm domino hæc actio cõpetit, uerùm ei quoque qui eiuſdem loci habet uſumfructum, uel aliquam ſeruitutem: quia ius prohibendi etiam hi habent.

Etiam heredibus hæc actio competit. Quæ regula approbatur l. 7. in prin. ff. d. tit. cuius uerba uide ſ. proximè, excep. 5.

ADVERSVS QVOS COMpetit actio propoſita?

De heredibus proponitur d. l. 7. in prin.

De eo qui curauit inferri, proponitur l. 2. §. 1. ff. d. tit. cuius uerba uide paulo ſuperius ead. reg. 30. in prin.

QVID VENIAT IN ACTIone propoſita?

Vt aut tollat quod intulit, aut precium loci præſtet. Quæ regula approbatur d. l. 7. in prin.

QVAMDIV COMPETIT?

Perpetua eſt actio. Quæ regula approbatur l. 7. in prin.

ADFINIA REMEDIA.

Si ſocius fecit, familiæ erciſcundæ uel communi diuidundo actio eſt. Quæ regula approbatur l. 2. §. an & ſocius. ff. de religioſis. cuius uerba uide ſ. ead. reg. 30. except. 3. Aliud remedium proponitur ſ. reg. prox.

XXXI. REGVLA: *Si quis in locum publicis uſibus deſtinatum, mortuum intulerit, proponitur l. 8. §. ſi in locum. ff. de religioſis, hiſce uerbis:* Si in locum publicis uſibus deſtinatũ intulerit quis mortuum, Prætor in eum iudicium dat. Si dolo fecerit, extra ordinem erit plectendus, modica tamen coercitione: ſed ſi ſine dolo, abſoluendus eſt.

XXXII. *Regula: Si liber homo ſciens ſe pro ſeruo uenire paſſus eſt, in factum actione tenetur. de qua uide ſ. lib. 42. cap. 8.*

CONCLVSIO SEXTÆ partis Digeſtorum.

Hactenus obligationes & actiones ex maleficijs deſcendentes enumeratæ ſunt atq; deſcriptæ. Quanquam & plures huiuſmodi actiones enumerari poſſunt. Ex interdictis enim actiones competentes pleræq; delictum aliquod cauſam habent: & accuſationes publicæ omnes ex maleficijs deſcẽdunt. Ex contractibus quoq; uenientes actiones non rarò propter delictum aliquod committuntur. De quibus omnibus & ſingulis in ſuperioribus Partibus ſuo loco tractatum eſt. Sunt inſuper maleficiorum alia cõmunia, alia propria certarum perſonarum, puta magiſtratuum: ut ambitus crimen, repetundarum, ſi iudex litem ſuam fecerit, &c. militum: ut deſertionis, emanſionis delictum, &c. clericorum et monachorum: ut hæreſeos crimen. accuſatorũ: ut calumniæ, præuaricationis et tergiuerſationis criminis. item tutorum, curatorum, procuratorum, nautarum, & aliarum huiuſmodi perſonarum: de quibus ſingulis etiam ſuprà ſuis locis actum eſt. Sunt item quædam delicta certarum rerum propria: ut ſacrilegij, ſepulchri uiolati, peculatus, termini moti crimen. item quæ committuntur in loca uel itinera publica: unde populares actiones oriuntur. Sed & quarundam actionũ peculiaria ſunt maleficia: ut iuriſiurandi, periurium fidei, hæreſin coitus, adulterium & ſtuprum: matrimonij, ut ſi

quis cognatam ſuam in uxorem duxerit, uel tutor pupillam ſuam. &c. emptionis & uenditionis, ut ſi quis liberum hominem uendiderit. Et in ſumma, quodcunque contra ius uel officium perſonarum, rerum, aut actionum à legibus præſcriptum committitur: ſiquidem pœna uel certa uel incerta à legib. addita eſt, delictũ uel crimẽ eſt, quod uel actionẽ uel accuſationẽ, uel ſaltem officium magiſtratus inducit. Sic l. 6. in prin. ff. de re militari: Omne delictum eſt militis, quod aliter quàm diſciplina communis exigit, committitur: ueluti ſegniciæ crimen, uel contumaciæ, uel deſidiæ. *Verùm de iſtis omnib. in hac Sexta Parte tractare abſurdum eſſet: proinde ex ſuperioribus Partibus reliqua ſunt petenda. Sed & in ſequente Parte Septima quædam actiones proponentur, quæ tum ex delicto deſcendunt, tũ pœnam perſequuntur: ut actio Quod metus cauſa, de dolo malo, in factum de calumniatoribus, &c. Quæ actiones, cum ad reſcindendum id quod geſtum eſt, pertineant, & ad id quod datum eſt reuocandum: nõ lui ab in integrum reſtitutionibus, quibus amiſſa iura recuperantur, ſeparare. Sit igitur Sextæ Digeſtorum Partis hic*

FINIS.

INDEX LEGVM QVAE IN HAC SEXTA DIGESTORVM PARTE continentur.

LIBRI NONI PANDECTARVM.

Si Quadrupes pauperium feciſſe dicetur. Tit. I.

L. I in prin. lib. 47. cap. 1. quæſt. 1.
§ Quæ lex. d. cap. 1. quæſt. 1 reg. 1.
ibi: quæ actio. d. cap. 1. quæſt. 2. except. 6
§ Ait autem. d. quæſt 2. in prin.
§ Itaque ut Seruius d. quæſt. 2. except. 1
§ Quod ſi propter. ibidem
§ Sed etſi canis. ibidem
§ Sed etſi inſtigata. ibidem.
§ Et generaliter. d. quæſt. 2. except. 4
§ Ideoque ſi equus. d. except. 1
§ At ſi cum. d quæſt. 2. except. 2. repl. 1
§ Et ſi alia. d. except. 2. item except. 7. item quæſt. 4. reg. 1.
§ Siue autem d. except. 9
§ In beſtijs. d quæſt. 2. except. 4
ibi: quia definit. lib. 21 cap. 1. cauſa 2. except. 4
§ Cum arietes. lib. 46. cap. 11. except. 15. repl. 1. itẽ lib. 47. cap. 1. quæſt. 2. except. 3
§ Et cum etiam. d. cap 1. quæſt. 4 reg. 2
ibi. Planè ſi ante. d. quæſt. 2. except. 9.
ibi: Noxæ autem d. cap. 1. quæſt. 6. reg. 1. except. 1
§ Si commune. d. cap. 1. quæſt. 4. reg. 4.
§ Interdum. d. cap 1. quæſt. 5. reg. 1. except 1. repl. 2.
§ Si poſt litem. d. cap. 1. quæſt. 2. except. 9. repl. 1. item d. except. 1. repl. 1. item lib. 46. cap. 11. quæſt. 5. reg. 5.
§ fin. d. cap. 1. quæſt. 1 reg 2. item quæſt. 4. reg 1
L. II. in prim. d quæſt. 3. reg. 1
§ Si quis aliquem. lib. 47. cap. 1. quæſt. 2. except. 2.
L. III. d. quæſt. 2. except. 8. item quæſt. 5. reg. 2. itẽ lib. 46. cap. 11. quæſt. 3 reg 10.
L. IIII. d. quæſt. 2. except. 5.
L. V. d. quæſt. 2. except. 2. repl. 1

Ad legem Aquiliam. Tit. II.

L. I. lib. 46. cap. 10. quæſt. 2. reg. 1
in fine. d. quæſt. 2. reg. 2.
L. II. in prim. d. cap. 10. in prin. item cap. 12. quæſt. 1. reg. 1.
§ Et infra. d. quæſt. 3. reg.
§ Vt igitur. lib. 46. cap. 10. quæſt. 3. cauſa 2. except. 21 & 12
§ Elephanti. d. except. 21. repl. 1
L. III. d. cauſa 2. in prin. & except. 1. item cap. 11. except. 13
L. IIII. d. cauſa 2. except. 2. item lib. 4. cap. 4. quæſt. 1. except. 3
ibi: Nã aduerſus. lib. 50. cap. 5. in uerbo Defendere, reg. 1
§ Lex duodecim. lib. 4. cap. 4. quæſt. 1. except. 7
L. V. in prin. d except. 2. item d. except. 3.
ibi: Etſi metu d. except. 7. repl. 3
§ Iniuriam lib. 46 cap. 10 quæſt. 5. cauſa 1. item cap. 11. quæſt. 1. except. 19.
§ Et ideo quærimus. lib. 46. cap. 11. except. 1
ibi: Aut regula. lib. 46. cap. 10. quæſt. 3. cauſa 16
§ Sed etſi infans. d. cap. 11 except. 2
§ Quod ſi impubes. d. cap. 11. except. 1
§ Si magiſter, cum lege ſequente. d. cap. 11. except. 18. repl. 4. item lib. 43. cap. 6. quæſt. 2. cauſa 9. except 1. repl. 1
L. VI. ibidem. item lib. 36. cap. 3. except. 8. repl. 1. dupl. 3. tripl. 1
L. VII. in prin. lib. 46. cap 11. quæſt. 3. reg. 10
§ 1. lib. 46. cap. 10. quæſt. 1. cauſa 2. except. 17.
§ Sed etſi quis. d. quæſt. 1. cauſa 14
§ Proinde ſi quis. lib. 46. cap. 11. except. 19. item cap. 12. quæſt. 2 reg. 1. except. 1
§ Si in colluctatione. lib. 46. cap. 10. quæſt. 3. cauſa 2. except. 12. repl. 1

§ Scđ

§ Sed etſi quis.d.cauſſa 2.except.16.& except.19.itẽ cap.11.queſt.5.except.5.
ibi: Vnde adſerit.d.cauſa 2.except.15.
§ Sed ſi quis. lib. 46. cap. 10. queſt. 3. cauſſa 9. & cauſſa 22
§ fin.d.queſt.3.cauſſa 5.item cap.12.queſt.5. except. 9.item lib. 41. cap. 6. queſt.1. cauſſa 9. except.1. repl. 2.
L.VIII.in prin.d.queſt.3.cauſa 6.
§ Sed & qui bene.d.queſt.3.cauſa 7
§ Mulionem.d.queſt.3.cauſa 2.except.14.item cap. 11.except.18.repl.3.
L.IX.in prin.d.queſt.3.cauſa 3.item cap.12.queſt.5. except.3.
§ Si quis per uim.d.queſt.3.cauſa 4.
§ Si quis hominẽ. lib. 46. cap.12. queſt.5. except.1. exemplo 1.
§. Si ſeruum.d.except.1.exemplo 6.
§ Sed etſi d. lib. 46. cap. 10. queſt. 3. cauſa 2. except.11.
§ fin.d.cauſa 2.except.9.
L.X.d. except.12.
L.XI.in prin.d. cauſa 2.except.11. itẽ cap.12.queſt. 2.reg.2.except.1.repl.1
§ Si alius.d.reg.2.except.3.
§ Sed ſi plures.d. queſt.2.reg.5. item queſt.3. reg.6. in fine.
ibi: Etſi cum uno.lib.46.cap.11.except.27.repl.2.
§ Celſus ſcribit.d.reg.6.
§ Si plures.d.reg.5.
§ Item cum eo.lib.46.cap.22.queſt.3.reg.3. item lib. 47.cap.1.queſt.2.except.1.
§ Legis autem.d.cap.12.queſt.1.reg.2.in prin.
§ Si in eo.d.reg.2.except.8.item lib.42.cap.5. reg.2.
§ Sed etſi ſeruus.d.cap.12. queſt.1.reg.2. except.3.
§ Eum cui.d.reg.2.except.1.
§ fin.d.reg.2.except.2
L.XII.lib.46.cap.11.except.6.repl.1.item d.exc.2.
L.XIII.in prin.lib.46.cap.12.queſt.5.except.4.
§ Fugitiui.d.cap.12.queſt.1.reg.2.
§ Iulianus.d.cap.11.except.9.
§ Si ſeruus.lib. 46. cap. 10. queſt.3. cauſa 2.exc.20. item cap.12.queſt.1.reg.1.except.1.
§.fin.d.reg.1.except.2.
L.XIIII.lib.46.cap.11.except.6.repl.4
L.XV.in prin.d.except.2.repl.2.
§ Si ſeruus.lib.46.cap.10.queſt.3.cauſa 2.except.23. item cap.12.queſt.3.reg 6.
§ Sed ſi uulneratum. lib.46.cap.11.except.26.
L.XVI.ibidem.
L.XVII.in prin.d.cap.11.except.6.repl.2 & 3.item cap.12. queſt.1. reg.2, except.3. item except.6.in fine.
§ Si coniunctim. d. queſt.1. reg.2. except.2. repl.1. dupl.1.
L.XVIII.lib.46.cap.11.except.27. repl.4. item cap. 12.queſt.5.except.11.
L.XIX. cum lege ſequente.d.cap.11.except.6. repl. 3.item cap.12.queſt.3.reg.8.
L.XXI. in prin.d.queſt.3.reg.1.
§ fin. cum lege ſequente.d.queſt.3.reg.5.
L.XXIII.in prin.d.reg.1.
§ 1.lib.46.cap.11.except.26.
§ Idem Iulianus.d.reg.3.
§ Idem Iulianus.lib.46.cap.12.queſt.3.reg.1.
§ Sed etſi ſeruus.d.queſt.3.reg.3.
§ Sed etſi bona.d.reg.1.
§ In ſumma.d.reg.3.
§ Si infans.lib.46.cap.10.queſt.2.cauſa 2.except.18.
§ Hanc actionem.lib.46.ca.12.queſt.1.reg.1.in prin. item queſt.2.reg.1.
ibi: Cum ſit pœnalis.lib.46.cap.10.queſt.2.reg.9
§ Si dolo.lib.46.cap.12 queſt.5.except.6.
§ Hæc actio.d.cap.12.queſt.3.reg.5.
§ fin.cum lege ſequente.lib.7.cap.3.de cõfeßis.queſt. 1.except.6.
L.XXV.in prin.ibidem.
§ Si procurator.d.queſt.1.except.1.
§ fin.d.cap.5.de confeßis.queſt.7.reg.1. item lib. 46. cap.12.queſt.4.reg.1
ibi: Nam nulla partes. lib.50. cap.5. in uerbo Confeßio.
L.XXVI.d.queſt.7.reg.1.& d.queſt.4.reg.1.
L.XXVII.in prin.lib.46.cap.12. queſt.5. excep.21.
§ 1.lib.46.cap.11.except.8.item cap.12.queſt.2.reg. 2.except.4.
§ Item ſi ſeruus.d.cap.12.queſt.3.reg.13.
§ Serui autem.d.except.4.repl.2.
ibi: Sed an is.d.except.4.repl.3.
§ Huius legis.d. queſt.5. reg.2. item cap.10.queſt.1. item queſt.3.cauſa 47.
§ Si quis igitur.d.cap.10.queſt.5.cauſa 18
§ Proinde.d.cauſſa 18
§ Item ſi arbuſtum.d.queſt.3.cauſa 24.& cauſſa 30.
§ Si quis inſulam. d. cauſa 24. item cap. 12. queſt.1. reg.2.except.4
§ Si fornacarius.d.cap.12.queſt.2. reg.3. item queſt. 5.except.9.itẽ lib.43.cap.2.queſt.1.cauſa 12. except.1.repl.3.
§ Si furnum.d.queſt.3.except.1.exemplo 7.item except.18.item cap.11.except.13.repl.1.
§ Proculus.d. repl.3. item d.cauſa 12. except.7. item d.cap.2.queſt.7.reg.1.except.3.item lib.46.cap. 11.except.27.repl.4.item cap.12. queſt.3. reg.11. item queſt.5.except.9.
§ Si cum apes.d.cap.11.except.14.repl.2.
§ Inquit lex.d.queſt.5.except.4. itẽ d.cap.12. queſt. 1.reg.2.except.5.item lib.eod.46.cap.10.queſt.3. cauſa 31.& cauſa 47.
ibi: Etſi colonus.lib.46.cap.11.except.27.repl.1.item cap.12.queſt.4.reg.2
§ Cum eo planè.lib.46.cap.10.queſt.3.cauſa 34.& cauſa 36.
